VITT. EMANUELE


GEORGII NATTÆ
IVR. CON. ASTENSIS
CLARISSIMI.

Pontificijq; Iuris Interpretis celeberrimi elegans, fructuoſa, atque in terminandis cauſis, quæ ſummariè, ſimpliciter, de plano ſine ſtrepitu, atque figurâ iudicij quotidie tractantur in foris, cunctis legalem hanc ſcientiam profitentibus admodum neceſſaria Rep. in Clem. Sæpè. de verb. ſig.

A pleriſque erratis, quibus antiquorum Typographorum incuria erat non parum infecta, nunc grauiſsimorum Iuriſpe. iudicio acerrimè vindicata.

Multisq; inſuper Summarijs, copioſiſſimoq; rerum omnium notatu digniorum (quæ priori in editione deerant) indice condecorata, nunc primum è Mercurianis Typis in lucem prodita.

AD ILLVSTRISSIMVM D. D. COMITEM IOANNEM PEPVLVM SENAT. BONON. DIGNISS.



BONONIAE, Apud Ioannem Roſsium. MDLXXXIV.
Curiæ Archiepiſc. & S. Inquiſit. conceſſu.

AD ILLVSTRISSIMVM DOMINVM, D. COMITEM IOANNEM PEPVLVM SENAT. Bonon. Digniſs.

HENRICI HVMBELOTI.

Epigramma.

HEros Magnanime, ac vrbis præclare Senator
Felſineæ, ac Pepulę gloria clara Domus;
Dum mihi vita manet, dum ſpiritus ipſe vigebit,
Conabor laudes dicere ſæpe Tuas.
Iamque libens feci, facio, faciamque; nec vnquam
Ceſſabit Pepulos Muſa referre viros.
Natta liber frugi, qui legibus, atque peritis
Iuris Pontificum Natta liber reuiret.
Nam ſenio confectus erat, non vtilis vlli,
Ex cunctis etſi dignior ipſe legi eſt:
Bartholomæus ei proſpexit, quo iuuet omnes
Percupidos Iuris; ſed labor iſte fuit.
Aureus hic liber eſt, & erit, ſi fauerjs, id quod
Ritè facis Patriæ qui decus, eſque tuis.

ILLVSTRISSIMO, AC MAGNANIMO DOMINO, D. COMITI IOANNI PEPVLO SENAT. BON. DIGNISS. S. P. D.

BARTHOLOMAEVS AB OCVLO.

P*LATO facilè primus Philoſophorum, homines non ſibi duntaxat natos eſſe, literarum tradidit monimentis. Quod quidem apud me cum accuratiùs perpenderem; fereq́, quo alijs prodeſſem, me nihil poſſe deprehenderem, grauiter ſanè angebar. Verùm perplexo cum animo eſſem, forte fortuna in hunc librum verè aureum (ſi eius ipſius omnium communis vtilitas ſpectetur) meo bono genio tandem incidi. Quem quidem librum ſic auidè arripui, vt quaſi diuturnam aliorum, vtut valerem, iuuandorum ſitim cupidè explerem. Liber autem ipſe iamolim ad annos ſeptuaginta ſeptem primò (impoſita ei manu extrema M*CCCCLXXXII.*) editus in lucem Ticini fuit folium complicans. Sed quo, & quàm deprauato charactere omnes, qui eo vtuntur, qui pauci ſunt, non quidem certè fugit. Auctor autem Codicis huiuſcemodi haud pæ*

nitendus eſt, quippe qui doctiſsimus, diligentiſsimus, nec eruditionis aſpernandæ. Is etenim Aſtæ apud Inſubres in citeriore Gallia natus, quamuis Marchionis Montisferrati conſiliarius eſſet, pro eodemq́ Mediolani apud Galeatium Sfortiam vice comitem oratorem ageret, nihil tamen non præſtitit, vt, quò peruenit, eò perueniret. Quod illi quidem bono fato contigit. Nam, vt illa nuſquam ætate eſſe poterat (et peſte, & bello vbiq́ flagrante) Iuris Pontificij conſultiſsimus extitit. Cuius quidem rei ſpecimen, cum ipſe Georgius Natta, quo de impreſentiarum agitur, Papiæ Clement. Sæpe de verborum ſignificatione interpretaretur, profecto latiſſimè patuit. Illud autem boni verborum interpretis penè adhuc latuit; idq́ neſcio cuiuſnam aut vitio, aut incuria effectum fuerit. Quod cum ex doctiſsimorum virorum colloquijs perciperem, non proſpicere (Ita me Deus benè amet) in rem communem non potui, vt, quod iam dixerim, aliquid opis legũ ſtudioſis, quantum in me eſt, afferrem. Quocircà neque labori parcens, neque ſumptui ipſummet librũ denuò, et ſecundùm imprimi elaboraui.——Quantum mutatus ab illo? Namque textus Georgiani dilucidior acceſsit emendatio; accidit etiam, vt quorundam virorum prudentum iudicij collatione, eorumdemq́ diligentia innumeris ab erroribus vindicaretur; ſummæ quoque vnicuique textui præponerentur; Index rerum denique potiorum refertiſsimus adderetur, & locupletiſsimus. Quæ quidem omnia, vt videre eſt, priori editioni Papienſi omnino defuerunt. Sed de hiſce nunc ſatis. Legentibus enim opinione maiora comperientur.

Platonicæ hactenus ſatis ſententiæ feciſſe, &, quod parturiſſem,

turiſſem, pro mea virili ad publicam vtilitatem peperiſſe videbar. Vnum tantummodo, quinam illud ſuſciperet, reſtabat. Quam rem cum nonnullis cum ipſe contuliſſem, contuli postremò cum homine huiuſmodi, qui cum mihi ſumma interceſſit neceſſitudo, quiq́; meo rogatu, quicquid eſt hoc litterarum, dictauit: Is autem eſt Henricus Humbelotus, qui Te, vt debet, facit plurimi; Qui Te vnicè diligit, & pater vè; qui Te præter ceteros colit, atque obſeruat; qui quanti vitam ſuam, Te tanti æſtimat; Tu cui es omnium inſtar; qui, vt paucis dicam, ſe, quòd viuat, Tibi fert vni acceptum. Henricus igitur tuus Clientulus (Comes Illuſtriſſime) multis inter nos vltrò citroq́; habitis, tum demùm mihi concupienti, & ſuaſor, & auctor fuit, vt Tibi vni potiſſimum multis nominibus liber auſpicatò dicaretur; vt ſic Te mihi, ſi Tibi cordi ſit, quodammodo deuincerem. Nec meherculè alius erat, cui mea hæc opella ritè, & rectè committeretur; quo Tuæ auctoritati innitens caninis inuidorum dentibus nihil exhorreſceret. Verumenim quiſnam Tibi confiſus timeret? Nam, vt nunc, quod palàm eſt, tum grecæ linguæ, tum Romanæ tuam adeò perſpicacem cognitionem omittam, quinam ſatis pro dignitate, pro nobilitate, pro ſplendore, pro antiquitate Tuæ Clariſſimæ Domus diceretur? Hic mediusfidius Oratoris vtriuſque opus eloquentia eſſet, ſi minimum quid laudũ, quibus Pepulorum Domus ad Cælum efferrenda eſt, attingendum foret. Quamobrem tacendum, quàm parum loquendum ſatius eſt. Etenim, ſi quæ tot annorum curriculo hoc eſt quingentorum, & amplius à Maioribus Tuis acta fuerint, ennarrarentur, eorum, ſicuti annuli, nec finis quidem

repe-

reperiretur. Euoluantur, quæſo, Hiſtoriæ, Annales, Diaria, ephemerides; In his ſanè omnibus nomen Pepulorum, & Virtus, & exiſtimatio nuſquàm reticebitur, ac id vbique terrarum. Nam ipſorum Virorum Regia origo ab vſq; Britania repetenda eſt. Huius rei Anglorum Chronica teſtes ſunt. Quàm verò potentes fuerint, atque opulenti, ſimul Galliæ, ſimul Hiſpaniæ graui teſtimonio erunt. Illic enim agri Pepulorum, oppida, monumenta inueniuntur: Illic etiam, & Regum, et Principum legati de magnis rebus, ac exercituum ductores florentiſſimi, et prudentiſſimi extiterunt. Quid autem in Italia potuerint, et valuerint, omnia teſtantur, Venetiæ, Mediolanum, Parthenope; Apud quas ipſi Heròes, ſiue vrbium preſides, ſeu vigiles armatorum Duces, ſe præbuerunt vigilantiſſimos. Bononiæ verò Domini ſæpius fuere: ac, veluti Hydra, aduersùs Principum fortium Inuidiam, atq; æmulationem Virtus eorum ſingularis ſemper maior, & fortior reuixit.

In ipſa autem vrbe felſinea Summates, ac optimates ſunt, & erunt in perpetuum, & Nati Natorum, & qui naſcentur ab illis. Huius Regiæ ſtirpis, & eximiæ magnanimos viros ad Centum connumerabis. Qui quidem omnes nec animi, nec corporis laboribus, viribuſque pepercerunt, quominus, ſuam Patriam conſeruauerint. Neque horum quidam vitæ, neque fortunarum ſuarum periculum adire dubitarunt, quo Romanæ Eccleſiæ Pontifex Vrbanus VI. ſedi ſuæ Apoſtolicæ incolumis reſtitueretur; eiq; Roma ipſa, Romaniq; Imperij tota, vt priùs, ditio, & auctoritas libera, & intrega eſſet. Ob quod facinus inſigne

Max.

Max. ipſe Pontifex ſuo Seruatori Galeatio triumphum omnium honorum maximum more Romano dedit; vt is ſuperato, ac deuicto hoſte quatuor equis albis, curru deaurato, capite lauro coronato vectus ad S. Petri Romæ aſcenderet. Sed quia in actione Virtus omnis verſatur, nunquam eorum quiſquam tàm otioſus, quàm cum otioſus; nunquam tàm ſolus, quàm cum ſolus fuit, ſiue Domi hoc, ſiue belli obtigerit. Togati enim nullum dignitatum, & magiſtratuum gradum, faſtigiumque adierunt, perfunctique ſunt. Nonnulli enim Iureconſulti, alij Archidiaconi, alij Abbates fuerunt. Non me latet, quàm breuius hæc, quàm decuerit, contexuerim. Vires enim, quæ opus eſſent, minimè in præſentia mihi ſuppetunt, nec pro rei tantæ mole vnquàm ſuppeditabuntur. Verùm illos armiferos fortia, inquam, Martis pectora, & hoſce togatos hodierno die (vt paulo ante heu fabi fortiſſime, heu ingentibus tuis virtutibus caſus auerſatus) & bellatores, & togati ponè conſequuntur. Qui quidem eò iam deuenerunt fortitudinis, ac prudentiæ, vt ſpei ſummæ, maximarumq; rerum viri futuri ſint. De quibus, cum adhuc viuant (vtinam Neſtoris ætates viuant) non eſt, quod plura nunc addantur; laus licet, vt ignis oleo, gliſcat commendatione. Deus faxit, vt quæ animo præſtantiſſima agitantur, ſumma cum laude ab ipſis pueris, iuuenibus, adoleſcentibus, viris, ac ſenioribus ex ſententia conficiantur. De te autem (Comes Illuſtriſſime) plurima dicenda forent. Nam talia iam egiſti, & iugiter eiuſmodi agis, vt eorum narrationi eloquentiſſimus non ſatis eſſet. Hoc ipſum ſcit tota vrbs Bononienſis; tota ſcit Auſonia; ſcit omnis denique Regio; idque

Vſuuenit propterea quòd in te omnia omnium bonorum genera reluceant. Ardentiſſimus enim Chriſtianæ pietatis cultus, Tua eximia probitas, liberalitas ſumma, mira in egenos miſericordia, in aduenas beneficentia, in potentiſſimos magnificentia, Tua prudentia, Iuſtitia, fortitudo, continentia, Te præſertim commendant, laudibus Te extollunt innumeralibus.

Hæc, et alia, quæ ſilentio maxima inuoluuntur quiſnam, amabò te, vel orator Arpinas recenſeret? Quæ cum ita ſint (Illuſtriſsime ac Magnanime Comes) finem faciam, & tuæ fidei, ac auctoritati meam hanc induſtriam pro omnium commodo ſuſceptam commendabo, Deoq́ optimo Maximo, vt firmis lateribus multos annos lætus exigas, ſupplicabo. Vale, Vale, & ſalue. Bononiæ decimo Calendas Quintilis. MDLXXXIIII.

Tetraſtichon.

HENRICI HVMBELOTI.

Ad Lectorem.

AEſonis ecce liber renouat qui more vetuſtos
Annos, & vitam protrahit ipſe tibi;
Phœnicisque modo reparat qui ſæcula quinque
Plus vltrà; multùm plaudere, lector, habes:

GIOR-

EGREGIA, ATQVE INSIGNIS ADMODVM REPETITIO

Clem. Sæpè. De verb. ſig.

A præſtantiſs. Iuriſconſulto, Pontificijq́; iuris interprete Clariſs. D. Georgio Natta iam Papiæ in lucem prodita,

Nunc iterum ſumma cum diligentia Mercurianis typis Bononiæ demandata.

SVMMAE.

1 *Atteſtatio Petri de Ancharano excellentiæ, ac vbertatis huius Clem. ſæpe.*

2 *In Piſano Gymnaſio hæc ipſa Clem. pleniori, ac altiori fuit ab authore ſtylo repetita.*

SÆpè contingit. Primo anno mei doctoratus præfectus ordinariæ lectioni de ſero iuris canonici in alma vniuerſitate Papiæ hanc Cle. publicè legi,
1 & tũc re ipſa cognoui, verũ eſſe, qđ † hic atteſtat̃ Pet. de Ancha. dicens, ꝙ iſta Clemen. in ſui materia adeò pinguis eſt, ꝙ ſi quis vellet plenè illã proſequi, oporteret multa, maximè totum ſecundum librum Decre. reuoluere: nunc autem ſecutus ſententiã Ciceronis in oratione Plautiana dicentis; Nihil eſſe magis propriũ hominis, quàm non ſolùm
2 beneficio, ſed etiam ſignificatione beneficij alligari. † cogitans ali-

vſuenit propterea quòd in te omnia omnium bonorum genera reluceant. Ardentiſsimus enim Chriſtianæ pietatis cultus, Tua eximia probitas, liberalitas ſumma, mira in egenos miſericordia, in aduenas beneficentia, in potentiſsimos magnificentia, Tua prudentia, Iuſtitia, fortitudo, continentia, Te præſertim commendant, laudibus Te extollunt innumeralibus.

Hæc, et alia, quæ ſilentio maxima inuoluuntur quiſnam, amabò te, vel orator Arpinas recenſeret? Quæ cum ita ſint (Illuſtriſsime ac Magnanime Comes) finem faciam, & tuæ fidei, ac auctoritati meam hanc induſtriam pro omnium commodo ſuſceptam commendabo, Deoq́ optimo Maximo, vt firmis lateribus multos annos lætus exigas, ſupplicabo. Vale, Vale, & ſalue. Bononiæ decimo Calendas Quintilis. MDLXXXIIII.

Tetraſtichon.

HENRICI HVMBELOTI.

Ad Lectorem.

AESONIS ecce liber renouat qui more vetuſtos
Annos, & vitam protrahit ipſe tibi;
Phœnicíſque modo reparat qui ſæcula quinque
Plus vltrà; multùm plaudere, lector, habes.

GIOR-

EGREGIA, ATQVE INSIGNIS ADMODVM REPETITIO

Clem. Sæpè. De verb. ſig.

A præſtantiſs. Iuriſconſulto, Pontificijq; iuris interprete Clariſs. D. Georgio Natta iam Papiæ in lucem prodita,

Nunc iterum ſumma cum diligentia Mercurianis typis Bononiæ demandata.

SVMMAE.

1 *Atteſtatio Petri de Ancharano excellentiæ, ac vbertatis huius Clem. ſæpe.*
2 *In Piſano Gymnaſio hæc ipſa Clem. pleniori, ac altiori fuit ab authore ſtylo repetita.*

SÆpè contingit. Primo anno mei doctoratus præfe
ctus ordinariæ lectioni de ſero iuris canonici in
alma vniuerſitate Papiæ hanc Cle. publicè legi,
1 & tũc re ipſa cognoui, verũ eſſe, qđ † hic atteſtat̃
Pet. de Ancha. dicens, ꝙ iſta Clemen. in ſui ma-
teria adeò pinguis eſt, ꝙ ſi quis vellet plenè illã
proſequi, oporteret multa, maximè totum ſecundum librum Decre.
reuoluere: nunc autem ſecutus ſententiã Ciceronis in oratione Plau
tiana dicentis; Nihil eſſe magis propriũ hominis, quàm non ſolùm
2 beneficio, ſed etiam ſignificatione beneficij alligari. † cogitans ali-

quid huic celebri Piſano gymnaſio, cui plurimum debeo, offerre, ſtatui pleniori quodam, & altiori ſtilo hanc Cle. & eius materiam proſequi in his, quæ auctor Conſtitutionis, & eius gloſſator Io. An. principaliter intendunt. Itaq; Chriſti, beatæ Mariæ virginis, necnon diuorum Hieronymi, & Secundi patronorum meorum nominibus inuocatis, illam aggredior.

SVMMAE.

1 *Super raro contingentibus non ſolent iura conſtitui.*

2 *Sæpe, dictio, in bino actu verificatur.*

3 *Adnotata ſuperius circa dictiones, bis, pluries, plurimùm, frequenter, ſæpius, & ſæpiſſimè vera intelliguntur, cum ſimpliciter proferuntur, ſecus ſi geminatè, & quomodo.*

4 *Actus agentium per quas dictiones amplientur, & per quas reſtringantur.*

5 *Iterum, dictio, numero binario eſt contenta.*

6 *Beneficium, verbum in materia fauorabili dignitatem comprehendit, quod nõ in materia odioſa, & reſtringibili.*

7 *Cenſura eccleſiaſtica ne vileſcat, interdictum ciuitatis includit ſuburbia, & continentia ædificia, quæ aliàs ſub verbo ciuitatis non comprehenduntur.*

8 *L. Maxia. ff. de manu. teſta. quomodo intelligatur.*

9 *Contractus vnius nomen quando ponitur inter contrahentes, & effectus alterius, iudicatur contractus ſecundùm effectum, & nomen non correſpondens effectui, habetur pro non appoſito.*

10 *Verba duo cum in vno contractu apponuntur, quorum quodlibet de per ſe ſignificat contractum diuerſæ naturæ, quod ipſorum attendatur.*

11 *Dictum teſtium deponentium aliquem percuſſum pluribus percuſſionibus debet intelligi de duabus. & quid ſi de plurimis, vel vna & pluribus, &c. quomodo ſit intelligendum.*

12 *Libellantis verba quomodo interpretanda.*

13 *Argumentum à diſpoſitione legis valet affirmatiuè ad diſpoſitionem hominis, & e contra.*

14 *Cauſa quando dicatur.*

15 *Lis an dicatur ſuper re, quando ſolùm agitur de poſſeſſione ipſius rei.*

16 *Promittens reſtituere ſumptus litis, in dubio intelligitur de lite reſpectu proprietatis, & non poſſeſſionis tantùm.*

17 *Quæſtio quando dicatur.*

18 *Controuerſia intelligitur eſſe ante, & poſt litem conteſtatam.*

19 *Iudicium regulariter dicitur tempore, quo lis conteſtatur.*

Appel-

20 *Appellatione cauſæ an comprehendatur cauſa criminalis.*

21 *Promittens non mouere controuerſiam, intelligitur, vt eã ẽt non moueat extra iudicium, & ex tali pacto oritur exceptio litis finitæ.*

22 *Promittens alium in ius non vocare ſub pœna; ſi illum citat, intelligitur pœna commiſſa ex ſola citatione.*

23 *Promittens alium non vexare, intelligitur iudicialiter.*

24 *Promittens aliquem non vexare, an ex ſola reſcripti impetratione dicatur contrauenire.*

25 *Statutum puniens trahentem aliquem in iudicium, an verificetur in ſponte comparente.*

26 *Venditor promittens emptori illum defendere de iure, & de facto, non tenetur, ſi per violentiam expellatur.*

27 *Promittentis dare auxilium, conſilium, & fauorem, an promiſſio reſtringatur ad iuſtum auxilium.*

28 *Mandare, & præcipere quid differant.*

29 *Præceptum iuſtum obligat ſemper, & ad ſemper.*

30 *Simpliciter, verbum, quandoq; exponitur, ideſt ſine difficultate, & ſic faciliter.*

31 *Planum, & de plano, verba, quomodo accipiantur.*

32 *Iudex an poſſit procedere die feriata, vel in domo ſua, vel non ſedendo pro tribunali.*

33 *Verbum, ſine ſtrepitu, in quo ſenſu accipiatur.*

34 *Factum iam factum quandoque conſideratur, quandoque prout eſt in fieri.*

35 *Iudicium ſine figura, cum in eo non tollantur ſubſtantialia, inducta à iure naturali, ſed tantùm ciuili, erit quidem iudicium, licèt extraordinarium.*

36 *Solemnitate iuris remiſſa, non dicitur remiſſa ſolemnitas iuriſgentium.*

37 *Verba impropriantur, vt menti deſeruiant.*

38 *Copula quandoq; reſoluitur in expoſitiuam, ideſt, ratione ſuperfluitatis euitandæ.*

39 *Aliquid nos poſſe, intelligendum eſt quod poſſumus de iure communi, non autem ſpeciali.*

40 *Teſtatore mandante ædificari eccleſiam, quæ non poteſt ædificari ſine voluntate Papæ, legatum poterit commutari in alium pium vſum, & erit iuſta cauſa.*

41 *Breuitati licèt ſtudendum ſit, non tamen adeò ipſi ſtudendum eſt, ꝙ inducatur obſcuritas.*

Glo. prima. Diuidit, & ponit ſummarium: ſed breuius ſecundùm Io. de Imo.h.d. Determinat Concilium, quid importent verba, ſummariè, ſimpliciter, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij, appoſita in litteris delegatorijs, declarans quæ poſſit iudex facere virtute illorum verborum, & quæ non poſsit. h. d.

In tex. ibi. ſæpe contingit. Ob iſtā frequentem contingentiā
1 emanauit Conſtitutio iſta non irrationabiliter, † cum ſuper rarò cōtingentibus non ſoleāt iura conſtitui, l. nam ad eā. ff. de legi. cum duabus ſequen. ea enim, quæ rarò accidunt, non temerè agendis negocijs computantur. l. ea, quæ rarò. ff. de reg. iur. vbi de hoc, & per glo. in c. litteras. de deſpon. impub. in c. canonicis. 19. di. & cum hic tex. di-
2 cat, ſæpe, eſt ſciēdum, † ꝙ dictio, ſæpe, verificatur bino actu. §. quia verò multi. in Auth. de teſti. colla. 7. iuncta glo. j. quā commendat Bart. in. §. audient. in Auth. de defen. ciuitatum. coll. 2. eandem ſententiam tenuit Domi. poſt Archi. & Io. And. in c. quia ſæpe. de elect. lib. 6. per tex. in c. ita nos. 25. q. 2. & idem voluit Inno. in c. 1. vt li. non conteſt. in verbo ſæpe. exponens ſæpe. i. multis vicibus, prout ēt expoſuit Dy. in l. ſi in diem. §. 1. ff. de condi. & demon. vbi quemadmodū geſtū bis, dicimus multis vicibus factum. §. fi. Inſti. de iure perſonarū. not. glo. l. 1. § hoc aūt reſcrip. ff. ad Sill. & in c. latores. de cleri. excōmuni. & in c. ad noſtram. de rebus eccle. non alie. in glo. prima. ita & bis factum, dicetur ſæpè factum, non tñ ſecundùm Abb. in dicto c. ad noſtram. bis actum dicetur pluries actū: qm̄ duo non dicuntur plura per tex. in c. Chriſtiano. 34. diſtin. ego non credo hoc dictū Abb. verum. primò per tex. in c. 1. quem ibi ponderat Bal. de notis feu. per tex. in regula pluralis. lib. 6. in l. vbi numerus. ff. de teſti. canonizata. 4. quæſt. 3 & per tex. expreſſum in c. 2. de teſta. in 6. facit quod not. Bart. in l. prætor ait. in prin. ff. vi bono. ra. Nec ob. d. c. Chriſtiano. quia non ponit verbum, pluries, ſed dicit plurimos; de cuius ſignificatione infra dicetur. fatendum tñ eſt, ꝙ licèt verbum, multi, verificetur in duobus: quādoq; tñ vlteriorem numerū comprehendit, vt per glo. in l. 1. ff. de leg. 1. probantem tale verbum includere quatuor: patet ēt in l. hac conſultiſsima. in fi. C. qui teſta. facere poſs. vbi tale verbum includit octo, vel nouem. Aduertendum ēt, ꝙ licèt verbum, ſæpè, verificetur in duo-

bus:

bus: tñ Inno. in c. cum oporteat. in prin. ver. quot aũt vices. de accu. dicit hoc relinquendum arbitrio iudicis, dum voluit, ꝙ iudex, antequã formet inquiſitionem, debet ſæpè requiri. qñ aũt dicatur ſæpè requiſitus, dicit ſtandum arbitrio iudicis. & hoc dictum Inno. ſequitur Archi. in ſumma. 2. q. 8. per tex. in. §. 2. in Auth. de teſtib. & dicit ità tenere Roffre. in libellis in rub. quando, & quotiens. ¶ Dictio verò, frequenter, de qua in l. 1. C. quæ ſit longa conſuetudo. verificatur ẽt in bino actu, ſecundũ glo. not. in ver. frequentia. in c. monaſteria. de vita & honeſta. clerico. & in. §. audient. in Auth. de defen. ciui. colla. 3. facit l. iura conſtitui. cum duabus legibus ſequentib. ff. de legi. ¶ Dictio aũt ſæpius, quamuis ſit apta comprehendere vlteriorẽ numerum, vt probatur in l. cum quæſtio. C. de lega. in l. ſeruos. C. ad leg. Iuli. de vi publica. in l. de vnoquoq;. §. 1. iuncta l. contumacia. §. 1. ff. de re iudi. in l. veluti. §. hæc vox. ff. de edendo. tamen ẽt verificari põt in bino actu, probatur in l. maritus. in §. conqueſtus. ff. de adulte. in l. fi. iuncta gl. C. ſi ſæpius in integ. reſtit. in l. fi. §. & hoc quidem. vbi no. Saly. C. de iure delibe. ¶ Dictio verò, ſæpiſsimè. ad minus importat trinum numerũ, vt inquit glo. elegans. in. §. ſiquis erga. 2. q. 7. no. Domi. in c. ab eo. de ap. in 6. Quod ego confirmo ex ſimili; quia licèt dictio, pluries, verificetur in duobus, vt ſup. dixi. Dictio tñ, plurimi, ſignificat trinũ numerũ. c. Chriſtiano. 34. di. ibi [Chriſtiano, ne dicã plurimas, ſed nec duas ſimul licitum eſt habere concubinas.] quod ẽt tenet glo. in §. & qui ſæpè. in Auth. de trien. & ſemiſ. quã ſequuntur ibi Bar. & Ang. & idem ſequuntur Arch. Io. An. & Domi. in c. 2. de fili. presby. li. 6. & allegant tex. in d. c. Chriſtiano. & in c. qũo. 31. q. 1. ibi [melius eſt alterum & tertiũ vnum virum habere, quàm plurimos] &c. facit qd habe-
3 tur in c. quamuis. de præben. li. 6. † ¶ Supraſcripta tamen intellige vera, qñ dicta verba proferuntur ſimpliciter, & de per ſe: ſecus ſi eſſent geminata, quo caſu vlteriorẽ numerum comprehendunt, ne altera ex iſtis dictionibus ſuperflua remaneat contra. c. ſi Papa. de priuil. in 6. & l. ſi quando. ff. de le. 1. l. ita ſtipulatus. ff. de vſu. & hoc confirmatur ex his; quæ voluit Bar. in l. ſi gemina arbor. ff. ar. fur. cæſ. decidens, ꝙ licèt dictio, plures, verificetur in duobus, vt ſupra dixi. ſi tñ in libello dicat quis ſe fuiſſe percuſſum à Titio pluribus, & pluribus percuſsionibus, libellus verificatur in quattuor percuſsionibus, de quo p Bal. in l. fideicõmiſſa. §. ſiquis decem. ff. de leg. 3. Secundò confirmo ex determinatione pulchra Rom. in conſ. 499. incipiente. In propoſita cõſultatione. vbi dicit, quòd teſtes deponentes Titium poſſediſſe pluri-

bus, & pluribus annis, verificant in quattuor annis, vt ibi per eum. ¶ Secundò limita prædicta non habere locū, quando de mente proferentis apparet ex præcedentibus, & ſequentibus, ꝙ voluerit vlteriorem numerū comprehendere. & ita Domi. in c. quàm plures. de offi. deleg. lib. 6. facit rō, quia mens ēt coniecturata præfertur propriæ ſignificationi. l. ſiquis filiū. ibi [nuſquàm interpretatio verborum tñ valet, vt mens] &c. C. de lib. præteritis. l. qm̄ indignum. ibi [reflexis verbis] C. de teſt. facit. c. intelligentia. de verbo. ſigni. & plenius dixi in repetitione. c. quamuis. in antepenul. & penulti. col. de pac. li. 6. & eſt optimus tex. in c. Marchio. 1. q. 1. ¶ Tertiò limita, & intellige prædicta procedere, qñ dicta verba de per ſe proferuntur. ſecus ſi vnà cū alijs, ēt minorem numerum ſignificantibus. puta ſi dicatur ſemel, & pluries, quo caſu numerus augetur vſq; ad trinum, aliàs verbum, ſe-
4 mel, nihil operaretur contra ſupradicta. ¶ † Præterea actus agentiū ampliantur per dictiones ampliatiuas, & copulas. l. qui fundum. § qui agrū. ff. de contrahen. emptio. l. ea tñ adiectio. ff. de leg. 3. & ecōtra reſtringuntur per dictiones reſtrictiuas. l. ſi cum fundum. ff. de verbo. ſigni. verba ſunt elegantia Bald. in rubri. C. de contrahen. empt. in ver. nonò quæritur. ¶ Quartò limita, niſi materia ſubiecta requirat numerū vlteriorem, probatur in l. veluti. §. hæc vox. ff. de eden. ita in-
5 ducendo dictio, iterū † numero binario eſt contenta. glo. eſt ordinaria in c. ſua nobis. de appel. bo. tex. quem ibi ponderat Bal. in c. olim. de reſcrip. facit. l. fideicom. §. ſiquis decē. ff. d lega. 3. ibi [rurſus] &c. tamen in d. § hæc vox. dicitur, ꝙ editio inſtrumenti pōt iterum peti. & illa dictio, iterum, exponitur. i. quotiens opus fuerit; qm̄ materia editionis importat; ꝙ totiens edatur, quotiens opus ſit, & ita tenet. Abbas in d. c. ſua nobis. & bene; qm̄ verba impropriantur, vt conueniant ſubiectæ materiæ. qđ multis iuribus probatur. ¶ Primò per tex. in c. rogo. 11. q. 3. vbi verbum, rogo, exponitur pro præcipio. ad idem tex. quem ibi ponderat Domi. in c. 1. §. porro. de ſtā. mo. lib. 6. vbi ēt probatur, ꝙ verbum, rogo, prolatum in materia præceptiua capitur pro præcipio. ¶ Secundò per tex. iuncta glo. in proœmio Decreta. Ibi [omnia quæcunq; vultis, faciant vobis homines] &c. & glo. ibi exponit, vultis, ideſt velle debetis, & hæc iura allegat Abb. in d. c. ſua nobis. ¶ Tertiò facit tex. in l. ſi vno. in prin. ff. loca. vbi verbū, dono, prolatū à dño propter ſterilitatem capitur pro remitto. ¶ Quartò facit, quia
6 verbū † beneficiū, in materia fauorabili comprehendit dignitatem. ſecus in materia reſtringibili. c. ſi. de præben. iuncto. c. penul. de verb.

fig. no.

ſig.no.in reg.beneficium.& in reg.in generali.lib.6. ¶ Quinto.plura lis locutio in materia odioſa reſtringitur ad duo. c.non pōt.c. is,cui. de præben.in 6. ſecus in materia fauorabili.c.ſi pp.&.c.ſi gratioſè.de reſcrip.lib.6. d.c.penul.facit qđ no.glo.ſi.in c.ſi Papa.de priuil.lib.6. ¶ Sextò facit.c.ſi ciuitas.de ſententia excom.in 6.vbi ne vileſcat cen
7 ſura eccleſiaſtica, † interdictum ciuitatis includit ſuburbia, & continentia ædificia, quæ aliàs ſub verbo ciuitatis non cōprehenduntur,vt ibi per glo:& hæc iura allegat Io. Mona.in d.c.ſi ciuitas. ¶ Septimò facit l.quibus diebus.§.dñs.ff.de condi.& demon. vbi reſpectu perſonæ ſerui,ad quem verbum,debitum,refertur,intelligitur de naturali debito, licèt aliàs appellatione debiti non veniat debitū naturale tm̄, niſi abuſiuè.l.fideiuſſor obligari.ff.de fideiuſſo.l.ſi is cui.§.Flauius.ff. de ſolu:& qđ ibi nō.Bart.l.ſi ſtipulatus.ff.de vſu.facit c.cum de beneficio.de præben.in 6.& in c.ſi pater.de teſta.eo.lib.vbi verba relata ad perſonas intelliguntur ſecundū qualitatem perſonarum. ¶ Octauò facit l.vbi ita donatur.ff.de dona. cā mor.vbi ſiquis donat cauſa mortis hac lege, vt non liceat reuocare,intelligitur inter viuos donare,& hæc iura addidit Pe.de Ancha.in d.c.ſi ciuitas. ¶ Nonò facit l.Mæuia.ff.de manu.teſta.vbi eſt tex.ſingu. ſecundū Nico. de Neapo. ꝙ ſi
8 dico, † manumitto te ſub hac conditione,vt des Titio decem,intelligitur manumiſſio ſub modo facta,& non ſub conditione. ¶ Decimò facit.l.ſi habitatio.§. ſed ſi relictus.ff.de vſu & habi.vbi ſi relinquitur vſusfructus domus cauſa habitandi, ſola habitatio relicta vr̄,& ſic generalitas vſusfructus ex cauſa ſpecificata reſtringitur. ¶ Vndecimò facit.l.ſi inſu.ff.de præſcrip.ver.vbi ſi ver. dono,apponitur in conuentione,habente effectum contractus innominati,do vt facias,intelligitur contractus innominatus.& facit l.ſi rem.§.ſi cum vnum bouem.ff. de præſcrip. ver. vbi ſi concedo tibi vſum bouis mei, vt tu mihi tuum concedas,& vtar verbo,commodo,non propterea oritur actio commodati, ſed præſcriptis verbis pp effectum contractus innominati, quem habet. ¶ Decimotertiò facit determinatio Nico. de Mate.relata per Bal.in rub.C.de iure emphi.in ſi.vbi dicit ſingulariter,ꝙ quā
9 do † inter cōtrahentes ponit nomen vnius contractus,& effectus alterius,iudicatur contractus ſecundū effectum,& nomen non correſpondens effectui habetur pro non appoſito. alle.d.l.ſi vno.& l.ſed ſi poſſeſſori.§.item ſi iuraucro. ff. de iureiur. verba enim, quæ non conueniunt naturæ contractus, ſemper impropriantur, vt illi conueniant.l. ſi tibi pecuniam.ff.ſi cer.pet.vbi glo. & gl.in d.l.ſi vno. & in d.§. ſi cū

vnum. ¶ Decimoquartò facit.l.ſi Lucius.ff. de do.vbi ſi dixero,com modo tibi habitationem domus,quamdiu voluero habitare,cenſetur precarium. & ita illum tex.ponderat Bal.in l.2. C. cõmodati. ¶ Decimoquintò hoc probat c.inter alia.de ſen.excom.vbi verbum,tenetur, quod de ſui natura importat neceſsitatem, pp ſubiectam materiam mutat naturã. ¶ Sextodecimò prædictis accedat,qđ voluit Io. de Ligna.hic,quem refert,& ſequitur Io.de Imo.in col.47.dicens, ꝙ ſi iudex in cauſa ſummaria dicat adhibuiſſe plenam cauſæ cognitionem,illud verbum,plenam, intelligitur ſecundũ qđ natura cauſarum ſummariarũ requirit.alleg.c.ad nrãm.il 3.de iureiur.& d.l. ſi vno.Plura alia iura poſſe ad hoc propoſitum allegari non inficior, ſed illa curioſo relinquo, cũ ſatis ſit prædicta ad idem propoſitum non infructuoſè tetigiſſe. aliquid ẽt dicetur infrà apoſtillãdo tex.ſuper verbo, mãdamus.

10 ¶ Quibus applicari põt dubitatio,quid ſi in vno † cõtractu apponantur duo verba, quorum quodlibet de per ſe ſignificat cõtractum diuerſæ naturæ. Conclude, ꝙ verbum ſignificans,& importans contractũ potentiorẽ, & magis plenum attrahit ad ſe verbum importans contractum minoris efficatiæ. caſus eſt multum notandus in l. non ſolũ.§.fi.ff.de vſuca.vbi ſiquis eandẽ rem conducat, & precariò rogat: quia iſti contractus ſunt diuerſæ naturæ, ex quo per vnũ quis poſsidet,& per alium non, iudicatur contractus conductionis magis plenus.& ita ad hoc propoſitũ illum tex. ponderat Bart. in l. ſi añ. ff. de acquir.poſs.quẽ ſequitur Ro.in conſ.59.inci.Circa propoſitã conſultationẽ.in 3. col.ver.Tertiò probatur.ſed tu hoc verbũ Bar.limita, & intellige procedere, vbi talia verba ſimul iuncta ſunt adeò diuerſæ naturæ,ꝙ vnum non ineſt alteri,vt in exemplo & caſu d.l. non ſolum.§. fi. ſecus vbi vnum verbum ineſſet alteri: moueor ex his, quæ pulchrè tradidit Bart.in Extrauag.ad reprimen.in ver. videbitur, dicens, ꝙ ſi fiat commiſsio, prout arbitratus fuerit, & voluerit iudex: licèt iſta verba ſint diuerſæ naturæ; quia alterum arbitriũ boni viri,alterum poteſtatẽ ſignificat: tñ quia vnum ineſt alteri (qm̃ in arbitrio ineſt voluntas, nec eſt arbitriũ ſine voluntate) dicta verba exponuntur, ideſt, voluntariè arbitratus fuerit.& ſic ver.voluerit,reſoluitur in adiectiuum,de quo plenius dicã infrà in.§.ſequenti.in ver.ꝙ ſi in cõmiſsione ponantur ſimul verba ſapientia arbitriũ boni viri,& liberã voluntatẽ. quod eſt perpetuò notandũ. ¶ Et ex prædictis infero plura.

11 † Primum, ꝙ dictum teſtium deponentiũ aliquem percuſſum pluribus percuſsionibus intelligi debet de duabus: & ſi dixerint, pluri-

mis, de tribus intelligetur ſecundũ Ange. notabiliter in. §. quod ſæpe. in Auth. de trien. & ſemiſ. colla. 3. ſed ſi dixerit, vna & pluribus, vel ſemel & pluries, vel pluribus & pluribus, qualiter debeat intelligi, patet ex prædictis. ¶ Secundum infero, ꝙ licèt poteſtas prorogandi terminetur vnica prorogatione ſecundũ determinationem Spe. & multorum aliorum, vt plenè dicam infra in materia prorogationis in articulo quarto principali in 4. q. poteſtas tñ prorogandi pluries nõ terminabitur vnica vice, ſed bina. Item conceſſa ſemel, & pluries terminabitur trina ſecundũ Bald. in c. fi. ſupra de conſuetudine in col. fi. ver. dubitatur inſuper. & in c. olim ex litteris. de reſcri. licèt ipſe Bald. in quodam cõſilio incip. Nobiles viri Henricus de aduocatis. & latius in conſilio 302. incip. Dilatio prorogatoria. referens Philippũ de Re. & Barto. de Sali. conſuluiſſe, ſentiat, ꝙ terminetur prima prorogatione, ſed fortè malè per ſupradicta; qm̃ illud ver. ſemel. nil operaretur. Ego latius dicam infra in materia prorogationis. in 4. articu. principali in 4. q. ¶ Quid aũt ſi concedatur licentia prorogandi pluries, & pluries, vel pluribus, & pluribus vicibus, qualiter terminetur, patet ex prædictis. ¶ Et quid ſi detur facultas prorogandi ad ſui voluntatem, ponit Bald. in c. præſentata. de teſtibus. & in d. c. ſua nobis. ¶ Itẽ quid ſi dicatur, ꝙ poſsit prorogari ſemel, bis, quater, & pluries, Ponit Bald. in rubrica apud quem quæſtio feudi terminetur. Roma. in rubri. ff. de arbi. ¶ Item vſq; ad quantum tempus poſsit prorogari, ponit Bal. in dicto conſ. & in c. fi. de conſue. & in c. Quintauallis. de iureiur. & in l. 1. C. vt in poſs. leg. Ego de ſupradictis latius dicam infrà in materia prorogationis in quartõ articulo principali. quæſtione 4. ¶ Tertium infero, ꝙ licèt diſpenſatio facta ſuper pluribus hominibus reſtringatur ad duo, vt inquit Bal. in c. cum in cunctis. circa prin. de elec. tamen ſi fiant ſuper vno & pluribus, extẽditur ad tria. & ſi fiat ſuper pluribus, & pluribus, porrigitur ad quattuor per ſupradicta. ¶ Quartum infero, ꝙ licèt Bal. in d. l. veluti. §. hæc vox. dicat, ꝙ ſi accuſator in libello dicat ſe ſæpius percuſſum, includi tm̃ binam percuſsionem, motus ratione, ꝙ licèt verbum, ſæpius, prolatum à lege vlteriorem numerũ comprehendat. d. §. hæc vox tamen prolatũ ab homine reſtringitur ad numerũ binarium. d. l. fideicom. §. ſiquis decem. tñ nec in dicto, nec in ratione arbitror Bal. bene locutum. Primò quia in du-
12 bio verba libellantis † ſunt ſecundũ illius intentionem interpretanda, & ſecundùm quod ex probationib. liquidabitur, l. ſiquis intentione ambigua. ff. de iudi. l. inter ſtipulantem. §. 1. ff. de ver. ob. no. glo. &

Docto.in l.Pomponius ſcribit ſi frumentũ.§.fi.ff.de rei vendi. & gl.in
ver. pertinentijs. in c. cũ ad ſedem.de reſti.ſpo. vnde cum dictio, ſæ-
pius, ſui natura ſit apta comprehendere vltra geminum actum, ſe-
quitur, ꝙ ſi accuſator probauerit de trina, vel vlteriore percuſsione,
debeat obtinere. Præterea licèt Bal.in d.§.hæc vox.& in d.c.olim. di-
cat eſſe differentiã, an dictio, ſæpius, proferatur à lege, vel ab homi-
ne, ipſe tamen Bal.in l.& ſi poſt tres. col.11.poſt Andre.de Piſis.ff.ſi-
quis cautionibus. reprobat dictam differentiã, quia à diſpoſitione le-
13 gis † valet argumentum affirmatiuè ad diſpoſitionẽ hominis, & econ
tra l.non impoſsibile.ff.de pac.l.1.in fin.C.de fideiuſs.§.diſponat, in
Auth.de nup.gl.in rub.C.de decre.Decur.lib.10.& in l.dũi prædiorũ.
C.de agri.& cenſi. lib.11.& in c.cũ dilectus.in ver.conſtitutus.de cõ-
ſue.No.do.Anton.in c.fi.de conſue.& glo.in c.1.de conſue.lib.6.Bal.
in l.ſi ex cautione.in vlti.q.C.de non nume.pecu.in l.1.C.quæ ſit lon.
conſue. in l. Titio centum.§. ſed inde.ff. de condi.& demon.in l.cun-
ctos populos. in 15.col.C.de ſum.Tri.& in l.1. C. commi. vel epi. Et
ideò cũ non poſsit aſsignari bona ratio differentiæ, qñ dictio, ſæpius,
profertur à lege, & qñ ab homine, ſequitur rationẽ Bald.non eſſe bo-
nam, quẽ reprehendit do.Alex.in repetitione l. ſæpè.in col.2.ff.de re
iudi. qui reſpondet ad tex. in d. §. ſiquis decem. per quem mouetur
Bald.ꝙ ideò ibi non importat niſi binũ actum; quia aliàs hæres ſine
ſui culpa nimium grauaretur contra præſumptã voluntatẽ defuncti,
argu. l. Titia.§. qui in vita.ff.de leg.2. & ita illũ tex.declarat Bart.ibi.
& in l. eũ qui certarũ. ff. de verbo.oblig. & Ange.in d.§.hæc vox.& in
l.ſi finita. in prin.ff. de dam. infec. dicit tñ, vbi ſupra do.Alex.ꝙ licèt
in terminis, quos ponit Bald.malè loquatur: poteſt tñ eius deciſio ſal
uari non in libello, vt ipſe dicit, ſed in teſtibus deponentibus aliquem
eſſe percuſſum ſæpius: quia verba teſt. ambigua ſunt interpretanda
contra producentẽ, inquit glo. in c. in præſentia. de proba. & in reg.
contra eum.lib.6.no.per Bart.& hoc in d.l.inter ſtipulantẽ.§.1.¶ Sed
quid ſi teſtis dicat Titiũ poſſediſſe. 10. annis & plus, clarũ eſt, illud, &
plus, nihil operari.no.Bart.in l.Celſus. in fi.ff.de vſuca. in l.cum furti.
ff.de in li.iuran.in l.ab hoſtibus. §. ſed quod ſimpliciter. ff. ex quibus
cau.maio.& in d.l.& ſi poſt tres.& Bald.in l.ſiquis in ſuo.C.de inoffi.
teſta. plenè do.Ant.referens dicta antiquorũ in c. licèt.de dilationib.
vbi idem tenet Ab.poſt Io.Cal.& Bal.in l.cũ filius.§ pater.ff.de leg.2.
facit quod idem Bald.no.in l.2.in penul.col.C.de reſcin. ven.& Io.de
Imo.in c.penul.in vlti.char.de emp.& ven. Si tñ dixerit teſtis Titium
poſſediſ-

poſſediſſe decem annis, & pluribus, probat de duodecim annis. verbum eſt notandum Bal. in d. l. & ſi poſt tres. col. 12. Sentit Ang. in d. §. & quod ſæpe. in Auth. de trien. & ſemiſs. & facit ratio, quia dictio, pluribus, certa quadam iuris interpretatione includit binarium numerũ, vt ſupra dictum eſt, quã interpretationẽ non habet dictio, plus: quod eſt perpetuò notandũ. Et adde quod ſupra dixi, verba, & plus, nihil operari, procedere, qñ teſtis debet deponere aliquid certum, & determinatum: ſecus vbi non eſſet probandũ aliquid determinatũ; puta dicitur læſionem eſſe vltra dimidiã iuſti pretij. nã tunc talis probatio valet, nec dicitur obſcura, ſed ſufficiẽs. tex. eſt quem, ibi ponderat clariſsimus D. Franc. de Are. in c. cum cãm. il 2. de teſti. inferens, ꝙ ſi teſtes dicant cõtrahentes matrimonium habuiſſe annos quattuordecim, & duodecim in fœmina, & plus, probant matrimoniũ cõtractum, licèt determinatum de tẽpore non deponant. facit glo. notãda, & quod ibi Bart. in l. ob carmen. §. ſi teſtes. ff. de teſti.

14 In tex. ibi. cauſas. † Quando dicatur cauſa, tex. in c. forus. de ver. ſigni. dicit, ꝙ cauſa eſt, dum libellus proponitur per actorẽ: ſed glo. in l. 1. ff. de teſti. & in l. cauſas. C. de tran. ponit tres opi. & tertiam approbat, vt illa dicatur cauſa, quæ eſt poſita in controuerſia, & allegat Marcum Tulliũ Ciceronẽ: quam opi. ſequuntur Iaco. Butr. Bal. Saly. & Paul. de Caſt. in d. l. cauſas, dicentes, ꝙ tàm lis, quàm cauſa propriè incipiunt à conteſtatione litis. ad quod glo. in l. fi. §. illud. C. de appel. volens ante litẽ conte. non dici cauſam inchoatam. ¶ Contrarium tenent Cy. Bar. Ang. Rapha. Ful. in d. l. cauſas. & Rom. in conſ. 412. incip. Pro habenda veritate. quia cauſa dicitur tam ante litẽ conte. quàm poſt, vt colligitur in Auth. at qui ſemel. C. quõ & quando iudex. & in c. ſuper quæſtionũ. §. nos aũt. de offi. dele. & hanc ſequitur Ang. in conſ. 188. quod incipit. Dña Peregrina. & in l. 2. § ſi aũt. ibi [ſi aũt cauſa adhuc penden. vel poſt litẽ conteſta. inueniat] &c. C. de iur. cal. vbi ante litem conteſtatam cauſa dr̃ pendere, pro qua ſententia facit tex. hic probatus, ꝙ ẽt in ipſa cõmiſsione, & ſic ante litẽ conteſtatã, vocatur cauſa; ex quo apparet malè dixiſſe Ia. Butr. Bal. & Saly. in d. l. cauſas. volentes, ꝙ ſtante ſtatuto diſponente, ꝙ propter abſentiam aduocati debeat ſuperſederi in cauſa, non erit ſuperſeden. ſi aduocatus ſe abſentet ante litem conte. ſecundũ eos, & malè per ſupradicta. Quando aũt dicatur lis. glo. in d. l. cauſas. vult, ꝙ lis dicatur & ante, & poſt litẽ conte.

quam ſequitur ibi Ray.de For. Ia.Bu.Bal.& Saly. ibi adducens tex.in Auth. qui ſemel. ſupra alleg. in verb. vſq; ad finem litis. vbi appellat litem,& tñ nondum erat facta conte.litis. Contrarium.ſ.ꝙ ſolum poſt litē conte.ſit lis,tenent Pet.de Bellaper.Cy.Bar.Rapha.Ful.& Paul.de Caſt.ibi.Primò per tex.in d.Auth. qui ſemel. ibi [& ſi lis non ſit cæpta.] Secundò per tex.in c.forus,circa medium. vbi dicitur, ꝙ lis incipitur à contentione,& ſic à conteſtatione litis,quæ ſit per contentionem partium.l.1.C.de lit.conte. Tertiò tex.eſt apertus in l.apertiſsimi.C.de iudi.ibi[antequā lis inchoet.] & in l.1.C.de plus peti.& in l. edita.C.de edendo.ibi [futuræ litis.] & pro hac parte expreſsè no. in c.ex parte. de verbo.ſigni. & Ang.expreſſè in l.1.C.de præſcrip.lon. tempo.voluit glo. in ver.exordium.in c. ſuper quæſtionum. in prin.ff. de offi.delega. ¶Nec ob.tex.in d.Auth.at qui ſemel. ibi [vſq; ad finem litis] quia debet intelligi litis. ſ. futuræ,maximè ne ille tex. ſibi contradicat,dum dicit [& ſi lis non ſit cæpta.] ¶Hanc tamen cōem ſententiā intellige veram,qñ verbum,lis,refertur ad actus iudiciales, ſeu profertur in materia iudiciali: ſecus in extraiudiciali,cui ēt conuenire poteſt verbum,lis, vt probatur in c.ſæpè.in fi.ibi [litibus,aut iudicibus] de appel. vbi hoc tenet Ab. & idem Ab. in d.c.ex parte.dicens eſſe conſiderandā materiā ſubiectam, ſuper qua profertur verbum,lis. ¶Secundò cōem ſententiam intellige procedere regulariter. Nam fallit quò ad inducendū vitium litigioſi, quod inducitur ſola citatione, vt inquit glo. in ver.exordium.in d.c. ſuper quæſtionū. in prin. de quo per Bart.in l.1.ff.de litigioſis.per dñm Anto.in c.fi. vt lite pendente.Ioan.de Imo.& Ab.in c.eccleſia.il 1.vt lit. penden. per glo.vt lit.pen.c.1.li.6. Inno.in c.cum.M. Ferrarien.de conſtitu.Bald. in l.1.C.cōmuni diuidū. Pet.de Ancha.poſt Paul.de Leazar.in Cle.2. vt lit.pen.Roma.in conſ.270. incip.Pro deciſione, ¶Secundò fallit quò ad perpetuandā iuriſdictionē.c.gratum.de offi.dele. & glo.in d. c.exordium.& in c.qm̄ contra in ver.citationes.de proba.facit glo.in ver.ad hæc.in d.Clemen.2. ¶Tertiò fallit quantùm ad inducendam litis pendentiā, quæ inducitur ſola citatione: requiritur tñ, ꝙ citatio peruenerit ad notitiā citati.d.Cle.2.quod intellige verum reſpectu rei citati, & ſic quantùm ad inducendā litis pendentiā reſpectu ipſius rei citati: ſecus reſpectu perſonæ,cuius intuitu fuit decreta citatio: quo caſu ſatis eſt, ꝙ fuerit decreta citatio, licèt ad notitiam citati nondū peruenerit. Ratio eſt, quia ex quò ipſe certus eſt de commiſsione citationis per ipſum impetratæ,amplius certiorari non debet,reg.eum,

qui cer-

qui certus. li.6. c. ab excõmunicato. de reſcrip. Præterea maior eſt
contumacia actoris, quàm rei.c. cauſamq;.de dolo & contu.c. 1.eod.
titu.li.6. bene facit quod no.glo. in ver.citatio.in d.Cle.2.Iſta eſt ſin-
gularis determinatio Rotæ Romanæ in deciſione 75. quæ incipit.Itẽ
quod dicitur in Clem.2.& ſequitur Roma. in conſ.130.quod incipit.
Circa primum.quod eſt memori pectore tractandum. ¶ Quartò fal
lit, vbicunq; tractatur de liberatione, cuius fauore lis etiã.incipit ante
litem conte. Ita pulchrè Saly. in l. poſtquã liti.C. de pac. vbi vr̃ ſequi
opinionem Bart. licèt in d.l. cauſas. ſequatur contrarium. ¶ Iuxta
15 prædicta applicari põt pulchra dubitatio: an lis † dicatur ſuper re,
quando ſolùm agitur de poſſeſſione ipſius rei: & ſic an ille, qui pro-
mittit litem non mouere ſuper re ſub pœna, contraueniat agendo ſu-
per poſſeſſione ipſius rei. In quo paſſu variant Doc.& in primis glo. 1.
in c. 1. de confirma.vti.vel inuti. cui concordat alia glo.in c.quia res.
11.q. 1.ſentit ꝙ non: & ſic res non dicitur litigioſa, ſi ſuper poſſeſſio-
ne ipſius rei litigaretur. ¶ Secundò facit tex. cum glo. in l.ratio. in
princ.ff.de actio.emp.vbi habetur, ꝙ ſi rei poſſeſſio fuerit euicta, nõ
agitur ad duplam, ſed ſolùm ad intereſſe; quia non res, ſed poſſeſ-
ſio rei dicitur euicta: & aliud eſt res, aliud poſſeſſio rei, l.ſi duo.in fi.
ff.vti poſſi. ¶ Tertiò ad idem facit: quia nõ dicitur res propriè euin
ci, vbi nuda poſſeſſio euincitur, l.ſi cum venditor.in prin.ff.de euictio.
no.Bal.in l. 1.in fi.C.de pericu.& commo.rei ven.vbi poſt Bart. in d.l.
16 ratio.in prin.dicit, ꝙ ſi promitto reſtituere † ſumptus litis, in dubio
intelligitur de lite, reſpectu proprietatis, & non reſpectu poſſeſſionis
tantũ. ¶ In contrarium facit tex.in l.ſtipulatio iſta.§.ſiquis fortè.ff.
de verb. oblig. per quẽ decidit ibi Ang. & ſequitur Io.de Imo.ꝙ cum
iſta ſint paria, promittere habere licere, & promittere controuerſiam
non mouere ſuper fundo, vel domo, intelligitur promiſiſſe ſuper vſu,
vſufructu, ſeruitute, & alio iure ipſius rei, vt dicit Ang. in d. §. ſiquis
fortè. vbi dicit eſſe caſum rotundum: & ſic eadem ratione videatur
promiſiſſe ſuper poſſeſſione non mouere controuerſiam. & ad hoc
propoſitum d. §. ſiquis fortè. allegat Bart. in l. venditores. in fi.ff.de
uerbo.oblig.Dñs Alex.in d.§ ſiquis forte.nititur concordare dupli-
citer. ¶ Primò ꝙ ſi promitto ſumptus, qui fient in cauſa euictionis
rei venditæ, procedat glo.in d.l.ratio. ſecus ſi promittatur ſumptus,
qui fieret occaſione litis mouendæ. nã tunc procedant deducta in op
poſitum. ¶ Vel ſecundò qui promittit habere licere, videtur promit
tere ius aliquo modo non minuere. d.§.ſiquis forte.ad quod Pet.ibi
allegat.

allegat.l.eum qui ædes.ff. de vſuca. dicens, ꝙ ſiquis vendidit rem, & promiſit habere licere, poterit agi ex empto; & ſi aliqđ ius euincatur infra proprietatem, agi ēt poterit ex ſtipulatione.d.§ ſiquis forte. ſecùs ſi ageretur ad duplam promiſſam ratione euictionis: quo caſu non poſsit peti dupla, licèt poſſeſsio foret euicta, vel aliud ius infra proprietatē.allegat.l.in naue.& l.penul.ff.de euictio.& ita pōt dici, ꝙ loquatur gl.in d.l.ratio.Dicit tñ dñs Alexan.fore cogitandũ; quia nō reperit contrariũ bene ſolutum.Mihi videtur dicendum, ꝙ in promittente habere licere, res ſit clara per ſupradicta: ſed in promittente nō mouere quęſtionē, ſeu controuerſiam diſtinguerem, ꝙ ſi promiſit mouere ſuper re, mouendo ſuper poſſeſsione, non contraueniat: ſi autem ſimpliciter promiſit non mouere quæſtionē: tunc difficultas ſtat, an præſumatur promiſiſſe reſpectu rei tm̃, an etiam reſpectu poſſeſsionis: de quo plenè per Bart.in d.l.venditores.in fi.vbi dicit conſiderādam eſſe naturam contractus præcedentis, vt ibi per eũ, & alios Doc. & ad prædicta adde quæ no. Ab.poſt dominũ Anto.in d.c.1. de con-
17 firma.vti.vel inuti. ¶ Quæſtio aũt † quando dicatur. glo.in l.1.C.de præſcriptio.lon.temporis.& in l.3.C.fini.regun.tenet, ꝙ quæſtio fiat per litis conteſtationē.ſed glo.in l.qui fidem.ff.de tranſac.intelligit, ꝙ quocunq; modo moueat controuerſiam, etiam ante litem conteſtatā, dicatur quæſtio. Bart.qui dictas glo. allegat in l. amplius non peti. ff. rem ra.ha.diſtinguit, ꝙ ſi ver.quæſtio, profertur à lege, intelligitur ēt ante litem conteſtatā.d.l.qui fidem.& l.Lucius.§.tres hæredes. ff. ad Treb.Secus ſi proferatur ab homine. & ſecundũ hanc diſtinctionem poterit intelligi tex. in l.licèt.in princ. quæſtionis.C. de procura.qui ſecundũ moder.ibi videtur probare quæſtionē dici ēt ante litem cōteſtatam. Vel ſecundũ dñm Pe. quem refert Benedictus Capra, Doc. Peruſinus clariſsimus in proœmio Decretaliũ, pōt aliter dici, ꝙ ſi ver. quæſtio, refertur ad cauſæ deciſionem, intelligitur poſt litē conteſtatā.d.l.3.fi.regun.probatur quia ante litē conteſtatam non pōt accipi, cum ante litis conteſtationē non poſsit pronunciari. c.qm̃ frequēter. & toto tit.vt lite non conteſta.facit.c.fi. de iudi. ſi verò non referatur ad cauſæ deciſionem, tunc ante litem conteſtatā dr̃ quæſtio, & ſic procedat glo.in d.l. qui fidem. ¶ Quid aũt ſit iurgium, & quando, dic, vt habetur in tex.& glo. in c. forus. in ver. negociũ. de verbo. ſignifica.
18 ¶ Controuerſia † verò intelligitur eſſe, & ante, & poſt litē conteſtatam, ſiue quis veniat ad agendũ, vel excipiendum.ff.de petitio.hæredi.l.ſed ſi legatum.§.ſi ante.l.non ſolùm.§.ſi Statius.ff.de procurato.

Specu.

Specu.in ti.de empt.& venditio.in §.penul. vbi dicit,ꝙ ēt controuerſia dicitur, ſi fiat extra iudicium,ad quod facit l.cū poſtea.C.de pac. & adde glo.expreſſam de hoc in ver.mouerit.in l. Lucius.§. tres hæredes.ff ad Trebel.dicens,quòd quis dicitur mouere controuerſiā nō ſolum in iudicio, ſed ēt extra,& ēt reſiſtendo,quam glo.ſequitur Bal.in c.audita.in prin.de reſti.ſpo.ſequitur etiam Cy.in l.2.in fi.C.de dona. quæ ſub modo. vbi ſentit idem eſſe de promittente non moleſtare, quod de promittente controuerſiam non mouere. & allegat d.§. tres hæredes. bene facit quod voluit domi. Ant.de Būt.in quodā ſuo conſilio,dicens, quòd qui iurat non mouere controuerſiā (& ſic ſuper facto) excludit oē remedium,& ita dicit pluries conſuluiſſe Bart.vt no. in l. ſciendum. ff.de verbo.obliga.& in Auth.ſacramenta.C.ſi aduer.

19 ven. ¶ † Iudicium aūt regulariter dicitur tempore,quo lis conteſtatur.de quo per glo.in l.1.ff.de indi.& in c.forus.de verb. ſig.& in reg. in iudicijs.li.6.& ꝙ iudiciū demū dicatur lite conteſtata, tex. eſt in l. is qui ſe obtulit.ff.de rei vendi.qui tex. cum glo. videtur probare, ꝙ lis dicatur agi lite conteſtata,de quo eſt glo.in l.hominē certū. in ver. agitur.ff.mandati.& in l.ſi poſtea.in verbo egi.quā ibi ponderat Bal. ff. de peculio. Supraſcripta omnia ſunt diligenter notanda; quia ex ipſis inferri poteſt ad deciſionem multarum quæſtionum. ¶ Et primò infero ad. q. qn̄ quis promiſit cauſam non mouere,qualiter pro-

20 miſsio ſit intelligenda, patet ex prædictis. ¶ † An aūt appellatione cauſæ comprehendatur cauſa criminalis vide tex.& Domi.in c.1.de offi.vica.li.6.plenius in c.diſpendia.in prin.de reſcrip.in 6.& in c.auctoritate. de priuile. eodem tit. ¶ Secundò infero ad quæſtionem, quando quis promiſit non mouere litē.¶ Tertiò infero ad quæſt.Sal. in l.ſiquis maior.C.de tranſ.vbi dicebat,ꝙ ſi quis promiſit quæſtionē nō facere, verificatur promiſsio ēt extraiudicialiter: ſi verò promiſit quæſtionē non mouere,requiritur litis conteſtatio.nā certè ex prædictis reprehenditur diſtinctio Saly.quæ potius verbalis,quā realis,dicenda eſt. & adde qđ pulchrè dixit Archi.in c.placuit. il.1.11.q.1.nolens,ꝙ ſi quis promiſit pœnam alicui,ſi quæſt.illi faceret:ꝙ qualitercunq; petat,vel moleſtet, pœna committitur. quod bene notandum. ¶ Quartò infero ad ſtatutū diſponens de qualibet controuerſia fieri compromiſsū,qualiter ſit intelligendū,conſtat ex prædictis. ¶ Quin-

21 tò infero ad.q.de illo, † qui promiſit non mouere controuerſiam.nā intelligitur ēt extra iudiciū;immo ex tali pacto oritur exceptio litis finitæ ſecundū Bart.in l.amplius non peti.ff.rem ratā habe.ponentem quid

quid de eo, qui promiſit non petere, vt ibi per eum. ¶ Item quid de
eo, q promiſit non contrauenire, & cõcludit, ꝙ tunc cõmittitur, quo-
cunq; modo contraueniatur, & idem dicit de eo, qui promiſit habe-
re licere. l. ſtipulatio iſta. §. 1. ff. de verbo. obliga. ¶ Sed quid de pro-
mittente non mouere querelam? conclude, ꝙ querela non dicitur, ni-
ſi lite conteſtata ſecundũ Archi. in c. ſi epiſcopus forte. 11. q. 3. tex. eſt
multum elegans in. §. poteſt. verſi. his autem. ibi [libellum porrigat,
& hoc in querimoniã adducat.] 16. q. 3. qui etiã probat, ꝙ querimo-
22 nia dicitur fieri per actum, qui fit poſt oblatũ libellũ. ¶ Quid † aũt
ſiquis promittat alium in ius non vocare? Bart. vbi ſupra, dicit, ꝙ pœ-
na cõmittitur per ſolã citationẽ. l. quamuis. ff. de in ius vocan. Archi.
tñ in c. qui bona. col. antepenul. 17. q. 1. ſentit, quòd immo per litis
conteſta. quia vocari dicitur cũ effectu tunc, d. l. quamuis. tu aũt vide
Bart. in d. l. amplius non peti. & adde quæ no. Bart. in Auth. habita. in
penul. & vlti. colum. C. ne fil. pro pa. & in l. 1. in penul. col. C. de his quę
pę. nomi. do. Anto. reaſſumentẽ dicta. Bar. in c. ſi diligenti. de foro cõ-
pe. col. 18. & ſequen. Bal. in l. 1. C. de teſta. per Cyn. in l. 3. C. de dona.
quæ ſub modo. per Ang. in l. Lucius. §. tres hæredes. ff. ad Trebel. no.
in c. conſtitutus. de reſcrip. in c. ad noſtram. il 2. de iureiur. ¶ Quid
aũt de eo, qui promiſit non cõuenire aliquẽ? Ab. in c. 2. de accu. tenet
quòd de iure hoc verbum ẽt verificetur extra iudicium, & ſic in actu
extraiudiciali. ſecus dicit eſſe ſecundũ vſum loquendi, qui attẽdi dẽt.
c. ex litteris. de ſponſalibus. l. Labeo. ff. de ſupplec. leg. no. gloſſ. in c.
nonnulli. de reſcrip. nam ſecundùm vſum loquendi intelligitur iudi-
cialiter. ¶ Sed an quis dicatur petere ante litis conteſtationem, vel
ſolùm poſt. vide Bart. in d. l. amplius. & omnino Archid. in d. c. pla-
cuit. Bart. in d. l. quamuis. & no. quòd ſi quis pœnam promittit, ſi am-
plius petet, non committitur pœna, niſi lite conteſtata, & ante poteſt
pœnitere ſm̃ Archi. in d. c. placuit. & de verbo, petere, vide glo. in l. vi-
num. ff. ſi cer. peta. Bart. in l. ſi decem. circa princip. de verbo. obli. in
l. ſi libertus. ff. de iu. patro. in l. Titia hæred. per illum tex. de condit. &
demon. Bal. pulchrè in l. 1. C. de litis conteſta. & in d. Auth. habita. &
in l. 2. §. illud. C. de tempo. appella. vbi ẽt habetur de ver. poſtulaue-
rit. plenè per Sali. in d. l. ſiquis maior. C. de tranſact. Bal. in l. 2. C. quo
modo & quando iu. & in l. fin. col. fin. C. de bon. auc. iudi. poſſi. Ille
verò, qui promiſit alium non impedire, intelligitur iudicialiter ſecun
dùm Calde. in c. in noſtra. de reſcrip. arg. c. cum eccleſia. de cauſa poſ
23 ſeſsio. & proprie. ¶ Sed † quid de promittente alium non vexare,
dic

die, ꝙ intelligitur iudicialiter, per tex. in Cle. 1. de reſcrip. qui exponit hoc ver. vexare, iudicialiter. Et ideò ſi talem in iudicio côueniat, dicitur vexare, & cadit in pœnam, quod verum, ſi ſine iuſta, & rationabili cauſa vexet. Secus ſi rationabiliter cauſa adſit. moueor primò per glo. nota. in §. item mixta. Inſti. de actio. & per ea, quæ dixit Bal. in l. 1. C. de his quę pœ. nomi. volens, ꝙ ſi teſtator prohibeat ſub pœna hęredē non moleſtare vxorem, pœna non habet locum, exiſtente iuſta cauſa, & benè facit quod no. Bal. in l. 1. C. de vſufruc. dicens petentem cautionē ab vſufructuario, non dici poſſe vexare vſufructuarium. accedat et quod voluit Io. de Imo. in l. ſi pater teſtamento. ff. de hæredi. inſtituen. vbi dicit, ꝙ hæres petendo Trebellianicā, non dicitur fideicommiſſarium vexare. facit etiam bo. glo. in c. pro illorum. de præben. quæ dicit clauſulam [amoto quolibet detentore] non verificari in eo, qui iuſtè detinet. c. audita. vbi no. de reſti. ſpo. & ad id, quod ſupra dixi de marito prohibente vxorem vexari, vide qđ no. Paul. de Caſt. in conſ. 228. quod incipit. Dubitatur primò. in 5. colu. & in conſ. 189. incipiente. Antequàm veniam ad dictā. vbi plenè tractat, ſi teſtator priuat filium hæreditate, ſi vexauerit vxorem, cui tunc applicetur hæreditas. de quo et per Bart. Bal. & Ange. in l. 1. de hære. inſtituen. Bar. in l. vxorem. §. hæres. de leg. 3. Bald. in l. 1. in 12. col. C. de his, quæ pę. nomi. & in Auth. cui relictum. de indic. vidui. tol. Pe. de Ancha. & Io. de Imo. in c. ſi heredes. de teſta. poſt Iaco. de Bel. in Auth. de nup. §. quæ verò. Alias incipit. Hæres. colla. 4. domi. Alex. in conſ. 140. in primo volumine incipiente. Opportunè conſideratis his. colum. fi. An
24 autem ſola ¶ impetratione reſcripti promittens non vexare, dicatur contrauenire. glo. in d. Cle. 1. in ver. vexare, quam ibi cōmendat Cardinalis in fi. tenuit, ꝙ non, & dicit illam glo. ſe allegaſſe in q. facti; ꝙ ex ſola ſupplicatione quis non dicitur incurrere pœnam contentā in tranſactione. tu pondera, ꝙ aliud eſt contrauenire, aliud vexare. & iō forte illa glo. non debuit allegari ad propoſitum Cardinalis, quia illi ob. tex. apertus in l. ſi quis maior. C. de tranſactio. ibi [interpellando iudicem, vel ſupplicādo principi.] & ſic probatur, ꝙ promittens ſub pœna non contrauenire, ex ſola ſupplicatione incidit in pœnā ſecundùm cōiter Doc. in d. l. ſi quis maior. licèt Paul. de Caſt. ibi aliter dicat, vt ibi per eum, & modernos, & domi. Alex. in conſ. 35. incipiente Viſo themate ſupraſcripto. col. 3. ¶ No. tñ, ꝙ vbi per ſolam contrauentionem quis incidit in pœnā, non eſt neceſſe, ꝙ contrauentio fuerit ſortita effectum. tex. eſt, & ibi Abb. in c. Rainaldus. de teſtamen.

 ¶ Quid

25 ¶Quid autem † de ſtatuto puniente trahentem aliquē? dic tale ſtatu tum non habere locum in ſponte comparente.glo.eſt ſingularis, quā ibi ponderat Bart.in l.1.C.de agricol.& cenſi.lib.11.inferens ad ſtatutum, ꝙ nullus trahat Peruſinum ad curiā eccleſiaſticam ſub pœna, vt non includat ſponte intrantem,ſola tamen citatione ante libelli oblationē,& litis conteſtationē quis dicatur trahi,tex.eſt notandus, quē ibi ponderat Ab.in ſecundo notabili in c.2.de libel. obla.ad idē tex. in c.paſtoralis. & ibi Abb.col.2.de cā poſſeſsio.& proprie.ſed glo.1. in c.inolita. 11.q.1.tenet,ꝙ quis dicatur trahi per litis conteſtationē, & non ante. & idem tenet glo. in ver.perdant in c.ſi diligenti. de foro compet.Pro concordia dicas, ꝙ ante litis conteſtationem quis trahitur, ſed vſq; ad litis conteſta.locus eſt pœnitentiæ,vt pœna euitetur, & vide Ab.in d.c.ſi diligenti.col.7. ¶Et adde prædictis, quòd ſi dñs poſsidenti rem ſuam promittat non mouere controuerſiam, ex hac promiſsione nō transfertur dñium rei in poſsidentē, ſecundùm Ang. per glo.ibi in l.ſtipulatio iſta.§.quæſitum.ff.de verb.ob. & per tex.in

26 l.ſi pro fundo.C.de tranſac. ¶Item adde, ꝙ venditor, † promittens emptori illum defendere de iure,& de facto,non tenetur,ſi per violētiam expellatur ſecundùm cōem opinionē. de qua in d. l. ſtipulatio iſta. in principio.& per Bald.in l.fin.C.de actio.emp. ¶Fallit in principe promittente defendere ſubditū ſuum, vel recipiente illū ſub ſua protectione,qm̄ tenetur defendere ēt à violentia, & ità pluribus rationibus concludit Pet.de Ancha.in conſ.86.quod incipit. In Chriſti nomine,omiſſo primo puncto.quem ſequitur Io.de Ana.in c.pe.col.fin. de accu.quod eſt perpetuò notandū. ¶Qui tñ promittit defendere, & manutenere, non tenetur defendere ab iniuria iuſtè illata ſecundū Bar.in l.quidam cum filium.per tex.ibi.ff.de verbo.obli.ex quo infert Ange.ibi,quòd ſi plures domini ſimul colligati promittant ſe inuicē defendere,& guerrare:ꝙ ſi vnus incipit ſine cā guerram,alter non tenetur defendere, de quo ibi per eum,& pulchrè per Paul.de Caſt.in conſ. 94. quod incipit. Viſo ſuprascripto puncto. vbi in materia plurium colligatorum ponit decem in vſu frequentes q.de quibus ꝑ eum ibi pulchrè. ¶Attende tamen,ꝙ licèt promittens defendere,& manutenere non teneatur de iniuria iuſtè illata; promittens tamen aliquem ſeruare idēnem tenetur ēt, ſi illi quæſtio de iure moueatur ſecundùm Abb.notanter in conſ.44.incipiente.Quidam dñs Antonius. Clericus etiam,qui tenetur eccleſiā defendere,tenetur ēt de facto defendere.de quo per Pet. de Anch. in conſ.157. colum. 11.incipiente.

Ex nar-

27 Ex narratis in facto. ¶ Quid aũt † de promittente dare auxilium, conſilium, & fauorem, an reſtringatur promiſsio ad iuſtum auxilium? vide Io. An, & Doc. in c. intimauit. de teſti. & Doc. in c. petitio. de iureiuran. tex. & Bal. in c. fi. hic ſi. lex dein. inci. conſue. re. Bal. in l. 1. ff. de rerum diui. q. 22. & in c. 1. §. præterea. de prohi. feu. aliena. per Fede. in l. 1. §. ne autem. C. de cadu. tollen. Bart. in l. 1. ff. de ſena. moder. Aretin. in d. c. intimauit.

In tex. ibi, committimus. Hoc verbũ quãdoq; ponit̃ pro conferre, Clem. 1. de ſupplen. negli. præla. & ibi Io. de Imo. in princ. quem vide: quandoq; etiam capitur pro confirmare. c. 2. de reb. eccle. non alienan. in 6. vbi bo. tex. ponderatus per Domi.

28 In tex. ibi, mandamus. † Inter mandare, & præcipere eſt differẽtia; quia ille cui mandatur, põt ſubdelegare, quod non poteſt is, cui præcipitur, glo. eſt ſolẽnis, dicens ita tenere curiales dñi Papæ, in l. ſæpè. ff. de officio præſi. quam ſequitur ibi Bar. & Bal. dicens illã non eſſe alibi. ſequitur etiam Pau. dñs Anto. & Io. de Imo. in Clementi. procuratorem. de procurato. & facit quod no. glo. & Io. de Imo. ibi in Clemen. 1. de iudi. Ipſe tñ Io. de Imo. hic col. 6. videtur dictam glo. impugnare per ea, quæ no. in l. 1. ff. quod iuſſu. ſed certè nõ bene; qm̃ ibi notata non multum faciunt. Aliam ẽt differentiã inter dicta verba tradidit glo. in c. dudum. 18. q. 2. quæ dicit, ꝙ mandatũ finitur morte, præceptum non. §. hoc verò iubemus. in Auth. vt nulli iudi. colla. 11. quod ẽt firmat glo. in c. quod præcipitis. 14. q. 1. dicens tamen, ꝙ quandoq; vnum verbum capitur pro alio. ¶ Tertiam etiam differentiam ponit Io. de Imo. in d. Clem. procuratorem. dicens, ꝙ mandatũ propriè cadit circa ea, quæ incumbebant facienda ex officio. præceptum verò circa ea, quæ incumbunt eius officio, per no. in l. & quia. ff. de iuriſdi. om. iudi. in l. fundi. ff. de acqui. poſs. ¶ Quarta ẽt differentia trahi poteſt: quia verbum, iubere, & præcipere, idem importat, & vtrunq; neceſsitatem importat, l. 1. iuncta glo. ff. qui pro iuſſu l. 1. & l. ſi mandato. ff. quod cum eo. mandatum verò non ſemper neceſsitatẽ importat, no. in l. 1. C. quomodo, & quando iudex. & in reg. ratihabitio. li. 6. Omnia tamen iſta verba. ſ. iuſſus, præceptum, & mandatum ſemper debent præcedere actum, & præuenire: nec ſufficit, ſi inconti-

nenti ſequantur, vt no. in l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum. de acqui. hæredi. & dicitur præceptum à præ, & capio, ſecundum Papiam, quia iuſſus principis capitur, vel dicitur à præcipio, quaſi præ alijs capio. facit c. integritas. 32. q. 1. & 23. q. 5. c. ſi dicat, & ſi eſt iuſtum † præceptū,
29 obligat ſemper, & ad ſemp, ſicut dicimus de præceptis Diuinæ legis, & vide in c. præceptum. de conſecra. diſt. 1. quandoq; tamen præcipoire capitur pro mouere, dicit gl. ſi. in c. 2. 12. q. 1. facit 28. q. 2. ſicut in & hoc operatur rō ſubiectæ materiæ. ſimile dicitur econtra, vt patet de verb. rogo. 11. q. 3. & ſupra dixi circa principium huius Clem. ſimile etiam videmus de verbis imperatiuis, & de verbo, debet, quæ verba quandoq; ratione ſubiectæ materiæ. neceſſitatem non important, inquit glo. no. in c. ſi vir. de adulte. & traditur in l. 3. C. de pign. in c. 1. de deſpon. impube. no. in c. intelleximus. de iudi. facit glo. in c. attendentes. de ſtatu monacho. & in c. 1. 25. q. 1. no. Archi. in c. quātum. 50. di. Io. An. in c. propoſuit. de appella. & in c. non ſolum. de appel. eo. titu. li. 6. ¶ Adde etiam, ꝙ inter verbum, concedo, & verbum, præcipio, eſt differentia, tradita per glo. in c. cum aliquibus. de reſcrip. li. 6.

30 In tex. ibi, ſimpliciter. † Hoc verbum quandoq; exponit, ideſt ſine difficultate, & ſic faciliter. Nam via plana facilior eſt alta, iuxta illud poetæ. Facilis deſcēſus Auerni. ſed reuocare gradus &c. l. manifeſtiſſimi. ver. tales. C. de fur. §. ſed quia. Inſti. de fideicōmiſs. liber. Alibi exponitur ſine duplicitate. l. 1. §. 1. ff. de vulga. & pupil. & ibi Bart. alibi ſine obſcuritate. c. 1. de ſum. Tri. 23. diſti. c. qui epi. Alibi ſine differentia, Inſtitu. de legi. agna. ſucceſsio. §. ſed quia. Alibi ſine dolo, & machinatione iuxta illud Euangel. Eſtote ſimplices vt columbæ. Alibi ſine aſtucia. Alibi ſine rigoroſa ſubtilitate, c. dilecti. ſupra de iudi. Alibi ſine indagine, & inquiſitione, ſecundùm Bart. in l. ſi. ff. de teſta. tutel. Qualiter aūt capiatur in hac Clemen. dicam infrà in glo. in verb. ſimpliciter: & de hac dictione, ſimpliciter, vide Bart. Io. de Imo. & Rom. in l. 1. §. ſi quis ſimpliciter. ff. de verbo. ob. Bart. in l. 1. ff. de vulga. & pupil. & in Extrauag. ad reprimen. in verb. ſummariè. in ſi. Ang. in repetitione l. cum quam. C. de fideicō. Bal. pulchrè in l. 1. in prin. C. de ædili. acti. in petita noua. diſtinguente, ꝙ aliquando hoc aduerbiū, ſimpliciter, refertur ad hominis diſpoſitionem; & tunc dicitur ſimpliciter, quod habet vnum caput, & non plura, niſi illa pluralitas tacitè inſit. l. 1. §. 1. iuncta. l. iam hoc iure. ff. de vulga. & pupil. Interdum refertur ad ho-

minis teſtificationē: & tunc ſimpliciter dicitur.i. credibiliter.l.3.ver. ideoq;.ff.de teſti. Interdum refertur ad hominis electionē:& tunc,ſimpliciter, exponitur.i.ſine alia adiectione.c.1. de poſtula. prælato.li.6. Interdum refertur ad interrogationem, & reſponſionem: & tunc exponit,idest nullo addito,niſi id,qd ſit de natura interrogationis,vel in ea comprehenſum. Exemplum. interrogor, an vendidi, reſpondeo; vendidi pro decem. Iſta reſponſio mea appellatur ſimplex, nec illa adiectio pro decem facit me non reſpondiſſe ſimpliciter;quia reſpondi ſecundum naturā interrogationis. immo ſi hoc non poſſem declarare, poſitio eſſet captioſa, & non cogerer reſpondere, argu.l.ſi duo patroni.§.idem Iulianus.& §.item ſi iurauero.ff.de iureiuran.Iſta eſt elegans doctrina Bal. in d.l.1. quam ſibi aſcribit Roma.in d.§.ſi quis ſimpliciter.col.2.Et conferunt prædicta ad ſtatutum diſponens,poſitionibus,vel inquiſitionibus eſſe ſimpliciter reſpondendū,de quo per Bart.& Doc.plenè in d.§.ſi quis ſimpliciter. & per Bal.in d.l.1.Ange. in l.fi.C. de fur. Verum quia ſimplicium non mediocris eſt copia in humano genere, ſcias, ꝙ ſimplicitas quædam eſt columbina,quæ caret dolo:& hæc laudāda.7.q.1.c.ex merito.16.q.1.c.ſi cupis.c.veritatis.de iureiur.c.ex ſtudiis.de præſum.quia eſt innata, & hæc aliquando excuſat,& ſi non à toto, ſaltē à tanto.c.de Petro.67.di.c.ex tuarū.de ſortile. de conſecra. diſt.2. c.ſcriptura.86. diſtin.c.tanta.Impedit tamen promouendū.c.Petrus.39.diſt.& iam promoto prælato ſeculari facit dari coadiutorē.7.q.1.c.quia frater. regularis aūt prælatus ꝑ ſimplicitatem deponitur.c.ſi quis Ab.18.q.2. alia eſt ſimplicitas, quæ dr̄ ſingularitas quædam, quā habentes dicuntur contēplatiui. ex qua dicitur, ꝙ ſibi ſoli prodeſt,& ex merito ſibi ædificat,& de iſta dici ſolet Dum ſimplicitati tm̄ ſtudet,diſciplina negligitur.9.q.1.c.fratris: & ita Stephanus prouincialis hic,& Io. Imo.col.3. ¶ Tu adde glo.in d.c.ſi cupis.dicendo, ꝙ duplex eſt ſimplicitas.quædam cōtraria diſcretioni: & hæc mala.quædam contraria doloſitati: & hæc bona.& de iſta glo.meminit Roma.in d.§.ſiquis ſimpliciter.

31 In tex.ibi, de plano. †Planum eſt oppoſitum alto, & altum dr̄ ratione loci, vel ſtili. Item planum eſt oppoſitū eius, quod fit velociter ſecundùm Bar.in Extraua.ad reprimen.in ver.de plano. & Pet.de Ancha.hic, ſic intelligentē hoc verbum,de plano,hic appoſitum. Cardinalis autem hic col.5. poſt Guil.de monte Lau.exponit verbū,de plano.i.repulſa

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

omni ſubtilitate pernicioſa in refrænando multitudinem teſtium, & probationum, & in omnibus alijs planius procedendo, non tñ omit-
32 tendo ordinem iudiciariũ. de quo in c. olim. de accuſa. & † an poſsit procedere die feriata, vel in domo ſua, vel non ſedendo pro tribunali. glo. infra in verbo, feriarum, tenet, ꝙ ſic, de quo ibi dicam, & latius in fi. huius Clemen. reaſſumendo dicta Bart. in dicta Extrauagan. glo. & Doctorum hic.

33 In tex. ibi ſine ſtrepitu. † De hoc verbo habetur in c. olim. de accu. in c. ea quæ. de ſtatu monacho. in c. idemnitatibus. §. ſi verò. de electio. li. 6. in Cle. diſpendioſam. de iudi. in c. fi. de hæreti. in Extrauagan. ad reprimendam. & Inno. in c. olim. refert quoſdam dicere, ꝙ verbum, ſine ſtrepitu, excludit omnem ſubtilitatẽ iudicij, quæ magis ſpectat ad ordinẽ, quàm ad inuentionẽ veritatis. Hos reprobat Inno. dicẽs, ꝙ immo in omnibus debebit obſeruari ordo iudiciarius: quare Bart. in d. Extrauagan. in verbo, ſine ſtrepitu, dicit, ꝙ ſine ſtrepitu idem eſt dicere, quod ſine rumore. deſcendit. n. à ſtrepo, ſtrepis, quod eſt rumorem facere ſecundũ Vgo. & ideo ſicut per verbum, de plano, tollitur altitudo loci, & ſtili, vt ſupradixi: ſic per verbũ, ſine ſtrepitu, tollitur altitudo vocum, & clamatio. hinc eſt, ꝙ quandoq; agitur ſine ſtrepitu aduocatorum, & procuratorũ. c. fi. in principio. ſupra de hære. & ad iſta vide quæ dicit no. glo. infra in ver. exceptionem. ¶ Ex quo infero primò ſecundùm Bart. verbum, ꝙ in caſibus, quibus cognoſcitur ſine ſtrepitu: ſi pars dicat iudici, ꝙ vellet illum alloqui ſecretò, & in occulto, debet iudex ſe præbere: aliàs diceretur illum grauare. licèt in alijs cauſis ordinarijs iudex non cogatur audire, niſi palã, & ante tribunal, l. iubemus. in fi. C. de ſac. ſanc. eccle. ¶ Secundò infero ſecundũ Bart. quòd licèt aliàs pp abſentiã aduocati detur dilatio. l. ab hoſtibus. in fi. ff. ex quibus cau. maio. no. glo. in c. 1. vt lite non conteſta. hoc tñ caſu non erit danda dilatio, cum ab ea cauſa ſit remotus ſtrepitus aduocatorũ: ità Bart. vbi ſupra, quem ſequuntur hic Pet. de Anchà. & Io. de Imo. col. 50. ¶ Ex quibus maximè dictis in prima illatione infero tibi fortè inauditam limitationẽ ad dictũ Spec. tit. de poſitione. §. 7. ver. Quid ſi volens. vbi dicit, ꝙ ſi ps ſibilat ad aures iudicis, vel ſecum loquitur ſecretè, legitimè põt per aduerſariũ tanquàm ſuſpectus recuſari, niſi quod aure audit, pulchrè profe rat: quod enim in aure auditis, prædicate, ſuper rubri. inquit extra in c. cum ex iuramen

to.ſupra de hære.& c.nolite.9. q.3. quod dictum ſequitur dñs Anto. & Abb. poſt ipſum in c. accedens. il 2. in 5.col.vt lite non cõteſta. & Roma.in ſingulari.16.ſub rub. de iudi.pro quibus addo rationẽ;quia ex ſecreta locutione inſurgit præſumptio,ꝙ tacitè dicat aliquid,quod palam dicere erubeſcit, vt inquit Bal.poſt glo.ibi in l.Lucius. §. 1, ff. de lega. 1.nam certè vbi cauſa eſſet ſine ſtrepitu tractanda, per talem admiſsionẽ ad aures, & locutionẽ ſecretam non vr̃ iudex poſſe recuſari: ex quo natura cauſæ requirit,ꝙ iudex ſic ſe parti exhibeat,vt ſupra dixit Bart.quam perpetuò tene menti:quia noua eſt conſideratio mea. & adde glo. in c.debeo.ſupra de teſti.dicentẽ,ꝙ ille,cui ſecreta cauſæ pars reuelauit,non põt per illum tanquã ſuſpectus recuſari,qm̃ tenetur ſecundùm allegata, & probata iudicare, & non ſequi cõſcientiam,iuxta plenè notata in c.paſtoralis.de offi.delega.

34 In tex.& figura. †Aduerte,quia quandoq; conſideramus factum iam factum. quandoque prout eſt in fieri. Primo caſu figura dr̃ apparens forma, ſeu ſpecies cuiuſcunq; rei,ſub qua figuratur.l.non figura.ff.de actio.& obligatio. & ita glo. hic in verb.exhibet.& hoc verum in figura rei corporalis.l. fi.C.de edi.diui Adri.tol.c.inter dile.de fide inſtru.c.licèt.de crimine fal.melior tex.de iure in l.quotiens aliquis.ff.de verb. ſignific. Figura autẽ rerũ incorporalium dicitur ipſarum natura, vnde dicitur figura actionis, ideſt ipſius natura.C.de rei vxo.actio.l.1.§.fin aũt. ibi [vnde figura] &c. Secundo caſu conſiderando factum,prout eſt in fieri, ſeu in actu faciendi dic,ꝙ iſtius figura eſt ipſe ordo faciendi;hinc eſt, ꝙ dicunt grammatici,cuius figuræ,ſimplicis;quia ſimpliciter profertur.ecce ꝙ ideò,ꝙ actus proferendi eſt ſimplex, dicitur figuræ ſimplicis. in propoſito ergo licèt verbum, iudicium,capiatur multis modis, de quibus per Io.Mona.in reg.in iudi.li.6,& gl.in §.præterea.Inſtitu. quibus mod.teſta.infirmen.per Doc.in rub.ſupra de iudi.tñ hic capitur pro actu examinationis,& diſcuſsionis cauſæ. vnde licèt figura iudicij ſit,ꝙ partes iudicij ſint factæ ſecundũ debitum ordinẽ,& debitã propoſitionẽ,ex quò figura iudicij capit eſſe,& ſubſtantiã.quod probatur; quia ſi ordo non ſeruatur,iudiciũ eſt nullum.l.prolatam.C.de ſen.& inter.§.diffinitiua.2.q.6.tamen per hoc verb.ſine figura,in cõmiſsione appoſitum, tolluntur ſubſtantialia iudiciorũ, prout verb.ipſum importat,vt hic dicit glo.in verb.ſine figura.& ſi dicas,ergo ſublatis ſubſtantialibus,nullo modꝰ erit iudiciũ:quia res ſine ſubſtantia

ſtare non poteſt, l. obligationum ſubſtantia. ff. de actio. & obliga. c. de
35 trahe. 1. q. 1. reſpondeo, ꝙ cū in hoc iudicio ſine † figura, non tollantur ſubſtantialia inducta à iure naturali, vt dicetur infrà in glo. ſine figura, ſed ſolum inducta à iure ciuili, in veritate erit iudiciū, licèt extraordinariū, cùm ab ipſo ſubſtantialia iuris ciuilis ſint ſublata. Ex quibus infertur, ꝙ iudex in hoc caſu non aſtringitur ad aliquas formas iuris ciuilis, & ſolum tenetur ſeruare inducta à iuregentium, ſeu naturali ratione, & ſic erit intelligenda glo. hic in verb. exigit. dicens, ꝙ iudex non aſtringitur ad aliquas regulas, formas, vel figuras iudiciorū, niſi quatenus in hac Clem. exprimatur; quia hic expreſſa magis reſpiciunt figurā negocij, vel cauſæ, quàm iudicij, licèt hæc Clem. aliqua addat. & ita reſidet Bar. in d. verb. ſine figura. & Io. de Im. hic. col. 50. & Pet. de Anch. in tertia char. verſ. 5. principaliter. Et conferunt prædicta ad quæſtionem, ꝙ remiſſa ſolemnitate
36 † iuris, non dicitur remiſſa ſolemnitas iuriſgentiū, vt ſupra dixi ex mente Bart. & eſt glo. & Cy. poſt eam no. in l. milites. C. de teſtamen. mili. no. Bart. in l. ambitioſa. ff. de decre. ab ordi. faci. & in proœmio. Cod. & in l. filiusfamil. ff. de donatio. facit quod no. Bal. in l. fin. C. ſi contra ius. & quæ dicam infra. in §. non ſic tamen. verſ. quid autem ſi dicatur, ꝙ Poteſtas procedat ſine vlla ſolemnitate. vbi latius tangam.

In tex. ibi, huiuſmodi. Hæc dictio reſtrictiua eſt reſpectu præcedentium. glo, eſt no. in c. fi. §. huiuſmodi. de iudi. li. 6. bo. tex. quem ibi ponderat Hoſti. & Abb. poſt alios col. 7. in c. veniens. de præſcrip. Idem dicimus de dictione, taliter, vt inquit glo. in verb. taliter. in c. eos. de tempo. ordi. lib. 6. Idem de dictione, vt, præmittitur glo. no. in Clem. ne in agro. §. abbate. de ſta. monacho. & glo. in c. cupientes. §. ad hæc. vbi ita colligit Domi. de electio. in 6. Et idem Domi. in c. 2. de reſcrip. eodem libro.

Nota primò. Ibi, ſignificationem. ꝙ attendi debet ſignificatio verbi. concordat c. præterea. c. intelligentia. de verb. ſignificatio. l. non aliter. ff. de leg. 3. Verba enim, ſecundū Paulū hic, ſunt inuenta, non vt homines ſe inuicem decipiāt, ſed ad proprias eorum cogitationes in alterius notitiam deducēdas. c. is aūt. 22. q. 2. l. Labeo. circa fi. ff. de ſupellecti. lega. meritò igitur, ſi ſunt dubia, vel nō bene intelligibilia, declarari debent. & ſi nullo modo intel-

do intelliguntur, habentur pro non ſcriptis.l.2. ff. de his, quæ pro non
37 ſcrip.habentur. Mens tñ potentior eſt verbis.d.l.Labeo.in fi. † Et ideò
verba impropriantur, vt menti deſeruiant, vt dictum eſt ſupra circa
principium. & plenè tradidit Feder. in conſ. 13. quod incipit. Titius
percuſsit.per iura Veteris, & Noui teſtamẽti canonica, & ciuilia pro-
bat, ꝙ mens ſit attendenda. de quo per Roma. in conſ. 179. col. 3. &
Bal.in c.ex parte.M.col.penul.de appel.vbi pulchrè dicit, ꝙ acumina
verborũ relinquuntur pertinacibus, ſenſus ſapientibus. allegat no. in
l.2.ff.de conſtitu.pecu.Oportet tamen, ꝙ de iſta mente appareat, vel
colligi poſsit ſecundũ glo. quæ concor. alleg.in d.c.intelligentia.& in
c.præterea. de verb.ſignific.l.ſemper in ſtipulationibus.ff. de reg.iur.
¶ Colligi autem ſecundũ Petr.de Ancha.in repetitione c.cano. ſtatu-
ta.col.33.& ſeq.verſ.Circa tertiũ caſum.& verſi.Itẽ circa iſtam men-
tem. & verſ.ſequen.pôt ex pluribus. Primò ſi proprius ſenſus conti-
net iniquitatem. Secundò quando ratio legis repugnat. Tertiò ſi re
pugnat vſus loquendi, vt ibi per eum.& adde, ꝙ etiam cauſa honeſta-
tis ſeruandę receditur à propria ſignificatione ſecũdùm glo. & Ang.
in l.3.§.parentes.aliàs.§.Prætor ait. ff. de in ius voc. Quod tñ dictum
eſt menti præferendum, procedit, qñ verba ſecundùm propriã, vel im
propriã interpretationem, ſeu ſignificationem poſſunt conuenire mẽ
ti, aliàs ſecus.glo.eſt notanda in l.in ambiguis.ff. de re.dubijs.dũ ſol-
uit contrariũ d.l.non aliter. Ad quod facit bonus tex. in l.ſi alij.ff.de
vſufru.lega.per quem Bal.in c.1.de contro.inu.dicit, ꝙ neceſſarius in-
tellectus ſcripturæ præferendus eſt cuicunq; menti. facit etiam; quia
vbi verba non patiuntur, non fit interpretatio, vt no. in c. cum tu.de
teſti.debet enim interpretatio eſſe probabilis, & conſueta, aliàs non
fit, ſecũdùm glo.& Bal.in l. peñ. ff. de leg. 1.& alibi dicit tex.in re du-
bia melius eſt verbis editis ſeruire.l.1.§.ſi is qui naue.ff.de exerci.no.
glo. in d.c.præterea. ¶ Item ſecundò procedit, quando mens eſt iã
deducta in diſpoſitionẽ: ſecus vbi mens nondum tranſiuiſſet ad diſpo
ſitionem; quia tunc non ſufficit velle, niſi diſponat.exemplũ, & tex.ha
bes in l.quidam cum filium.ff.de hæredi.inſtitu.& ita colligit ibi Bal.
& has duas limitationes ponit dñs Alex.in l.ſi quis filium. in fin. C.de
libe.præteri. Et ego de materia latius dixi in repetitione cap. quam-
uis. de pac.lib.6.col. antepenul. & ſequen. Aduerte tñ ſecundũ Gui.
& Cardina.hic col.8. ꝙ verbum accipitur prò reuelatione, ſeu indi-
catione. nam per verba, vel æquipollentia, puta ſigna, conſtare pôt de
intentione hominis.c.tuæ.de ſponſal.Clemen.ſi ſũmus. de ſenten.ex-

communi.

communi. verbum ét quãdoq; adijcit, & auget quod figurat, patet in illis verbis prolatis à ſacerdote. Hoc eſt enim corpus meum, &c. Et in illis. Ego te baptizo, in nomine patris, &c. c. vnico. de ſac. vnctio. c. detrahe. 1. q. 1. patet etiam in incantationibus, vbi dicuntur verba diuina. 26. q. c. vult. per totum. & ad hoc inuẽtus eſt ordo exorciſtarum. nam exorciſta græcè, latinè dicitur adiurans, quia dẽt dæmoniacos, & alios infirmos adiurare. 21. q. 1. §. 1. 23. diſtinc. exorciſta. vñ in Euangelio dicitur. Super ægros manus imponent. hinc eſt, ꝙ ſuper febricitantem ponũtur verba iſta, & curantur. Vulneribus quiſquis ſubtrahe me Chriſte ruinis. Vulnera quinq; Dei ſint medicina mei. Deus tamen omnipotens aliter vtitur ſignificatione verbi, quia ipſe dixit. & facta ſunt. & eius ſermo eſt penetrabilior omni gladio. facit quod notat Inno. in c. præterea. de appel. ſecundum Guil. & Cardinalem hic.

Secundò nota. Ibi [& qualiter] ꝙ hic contendebatur ſuper ſignificatione horum verborũ [ſimpliciter] &c. & ſi dicas, iſte tex. eſt ſuperfluus contra procemiũ Clem. & 6. nam ex quò contentio in nullo alio erat, niſi reſpectu modi procedendi, fruſtra Papa ſubdit iſta verba [& qualiter] reſpondet Paul. ſtandũ contrario, & ideò exponit copulam, &, pro id eſt. Ex quo
38 infero, ꝙ ratione † ſuperfluitatis euitandæ copula reſoluitur in expoſitiuam, id eſt, & ſic impropriatur; cum propria natura copulæ ſit copulare, inquit glo. in c. cupientes. §. deniq;. de elec. lib. 6. & glo. penul. in c. 1. de pę. eodem lib. quas ibi ponderat Domi. facit quod no. dñs Anto. in repe. c. veſtra. de coha. cle. col. 6.

Tertiò nota. Ibi [poſsibile] ꝙ ignoſcitur Pontifici, ſi omnia dubia noua non decidit: q̃m tanquam homo illa omnia præuidere non põt, ſecundùm Pau. Et ideò ſufficit, ſi faciat quod poteſt. c. Epheſijs. 44. di. 47. di. c. fin.

Quartò nota. Ibi [de iure] ꝙ illud dicimur poſſe, quod de iure poſſumus, c. faciat homo. vbi bona glo. 22. q. 2. l. filius. ff. de condi. inſti. vbi Papi. Iuriſcõſultus pulchrè inquit. Nam quæ facta lædunt pietatẽ, æſtimationẽ, verecundiã noſtram, & vt generaliter dixerim, quæ contra bonos mores ſunt, nec facere nos poſſe, credendũ eſt. Et aliquid nos poſſe intellige † qđ poſ-
39 ſumus de iure cõi, non aũt iure ſpeciali: quia id, quod quis poteſt iure

ſpeciali,

ſpeciali, non debet eſſe in conſideratione. tex. eſt. in l. 4. ff. de fideicom. liber. & bene in propoſito dixit glo. iuncto tex. in l. fi. ff. de condi. indebi. quòd quis non dicitur poſſe id, quod pōt per remedium reſtitutionis in integrum. no. Bar. in l. 1. in prin. ff. de vulga. & pupilla. Secundò dixit glo. in c. gratia. ſupra de reſcrip. lib. 6. idem eſſe de eo, quod quis pōt iure diſpenſationis, quod ēt tenuit glo. in c. vētum eſt. 1. q. 1. Tertiò facit dictum Inno. in c. paſto. de cauſa poſſeſsio. dicentis, ꝙ nō dicitur poſſe fieri, quod fit per remediū extraordinarium. allegat. d. l. 4. & Inno. ſequitur ibi Ab. in fin. & idem Ab. in c. ſuper eo. de ſenten. excōmmuni. & in c. ex parte. M. de reſti. ſpolia. in 3. col. & in c. quod per timorem. de ſtatu monacho. in 3. col. ſequitur Bal. in c. dño guerram. in tit. hic finitur lex inci. conſuetu. Hinc dixit Pet. de Ancha. in c. 1. lib. 6. de elec. ꝙ non eſt ſperandum id, quod alicui iure ſingulari poteſt obuenire, per dictam l. 4. & l. apud Iulianū. §. fi. de lega. 1. Hinc ēt dixit Roma. in conſ. 325. quod incipit. Quò ad primum. colu. fi. ꝙ cōſtitutio quantuncunq; generalis generaliter diſponens, nunquā præſumitur cogitaſſe de eo, quod cauſari pōt per implorationē officij ſecularis, per tex. in d. l. 4. & in l. 2. §. ſi bonorū. ff. ad Tertu. quos tex. ad hoc allegat glo. ſuper verb. repudiauit. in l. 2. §. expectandi. ff. de bonorum poſſeſs. ſecundū tabu. & ad omnia prædicta facit ratio, quia cum diſpenſare, ſeu reſtituere dependeat à voluntate ſuperioris, vr̄ adeò difficile, ꝙ cenſetur impoſsibile, d. l. apud Iulianū. §. fi. prædictis etiam accedat quod notat Bart. & ſequitur Io. de Imo. in l. quamdiu. la prima. ff. de acquiren. hæredi. dicens. l. illam diſponentē, quòd quamdiu pōt habere locum inſtitu. non vocatur ſubſtitutus, nō procedere, vbi inſtitutus poſsit venire per remediū reſtitu. ſiue reſtitutio cōcedatur à pretore viuente, ſiue ipſo iure per d. l. 4. quod eſt diligenter menti tenendum. Et ſi dicas contra prædicta facere tex. in c. licèt epiſcopus. de preben. lib. 6. probantem, ꝙ immo ea, quæ ſolùm poſſunt cōpetere iure ſpeciali, ſunt in cōſideratione. nam ibi dr̄, ꝙ obtinenti beneficium incompatibile datur poteſtas retinendi primū; ita ꝙ poſſeſsio primi non poſsit alij concedi, niſi illo citato, & tn̄ conſtat, ꝙ retinere ſecundum nō poterat, niſi ex diſpenſatione. c. de multa. ſupra de præben. Reſpondeo, ꝙ prima facultas retinendi primū poterat aliquo caſu iure cōmuni ſibi competere, per tex. in c. ſi tibi conceſſo. de præben. lib. 6. & ita ſoluo dictum contrariū, quod mouet Pet. de Ancha. in d. c. li-
40 cèt epiſcopus. licèt non ſoluat. Et † ex prædictis infert Domi. in d. c. gratia. ad. q. ꝙ ſi teſtator mandauit ædificari eccleſiam, quæ non pōt

ædificari

ædificari ſine voluntate Papæ; ꝙ iſta etiã iuſta cauſa cõmutandi legatum in alium piũ vſum. argu. c. nos quidẽ. ſupra de teſta. & eorũ, quę notantur in l. legatum ciuitati. ff. de vſufruc. lega. de quo per Bart. & Doct. in d. l. apud Iulianum. §. fi. Et prædicta diligenter memoriæ cõmendanda, quia alibi ita ordinatè non inuenies. Et adde tex. in l. continuus. §. cum quis. ff. de verbo. obliga. notatur in reg. ſemel. de reg. iu. lib. 6. &c. ¶ Id tamen, quod ſupra dixi, ꝙ illud, quod prouenit iure ſpeciali, non eſt in conſideratione per iura prælleg. voluit Bart. in l. fin. §. 1. de ſententiam paſ. ¶ Item quod dixi, id, quod dependet à voluntate principis, cenſeri impoſsibile obtineri, limita ſingulariter nõ habere locum in his, quæ de facili princeps, vel ſuperior ſolet concedere. nam iſta bene ſunt in conſideratione. immo imputandum eſt non impetrãti, tex. eſt notabilis in l. ſed ſi per prætorẽ. ver. ſed nec ad eos. ibi [quoniam aditus poterit permittere] iuncta glo. ibi, quæ exponit, id eſt permiſiſſet de facili. ff. ex quibus cau. maiores. l. 3. §. quid ergo. Ibi [ſiquidem non poſtulauerit à prætore] . ff. de contra. iudi. tut. in l. 1. §. permittitur. ibi [impoſsibile] & ibi [indubitatè impetrat]. ff. de aqua quoti. & æſti. in l. penult. ff. de cad. puni. ibi [& multis petentibus hoc ipſum indulſit.] Idẽ l. 11 §. & parui. ver. permittere. ff. ſi quis omiſ. cauſa teſtamen. ſicut econtra non imputatur ei, qui non impetrat quod de facili concedi non ſolet. l. qui cum maior. verſ. ſed ſi minor. ibi [alterũ non facile impetrat.] ff. d bo. liberto. l. 2. §. tractari. verſ. aut hoc imputatur. ff. ad Tertul. & ita pulchrè reperio dixiſſe Roma. in l. 2. ff. de re iudica in charta. 16. ſed fuit originalis conſideratio Franc. Tigri in d. l. apud Iulianum. §. fi. cuius non meminit Roma. vbi ſupra. Accedat prædictis, ꝙ ille dicitur actum non poſſe facere, et ſi diligentiam apponat; ſecus ſi ex diligentia poſſet remoueri impedimentũ; caſus eſt no. & ibi Bald. in l. quibus diebus in princ. ff. de condi. & demonſtra. bonus tex. in c. 1. in verb. in mora ne ſede vacan. lib. 6. vbi dicitur, ꝙ episcopus, qui eſt ſuſpenſus, ſi eſt negligens in petenda abſolutione à ſuſpenſione, per negligentiam non dicitur amplius impeditus cõferre bñficium, ſed potius nolle, vel negligere. & ideò deuoluitur poteſtas ad Cap. quem tex. ad hoc põderauit Are. in c. teſtimoniũ. in 6. col. de teſti facit quod notanter voluit Bal. in l. 1. C. de his quæ pœnæ no. ſequitur Pet. de Ancha. in re. nemo poteſt. lib. 6. col. 2. vbi dicit, ꝙ d. l. apud Iulia. §. fi. loquitur in diſpenſatione incogitabili, vt ibi per eum.

Quintò nota. Ibi [amputandum] materiam dilationũ eſſe amputan. l. 2. C. de tempo. ap. boni. n. iudicis

iudicis eſt lites abbreuiare,l.quidam æſtimauerunt.ff.ſi cer.pe.l.pro-
perandum. in prin. C. de iudi.c.finem litibus.de dolo & contu.quod
maxime procedit in ſummarijs, in quibus iudex ad hoc tenetur ex
præcepto,vt hic;& ideo ſi nõ facit, peccat mor.14.q.1.c.quod præcipit.
25.q.1.c.violatores. non tñ debent iudices adeò abbreuiare,ꝙ incur
rant inordinatam celeritatẽ.c.exhibita.ſupra de iudi.c.fi. de elec.in 6.
ſecundùm Pau. & Cat. hic in 1.col. & facit quod in ſimili pulchrè in-
quit Domi.poſt Lapum in c.fi.de verb.ſign.in 6.dicens,ꝙ licèt ſit ſtu
41 dẽ.breuitati vt ibi, & iuxta illud. Gaudent breuitate moderni. l.1.
iuncta gl.ff.quod metus cauſa. non tñ eſt adeo ſtudendum breuitati;
ꝙ inducatur obſcuritas. nã Hieronymus ſuper Iſaiam belliſsime in-
quit,ſic ſtudendũ eſſe breuitati, ꝙ nullum damnũ fiat intelligentiæ.de
quo.ſ.an & quando ſit vtendũ breuitate,diſputat in epiſtola 20. quæ
incipit.Frequens mihi diſputatio eſt, Caius Plinius ſecundus. Et hunc
tex.dicentẽ, iudicem debere,& poſſe amputare dilationes,intellige ſi
ne dubio procedere in arbitrarijs dilationibus. Nunquid aũt poſsit
cæteras dilationes legales abbreuiare,moderari, vel prorogare. mate
ria eſt difficilis, & multum diffuſa, de qua per glo.in Auth.offeratur.
C.de li.conteſta. in Auth.qui ſemel.C.quo & quando iudex.in c.cum
ſit Roma.de appella.§.ſancimus.in Auth. de exhib.& introdu.rei.col
la.5.per Cy.in l.1.C.de dilationibus.per glo.in c.cupientes.§.quid ſi
per.20. de electio. in 6. in c.pia.in verbo octo dierum.de excep.in 6.
per Bart. & Doc.in l.2.ff.de re iudi. per domi.Anto.in c. præterea.de
dila.per Abb.in c.1.eo.titu.per glo.& Dy.in reg.indultum.li.6.Bald.
in l.iubemus.C.de iudi. in l.fi.eo.C. qui accu.non poſs.per Ang.in l.
peremptorium.ff.de iudi.Pe.de Anch.in c.canonum ſtatuta.col.154.
de conſti.Bal.in l.1.C.de requi.re.Inn.in c.ad petitionem.de accu.Ro
ma.in conſ.497.& in conſ.76.& plenius in l.2.ff de re iudi. Alibi etiã
de hac materia traditur per Docto.vt infra in illius diſcuſsione appa-
rebit.Et licèt hanc materiam non tangant hic Doct.cum tñ cõueniat
multum bene huic conſtitutioni,ſitque vtilis, & quotidiana,ſtatui illã
hic tractare, Pro cuius claritate & intelligentia procedendo per mo-
dum doctrinæ diuido materiã ipſam in quattuor articulos principa-
les. Primus erit,quid ſit moderari, & qualiter hoc verbum capiatur,
ſeu intelligi debeat. Secundus an partes communi conſenſu , vel al-
terius ipſarum tñ poſsint dilationem legalem moderari. Tertius, an
iudex, vel ſuperior hoc poſsit auctoritate ſui officij, vel ſuperioritatis.
Quartus qualiter fieri debeat talis moderatio.

Circa

S V M M Æ.

1 *Moderari, verbum comprehendit tam augmentum, quàm diminutionem.*
2 *Moderari, verbi natura eſt potius augmentum; quàm diminutionem inducere.*

Circa primum Principalem articulũ conclude hoc
1 verbum,† moderari, capax eſſe com prehendere tam augmentum, quàm diminutioné. c. 6. ſupra de verb.
2 ſign. ipſius tamen † verbi natura eſt potius ſignificare diminutionem, quàm augmentũ, vt ibi notatur, & ſequitur Roma. in l. 2. col. fi. ff. de re iudi. Tu adde ad hoc tex. & glo. in verb. moderandum, in c. ſtatutum. de præben. li. 6. & an habens poteſtatem moderandi, poſsit in totum tollere. dicam infra in tertio articulo principali. & de differentia inter modificare, corrigere, mutare, detrahere, & diſpenſare, vide plenè per Car. & Io. de Imo. in Clem. ne Romani. vbi bonus tex. in princi. de elec. & aliquid per Domi. in c. 1. §. fi. de ſepul. in 6. & per glo. in c. ſuper quæſtionum. de offi. delega. differentiam et inter abrogare, & derogare, ponit gl. in §. 1. quarta diſtin. Inter corrigere, & reprobare an ſit differentia, vide per glo. & Car. in Clem. ſtatutum. de electione.

S V M M Æ.

1 *Inſtantia triennij in ciuilibus, & biennij in criminalibus, ſtatuta à iure ad perficiendas lites an poſſit ſine conſenſu partium prorogari. & quid ſi talis conſenſus ſit iuramento firmatus, ibid. Et an taxata à ſtatuto poſſit prorogari vſq; ad triennium ſecundùm Salic.*
2 *Cauſa principali compromiſſa, an durante compromiſſo, currat inſtantia iudicij iam intentati.*
3 *Inſtantia cauſæ principalis an poſſit abbreuiari per partes.*
4 *Tempus anni, vel biennij ex cauſa conceſſum inſtantiæ cauſæ appellationis an poſſit conſenſu partium prorogari.*
5 *Lex vbi præciſè loquitur, non poteſt eius auctoritati, & formæ partium conſenſu derogari.*
6 *Compromiſſum ſi fiat, cauſa appellationis pendente, in arbitrum; an illo pendente currant fatalia ad proſequendam appellationem.*
7 *Fatalibus decurſis, & ſic appellatione deſerta, an partes, ſi velint, poſſint proſequi appellationem ipſam coram iudice ad quem.*
8 *Tempus inſtantiæ cauſæ appellationis an poſſit per partes abbreuiari.*

Appel-

9 *Appellatus ſolus an poſſit inuito appellante, minuere tempus appellationis proſequendæ, ſicut poſſet ipſe appellans.*

10 *Tempus decem dierum conceſſum ad appellandum an poſſit partium conſenſu prorogari.*

11 *Terminus decem dierum conceſſus ad appellandum an poſſit conſenſu partium diminui?*

12 *Lapſo termino ad appellandum, & ſic poſt tranſitum ſententiæ in rem iudicatam, ſi victor patiatur de iniuſtitia ſententiæ diſputari, an poterit ipſe iudex de illa cognoſcere.*

13 *Confeſſionis tanta eſt vis, quòd infringit præſumptionem iuris, & de iure, facientem pro ipſo confitente.*

14 *Tempus in pœnalibus à Iudice debitori ſtatutũ ad inſtantiam creditoris, niſi certo termino ſoluerit, an poſſit conſenſu creditoris, & ſic partium, prorogari.*

15 *Tempora præſcriptionum an poſſint pacto partium tolli, ſeu prorogari.*

1 Circa ſecundum Principalem articulum quæro primò, an † inſtantia triennij in ciuilibus, vel biennij in criminalibus ſtatuta à iure ad perficiendam litem. l. properandum. in prin. C. de iudi. l. 1. C. vt infra. certa tempora. poſsit conſenſu partium prorogari. glo. in d. l. properandũ. in verb. triennij. & in l. 2. verſ. ſed & iudex. ff. de iud. tenet ꝙ non, quia dicta inſtantia reſpicit publicam vtilitatẽ, cuius intereſt, lites non eſſe immortales, ſed citò finiri. d. l. properandũ. plurimum enim turbatur reſpublica ex litibus ſubditorũ, l. ſi quis ingenuam. §. in ciuilibus. ff. de capti. ergo partes non poſſunt huic fauori introducto ad publicã vtilitatem derogare. l. ius publicum. ff. de pac. l. 2. §. ſed quia veremur. C. de iuramen. calum. c. ſi diligenti. de foro compe. & pro hac ſententia videtur tex. in l. 1. circa fi. C. vt infra certa tempora. & in d. l. properandum. in fin. princi. & in Clem. quamdiu. de appella. quod ampliat Ro. in d. l. 2. col. 10. procedere etiam, ſi talis conſenſus partium ſit iuramento firmatus; quia iuramentũ non firmat actum geſtũ contra publicam vtilitatem principaliter, d. c. ſi diligenti. no. Bart. in l. Seius, & Augerius. ff. ad leg. falci. & in l. ſi quis pro eo. ff. de fideiuſs. & in terminis hoc voluit Bar. in d. l. 2. Tu aũt conſidera, & pondera tex. in d. §. ciuilibus. probantẽ, ꝙ immo fauor finiendarum litium reſpicit principaliter vtilitatem priuatã, ſecundariò publicam; quò fit, vt iuramẽtum firmare debeat actum contrariũ huic vtilitati publicæ ſecundariò, per ea, quæ no. Bar. in d. l. Seius, & in d. l. ſi quis pro eo. Secundò

prædictam

prædictam ſententiã amplia procedere non ſolùm in inſtantia ſtatu-
ta à lege, de qua ſupra: ſed etiam in taxata à ſtatuto cauſæ principali
in breuius tempus; puta ꝙ omnes cauſæ debeant infra ſex menſes ex-
pediri, qm̃ hanc inſtantiam partes prorogare non poſſunt ſecundùm
Bald. in Extraua. de pa. Conſtan. in verb. de cauſis. & Io. de Imo. in c.
de cauſis. de offi. deleg. & in l. 4. in prin. ff. de dam. infec. facit ratio,
quia talis inſtantia ſtatuti, quamuis breuior, ſucceſsit in locũ inſtan-
tiæ iuris cõmunis, ergo debet ſapere eius naturã, argumen. l. ſi eum.
§ qui iniuriarum. ff. ſi quis cautio. & c. eccleſia. il 1. vt lite penden. hãc
etiam ſententiã tenet Io. An. in addi. titu. de appel. §. nunc breuiter.
ver. illud. referens ſic tenuiſſe Mar. Sili. & Ricar. Malum. vbi tñ cauſa
cõmitteretur per delegantem, finienda infra minus tempus, quàm ſit
tempus iuris, vel ſtatuti, poſſet tale tempus à delegante datũ proro-
gari vſq; ad tempus naturale inſtantiæ iuris cõmunis, vel ſtatuti, per
tex. in d. l. 2. ver. ſed ſi iudex. ſm̃ Io. An. in d. addi. aſsignantem rationẽ
differentiæ inter terminum præfixũ à ſtatuto, & præfixum à delegan
te: quia delegans moueri non potuit ad ſtatuendum talẽ terminũ, niſi
ex aliqua ſpeciali cauſa reſultante ex his, quæ partes geſſerunt, & ſic
reſpiciente partes ipſas; non ergo mirum, ſi partes poſſunt illud pro-
rogare. ſtatutum aũt ſolum conſiderauit generalem occaſionẽ, ſcili-
cet odiũ litium. igitur &c. partes enim non poſſunt paciſci, ꝙ lex mu-
nicipalis non habeat locum in ſua cauſa, l. nemo põt. ff. de lega. 1. Et
idem dicas, qñ tempus eſſet per delegantem præfixum iuriſdictioni:
verbi gratia. Iudex delegat cauſam terminandã infra decem annos,
partes non fuerunt litem conteſtatæ per nouem annos, in 10. anno
conteſtantur. certè de voluntate partiũ poterit prorogari vltra decen
nium, dũmodo inſtantia non excedat terminum taxatum à iure, vel
ſtatuto per d. §. ſed ſi iudex. ſecundũ Doc. in d. l. properandũ. vbi Sal.
fuit in noua opinione. putat enim per d. §. ſed ſi iudex. intellectũ, vt
ſupra, ꝙ inſtantia taxata à ſtatuto poſsit prorogari vſq; ad ſuam na-
turalem vitam triennij, niſi à ſtatuto inhiberetur prorogatio. pro qua
opinione facit; quia lites non fiunt immortales, & ſic in eis ceſſat ra-
tio d. l. properandũ. Item dictum ſtatutum non cenſetur editum ob
hoc, ne lites fierent immortales; quia iam per l. prouiſum erat, ſed pro
pter alias vtilitates ſubditorũ: ergò prorogari poterit vſq; ad trien-
nium. Non eſt tamen recedendũ à cõi ſententia, quia ad argumenta
Saly. patet reſponſio. primò quia ſtatutũ imitans ius cõmune ſtatuit
terminum, ne lis efficiatur immortalis, & iudicauit effici immortalẽ,

niſi in tempore ſtatuto finiatur: ſicut iudicauit ius cõe, niſi in triennio expediatur. cum igitur ſtatutum præfixerit terminũ ob publicã vtilitatem, argu. d. l. properandũ. in prin. & odio litium, vt ſupra, meritò conſenſu partium nõ põt prorogari, per ſupradicta. ¶ Prædicta tñ cõmunis ſententia fallit in caſibus, in quibus perempta inſtantia, perit ius actoris, vt in actione de dolo: quo caſu inſtantia cõſenſu partiũ põt prorogari ſecundùm Bar. in d. l. 2. circa fi. princ. de re iudica. pro quo facit ratio; quia ſicut ea ratione, ꝙ perijt ius partis, põt inſtantia cauſæ appellationis conſenſu partiũ prorogari, vt infra dicam, ſic pari ratione debet poſſe inſtantia principalis prorogari, argumen. l. illud. ff. ad leg. Aquil. c. trãſlato. de conſti. ¶ Ex quib. infero, ꝙ in caſibus, in quibus vel diſpoſitione iuris, vel ſtatuti non põt appellari, in eiſdem poſſet inſtantia cauſæ principalis per partes prorogari. quod eſt bene notandum. ¶ An aũt poſsit dari modus, per quem inſtantia principalis poſsit prorogari. quidam conſulebant, ꝙ partes promittant non allegare peremptionem inſtantiæ. hoc reprobat Bart. in d. l. properandum. qm̃ licèt pars non alleget, poterit iudex ſupplere, cum concernat publicam vtilitatem, l. 2. §. ſed quia veremur. C. de iura. calum. Ideo dicit, ꝙ nullus alius modus eſt, niſi ꝙ inſtantia renouetur per partes, repetendo vnico momento omnia acta: quia dicet actor, libellum, quem tibi aliàs obtuli, nunc offero. Reus dicet, & ego reſpondeo, vt iam reſpondi, & ſic fiet de ſingulis actis. mouetur per glo. in l. quæ omnia. in prin. & in l. mutari. ff. de procura. idem tenet Bart. in l. Seius & Angerius. ff ad leg. falc. & in l. ſi quis pro eo. in ſecundo membro. ff. de fideiuſ. cui addit Raph. Fulg. in d. l. properandũ. ꝙ in d. repetitione actoris requiritur conſenſus iudicis, & iſtud non eſt propriè prorogare inſtantiam, ſed nouã inchoare. Idem voluit Io. de Imo. in c. de cauſis. de offi. deleg. Alibi tamen dominus Anto. in c. pe. de iudi. dicit fortè hanc cautelã Bar. non eſſe tutam, cum ſint aliqua acta iudicialia, in quibus requiritur formalitas. ergo non ſufficit iſta generalis reiteratio. arg. c. clericus. de iureiuran. Domi. Anto. ſequitur Abb. in d. c. penul. col. 11. addens rationẽ, quia ſecundùm practicã Bart. de facili illuderetur inſtantiæ iuris cõmunis, vel ſtatuti. Sed ſaluando Bar. ex mente moder. in d. l. properandũ. poteſt dici, ꝙ in d. c. clericus. non interuenit, nec fuit reiteratio, ſed is, qui primò iurauerat, voluit primum iuramentũ ad nouũ ſtatutum extendi. quod fieri non põt: ſed in caſu Bart. omnia ſunt reiterata per relationẽ vnius ad aliud: quod idẽ eſt, ac ſi ſpecificè eſſent reiterata, argu. l. certum. ff. ſi cer. peta. l. vbi

autem non apparet.§. 2. ff.de verb.obliga.l.aſſe toto.ff.de hære.inſti-
tuen.ſed certè iſta reſponſio, licèt ſit colorata,& tollat argumen.d.c.
2 clericus. non tamen tollit rationē Abb.cogita. ¶.†Sed quid ſi cauſa
principalis cōpromittatur:an durante compromiſſo,currat inſtantia
iudicij iam intentati?videtur,ꝙ non,per tex.in Clem.quamdiu.de ap
pel. & in Auth. ſi tamen. C. de tempo. appellatio. Item quia tempus
non currit ei,qui ſemper litigat.l.contra maiores.de inoffi.teſtamen.
l.intra vtile.in princ.ff.de mino.& ita Bart.in d.l.properandū.in prin.
contrariū tenet ibi Bart. & Alberi.in d.Auth.ſi tamen.Specu.de offi.
dele.§.reſtat videre.ver.ſed nunquid de tempore.& ibi Io.And.in ad-
di.Paul.de Caſt.& Saly.in d.l.properandū. & reſpondet Saly.ad argu
men.Bald.& iura per eū allegata,ꝙ loquuntur vel in cauſa appellatio
nis,vel vbi ius,& actio perijt. Sed in cauſa principali ſolū perijt inſtā
tia,& non ius,vt ſæpè dictum eſt,igitur &c. ¶.Secundò quæro,eſtò
ꝙ regulariter partes non poſsint prorogare inſtantiā principalem, vt
3 ſupradictum eſt. An illam † poſsint abbreuiare?conclude ꝙ ſic: quia
ſi poſſunt abbreuiare tempus inſtātiæ cauſæ appellationis, vt eſt tex.
ſingu.in l.ſi.§.ſi.C.de tempo.appellatio.Ibi [vel vllum fatale obſer-
uare] fortius poterunt diminuere tempus primæ inſtantiæ, in qua nō
imminet tm̄ periculum partibus; cum perempta inſtantia cauſæ prin
cipalis,remaneat partibus ius deducibile in cauſā appellationis.l.per
hanc.C.de tempo.appella.Præterea ideò non poteſt prorogari, quia
læditur publica vtilitas, vt ſupra dictum eſt,per diminutionē non læ-
ditur,ſed augetur fauor publicus,igitur &c.Et ita reſidet Roma.in d.
l.2.de re iudi.col.13.cui adde idem tenere Cy. in Auth. ei qui. C. de
tempo.appel.Bal.in l.Centurio.ff.de vulg.& pupil.Io.de Imo.in c.de
cauſis.de offi.delega.c. ¶.Tertiò quæro,an tempus anni,vel biennij ex
4 † cauſa conceſſum inſtantiæ cauſæ appellationis poſsit conſenſu par-
tiū prorogari. quæſtio eſt difficilis,quā ponit Bal.poſt Cy.in d.Auth.
ei qui. & Bald.in l.ſi §. ſi.C.de tempo.appel.& in Extrauagan.de pa.
Conſtan.in verbo in cauſis. Io.An.in addi.titu.de appel.§.nunc bre-
uiter. ver.licèt aūt.Domi.Ant.in c.ex ratione.de appel.& ibi Ioan.de
Imo.in 3.col.& etiam Abb.in 4.col. & primò videtur,ꝙ ſic;quia po-
teſt prorogari tacitè,ſcilicet per cōpromiſſum in arbitros, quo duran
te,non currunt fatalia, Auth.ſi tamen.C.de tempo.appel.Clem.quā-
diu. de appel. ergo pari ratione poterunt expreſſè partes prorogare.
¶ Secundò probat tex. in d.l.2. §. ſed ſi iudex.ff. de iudi.& in d.c.de
cauſis.vbi tempus limitatum à delegante ad finiendam cauſam appel

latiónis poteſt prorogari: ergo fortius poterit prorogari tēpus à lege taxatum; quia mitius agitur cum lege, quàm cum homine. l. Celſus. ff. de arbi. ¶ Tertiò inſtantia cauſæ principalis non pōt prorogari, qa remanet ius partibus deducibile in cauſa appellationis, d. l. per hanc. ſed iſta ratio ceſſat in cauſa appellationis, poſt cuius lapſum remanet firma prima ſententia, nec vltra quæri pōt. d. l. fi. §. fi. & d. Auth. ei qui. ergo facto partium debet poſſe prorogari. Simile videmus, φ eadem ratione per compromiſſū non poteſt prorogari inſtantia principalis: licèt prorogetur inſtantia appellationis, d. Auth. ſi tamen. & d. Clem. quia indiit, ſm̄ Bal. in d. l. fi. § fi. & Io. de Imò. in d. c. ex ratione. & idem Spe. tit. de lega. §. reſtat. verſ. item ſi inſtantia. & vér. ſequenti. & Io. An. ibi. & Dom. Anto. in c. penul. de iudi. qui reſpondet ad quaſdam rationes Bald. tenentis contrarium in d. l. properandum, in principio. ¶ Quartò pro hac parte videtur tex. ſecundū Bal. ibi in Extrauagan. de pa. Conſtan. ver. in cauſis. ibi. [niſi iuſto impedimento, vel conſenſu vtriuſq; partis remanſerit] &c. ¶ Quintò facit l. φ ſi nolit. §. ſi quid ita. ff. de ædil. edic. nam ſicut ibi terminus ſexaginta dierū à lege ſtatutus parti ementi rem ſub conditione, ſi res ſibi placuerit, pōt conſenſu partium prorogari; ita poterit tempus à iure conceſſum ad proſequendum appellationem. & ita per illum tex. tenet Bal. in d. Auth. ei qui. quam opi. etiam tenent ibi Cy. & Bal. in d. l. fi. §. fi. Archi. 2. q. 6. c. anteriorum. ver. ad hoc. & moder. D. Philip. Fran. de Peruſio in d. c. ex ratione. ¶ In contrariū facit primò l. nemo. C. de tempo. ap. vbi videtur tex. apertus. nam ibi præmiſſis duobus caſibus, quibus prorogari non pōt, ſubdit tex. [nec ſub prætextu quodā altero] &c. quæ verba videntur prorogationem etiam conſenſu partium fiendam impedire. ¶ Secundò, tempus fatalium eſt à lege ſtatutū ad cōmunem, & publicam vtilitatem, quæ verſatur in celeri litium expeditione, non autē in fauore partium. l. 2. §. ſed quia veremur. C. de iuramento calum. ergo pacto partium non poterit illi derogari. l. ius publicū. ff. de pac. c. ſi diligenti. de fo. compe. & hanc partem tenet Io. An. in d. addi. ver. licèt autem. & Bart. in d. Auth. ſi tamen. Do. Anto. Io. de Imo. & Abb. in d. c. ex ratione. Bal. in d. Extraua. de pace Cōſtantiæ. ver. in cauſis. Rom. in l. 2. de re iudi. col. 13. & Bal. diſputans articulū in addi. tit. de appel. in penul. char. ver. Conſtitutio epiſcopi, vel ſtatutum. dicens ita fuiſſe conſultum in ciuitate Senenſi: quoniam reſpublica ex ciuilibus contentionibus plerunq; læditur, maximè ſi ſimul contendant perſonæ potentes. l. ſi quis ingenuā. § in ciuilibus. ff. de capti. Hanc etiā partē reperio tenere Pe. de Anch. conſilio 286. incipiente. Io. An. in tit. de ap. &

ap.& Raph.Ful.in conſ.190.dicentē ità tenendum,& ſeruandū in fo-
ro ciuili, & de iure ciuili. ¶ Nec refragantur in oppoſitū deducta:
quia primò ad tex.in d. Auth.ſi tamen.& d.Cle. quãdiu.reſpondetur,
quòd in caſu illo non prorogatur inſtantia,ſed ſuſpenditur curſus fa-
talium; quia pendente tali cõpromiſſo, nolunt partes litigare,ex qua
deſiſtentia cauſatur vtilitas reipublicæ, quæ læditur litigando, d.l.pro-
perãdum, vel ſm̃ Bal.in d.ver.Conſtitutio epiſcopi.in d.Clem.quãuis.
& d.Auth.ſi tñ.eſt ꝓrogatio legis ꝑ impedimẽtũ cõpromiſſi. Secus
ergo vbi eſſet ſimplex prorogatio partium: & eodẽ modo dicit poſſe
reſponderi ad l.petendæ. C.de tempo.in integ. reſti. ¶ Secundò ad d.
§.ſed ſi iudex. & d.c.de cauſis. & iura ſimilia reſpondeo ex mente Io.
An. in d. addi. ꝙ loquuntur de tempore limitato per delegatũ ex aliq
ſpeciali cauſa,procedente ex his, quæ inter partes acta ſunt; ideo va-
let conſenſus partium in prorogando: quæſtio loquitur in tempore li-
mitato à lege. Vel ſm̃ Rom.in d.l.2.col.12.dicta iura loquuntur de tẽ-
pore præfixo ad cauſam terminandã per delegantem, fauore partium
appoſito; ideò poteſt conſenſu partium prorogari, quia forma reſcri-
pti inducta per delegantem in fauorẽ partium mutabilis eſt: tex. eſt
in c.fi.§.his autem.de offi.dele.ponderatus ibi per Doc.& per Ang.in
l.prolatam. C.de ſenten.& interlo. & per Lãfranchũ in repetitione c.
quoniã contra. ver.interlocutiones.colu.10.de probatio. quæſtio ve-
rò loquitur de tempore limitato à lege ad publicam vtilitatem. ¶ Ter-
tiò non ob.tex.in d. Extrauag.de pa.Coſtan. quia debet ſuppleri, ibi
[vel conſenſu vtriuſq; partis remanſerit] ſ.quominus cauſa per iudi-
cẽ appellationis terminetur.fortè enim tranſegerũt, & ob id cauſa ap-
pellationis periſt, l. ſi contra maiorẽ. C. de appel. ¶ Vltimò non ob.
tex.in d.§.ſiquidem ita.quia loquitur in tempore à lege limitato fauore
contrahentium: ne diu contractus ſtet in ſuſpenſo, cui partes poſſunt
renunciare. c. ad apoſtolicam.de regu.l.ſi quis in conſcribendo.C.de
pa. quæſtio loquitur in inſtantia ſtatuta à iure ad publicã vtilitatem,
cui partes derogare non poſſunt, iuribus ſæpe allegatis. ¶ Præterea
ſecũdũ Bal.in addi.ſupra allegata.ver.Cõſtitutio epiſcopi. diſpoſitio
legalis taxatiua; de qua in d.§.ſi quis.ità.erat ſubſidiaria ĩ caſu,in quo
homo non prouideret. Secus ergo dicendum, vbi præciſè lex loqui-
5 tur: quia non põt partiũ † conſenſu legis auctoritati, vel formæ dero-
gari,cum dependeat à prouidentia legis, & non hominis, arg.l.ſi ar-
rogator.ff.de adoptio. & l.non dubiũ.C. de teſta. Hanc tamen ſenten-
tiã limita,& intellige procedere in inſtantia cauſæ appellationis taxa-
ta à lege. ſecus in taxata à ſtatuto, & abbreuiata, quæ bene poterſe

conſen-

conſenſu partium prorogari, ſecundũ Bald. in d. Extrauag. ver. in cauſis, vbi dicit, ꝙ licet inſtantia cauſæ principalis à ſtatuto taxata non poſsit pacto partium prorogari, vt ſupra dixi: tamen inſtantia appellationis à ſtatuto taxata poterit prorogari. ratio differentiæ eſt, quia ſtatutum imponens metã inſtantiæ appellationis, videtur hoc facere fauore partium, & primæ ſententiæ, vt firma remaneat, ergo partes huic iuri poſſunt renunciare: ſed vbi ſtatuit metam inſtantiæ principali, non poteſt dici hoc feciſſe fauore alicuius ſententiæ præcedentis, cum nulla præceſſerit, vel fauore partiũ, ſed ſolum fauore publico ſecũdum Bal. ibi, dicẽdo idem eſſe, vbi præcederet fauor ſententiæ arbitramentalis. ¶ Conſidera, obſecro, hanc ſubtilẽ rationem Bal. quia ſtante eius veritate, concludit, ꝙ etiam inſtantia cauſæ appellationis à iure ſtatuta poſsit conſenſu partiũ prorogari: quoniã eadem rõne dicere poſſumus ius ſtatuiſſe talem inſtantiã fauore partiũ, & primæ ſententiæ præcedentis, vt firma remaneat. cogita, quia multũ ſtringit pro opi. iſta: pro qua & facit ratio, cui ſupra non eſt reſponſum datum, ſcilicet, ꝙ poſt lapſum talis inſtantiæ non remanet ſaluum ius partibus, quæ vltra non poſſunt quærere: licèt enim ratio publicæ vtilitatis ita videatur verſari in inſtantia appellationis, ſicuti in principali, per ſupra dicta: non tamen eſt idẽ periculũ in vtraq;, quia in principali ſolum perit inſtantia, & non cauſa: ſed ipſo tempore appellationis, perit cauſa, cum firma remaneat prima ſententia. c. cum ſit. de appel. Cle. ſi appellantem. eo. tit. Niſi fortè dicas, ꝙ hoc periculum reſpicit fauorẽ partis, & ſic priuatũ: qui ob hoc non eſt præferendus publicæ vtilitati, quæ verſatur in finiendis quàm celeriter litibus. cogita, quia dici poteſt, ꝙ etiam ad hunc priuatũ fauorẽ lex habuit reſpectũ.
6 probatur in d. Cle. quamdiu. ¶ † Quid aũt ſi pendente cauſa appellationis, fiat cõpromiſſum in arbitrum: an illo pendente currant fatalia ad proſequendũ appellationẽ? cõclude, ꝙ non, per tex. in d. Auth. ſi tamen. & in d. Clemen. quamdiu. & ita Spe. de delegato. §. reſtat videre. ver. item ſi inſtantia. & Doc. in d. l. properandũ. in prin. Quod verũ intellige, quñ iam interpoſita appellatione, fit compromiſſum: ſecus ſi fieret pendente tempore ad appellandũ; quia tale tempus curreret, nõ obſtante compromiſſo, hoc probat tex. in d. Clem. quamdiu. ibi [proſecutio] & ibi [ad proſequendũ] & in d. Auth. ſi tamen. quæ iura dicunt, durante cõpromiſſo, non currere tempus ad proſequendũ appellationem: ergo aliud in tempore decendij conceſſo ad appellandũ, in quo eſt longè diuerſa ratio: quia decendium datur grauato ad ſuſpenden-

ſpendendũ effectum grauaminis: tẽpus aũt proſequendi datur vtriq; parti, ideò conſenſus cõmunis partium facit illud dormire. ¶ Præterea decendium datur ad transferendũ cauſam ad ſuperiorem appellationis remedio, & non ad litigandũ. Sed ille, qui vadit ad arbitros, non appellat, nec aliud facit, quod ſuccedat loco appellationis: tempus autem proſequendi appellationem datur ad litigandum: ſed euntes ad arbitros dicuntur litigare; igitur non currit illis tempus. l. contra maiores. C. de inoffi. teſta. & ita tenet Pau. de Leaza. in d. c. quamdiu. quem ſequitur Ioa. de Imol. ibi, colum. 1. & Cardi. in ver. Quintò quæro. & bene facit quòd no. do. Anto. in c. licèt cauſam. de proba. col. 6. & domi. de Rota deciſione 340. quæ incipit. Item fuit dubitatum. ¶ Secundò intellige dictam concluſionẽ, ſcilicet tempus proſequendi appellationẽ non currere, durante compromiſſo, & eo pendente, procedere, ſi partes coram arbitro egerint, ſecus ſi facto compromiſſo nihil egerint: quia tunc compromiſſum non ſuſpendit curſum fatalium, cùm tunc non dicantur litigaſſe, argu. d. l. contra maiores. Et ita conſulendo determinauit Rapha. Fulgo. in conſ. 120. quod eſt ſingulari nota dignum. Et idem reperio tenuiſſe Pe. de Ancha. in conſ. 286. incipiente. Ioan. Andreæ. dicentẽ, hoc colligi ex verbis, & mente prædictorum iurium. ¶ Tertiò intellige prædictam concluſionem non procedere, vbi in loco eſſet ſtatutum diſponens, quòd cauſa appellationis in omnibus ſit eiuſdem naturæ cum principali: tunc ſicut principalis non ſuſpendit per compromiſſum, ſic nec iſto caſu appellationis proſecutio ſententiæ, Pe. de Ancha. conſilio præalle. 286. & latius ſtatim infra dicam. ¶ Quartò intellige prædicta procedere non ſolum ſi compromiſſum fiat in arbitrum, ſed ẽt in arbitratorem ſecũdũ Bal. pulchrè in l. eos. §. apoſtolos. C. de ap. ver. Modò ego quæro. per d. Auth. ſi tamen. & d. Cle. quamdiu. Sed contrarium tenet Pet. de Ancha. in d. conſ. 286. duabus rationibus. ¶ Prima, quia ſicut fatalia expreſſo conſenſu partium non poſſunt ſuſpendi, vt ſupra dictũ eſt, ita nec debent ſuſpendi, cum partes, amicabili compoſitione interueniente, ad tranſactionem perueniunt. ¶ Secunda; quia arbitratoris determinatio dicitur potius quædam tranſac. Auth. ſi verò contigerit. C. de iudi. ſed tempus, quo fit tractatus tranſactionis, cõputatur in inſtantia appellationis, cum contrariũ diſpoſitum in iure non reperiatur, ergo ẽt computabitur tempus, quod coram arbitratore conſumitur in tractatu amicabilis compoſitionis. Præterea licèt coram arbitro ſit iudicium. l. 1. ff. de arbi. tamen coram arbitrato

re non

re non eſt,nec eſſe pōt lis,quæſtio, vel iudicium, vt dicit Io.An.in c. Quintauallis. de iureiuran. His tamen rationibus non obſtantibus, Roma.in d.l.2,col:49. ſequens opi. Bal.contra Pet.de Ancha.mouetur, quia ratio. d.Cle. quamdiu.& d.Auth.ſi tamen.quæ cauſatur ex eo; quòd iſte compromittens, facto compromiſſo, impeditur facto vtriuſq; partis proſequi appellationem, ita militat in arbitratore,ſicut in arbitro.immo fortius, vt infra dicam,igitur &c. Præterea dicta iura loquuntur de compromiſſo ſimpliciter,nec diſtinguunt inter arbitrum, & arbitratorem, igitur. Nec refragantur rationes Pet.de Ancha. quia ſecundùm Roma.vbi ſupra. Ad primam pōt dici ex mētē Bal.in d.§. apoſtolos.ꝙ immo ſolus conſenſus partium,ēt non tranſiens in aliquod ſpeciale nomen contractus, ſuſpendit curſum tēporis prædicti.d.Cle.quamdiu.vbi tex.igitur. Ad ſecundam rationem Pet.reſpondet, ꝙ magna eſt differentia inter tractatum tranſactionis partium, & compromiſſum in arbitratorē.patet,quia cum partes inter ſeipſas habēt tractatum tranſactionis, antequàm perueniant ad cōclusionem, poteſt per alterum ipſorū recedi ab ipſo tractatu;quia tractatus de tranſigendo non inducit obligationem ad tranſactionē perficiendā,tex.eſt per locum à ſpeciali.in l.ſi ex cauſa.ff.de mino.& ſic imputatur appellanti, ſi videns tempus tranſactionis nimis dilatari,non reuertitur ad proſecutionem appellationis. Sed cum compromittitur in arbitratorē, illo durante, non pōt altera pars recedere,ēt ſi pœnam compromiſsi velit ſoluere. nam.l.ſi quis rem.l.non diſtinguemus.& l.litigatoris.ff.de arb.diſponentes durante compromiſſo, poſſe ab eo recedi, ſoluta pœna, non habent locum,vbi in arbitratorem cōpromittitur, vt notanter voluit Bal. in d.§. apoſtolos. et idem Bal. quem Rom.non allegat,in l. necquicquam.§.vbi decretum.ff.de offi.proconſul.& leg.ver.contrarium.licèt Bart.ſentiat contrariū in l. qui fidē.ff. de tranſact. ſed non bene,duabus rationibus.¶ Prima qa compromiſſum in arbitratorē habet vim tranſactionis:ſed in tranſactione non eſt locus pœnitentiæ, l.quamuis.C.de tranſactio.igit,&c. Sed ad hanc poſſet reſponderi; ꝙ compromiſſum habet vim tranſactionis,laudo ſecuto,ſed non ante,& ideo ante poteſt recedi. ¶ Secunda ratio.mouetur,quia tale compromiſſum poſſet hēre vim pacti de nō petendo.ergo ſicut pœna ſoluta,non pōt quis reſcindere pactū de non petendo; quia non eſt in eius poteſtate, ſed aduerſarij.l.ſcriptum.§.ſponte quæro pœnā. ff. de pact. ita nec tale compromiſſum poteſt relinqui, et conſequenter ex quò compromiſſum in arbitrum

à quo pōt recedi ſoluta pœna, ſuſpendit curſum fatalium; fortiori ratione compromiſſum in arbitratorem, à quo non pōt recedi, habebis ſuſpendere. Ad hanc rationē puto poſſe reſponderi, quod tunc demum compromiſſum habet vim pacti de non petendo, ſecuto laudo, ſed non prius; igitur laudo nondum ſecuto, ceſſat prædicta ratio. ¶ Tenendo tamen opi. Bal. & Rom. quæ videtur communior, & magis placet, limita illam non habere locū, vbi per ſtatutum inſtantia appellationis reducitur in omnibus ad paritatem cauſæ principalis, vt eſt ſtatutum Florentiæ: tunc enim pendentia compromiſſi in arbitrum, vel arbitratorem non ſuſpenderet fatalia, ſicut nec ſuſpendit curſum inſtantiæ principalis, d. l. properandū, vt ſupra dictum eſt, nec hoc caſu habent locum Cle. quamdiu. nec Auth. ſi tamen ſæpius allegata, ita determinat ſingulariter Pet. de Anch. in præallegato conſi. & ſequitur Roma. in d. l. 2. colum. 51. & aliquid ſupra dixi. Sed tu pondera in oppoſitum facere; quia expreſsio eorum, quæ tacitè inſunt, nihil operatur. c. ſignificaſti. cum ſimi. de electio. Sed cū inſtantia cauſæ appellationis ſit eiuſdē naturæ, cuius principale eſt de iure cōmuni. l. 1. ff. an per alium cauſa ap. no. Inno. in c. cum ſpeciali. de app. & Bald. in rubrica extra de app. & in pluribus alijs locis; ergo talis expreſsio facta per ſtatutum non debet operari effectum, ſupra dictum. facit ad hoc glo. ordi. in c. 1. de conſti. lib. 6. & quod no. Bald in l. 2. C. de conſti. pecu. Præterea ſtatutum recipit reſtrictionē, & interpretationem à iure cōmuni. c. cum dilectus. de cōſue. no. in l. ſi §. licentiam. C. de iure delib. ergo ſtatutum generale recipiet reſtrictionem à iure cōi; quantum ad ſuſpenſionē inſtantiæ per compromiſſum; ita quod licèt inſtantia cauſæ principalis per illud non ſuſpendatur: ſecus tamen in inſtantia cauſæ ap. in qua maior eſt ratio ſuſpendendi; quia per lapſum fatalium non ſolum perijt inſtantia, ſed cauſa ipſa totaliter perijt, Auth. ei qui. C. de tempori. ap. lapſa verò inſtantia prin. ſaltem manet ius deducibile in cauſa ap. l. per hanc. C. de tempori. ap. c. cum Ioannes. de fide inſtr. cogita ſu. ¶ Prædictis etiam applicari poſſet quæſtio: an pendente articulo reuocationis attentatorū ap. pendente, currant fatalia, de quo per Rotam Rom. deci. 202. inci. Item quod fatalia. Item an terminus præfixus cauſæ criminali ſuſpendatur, accuſatione falſi op. contra teſtes pendente, habetur per glo. & Cy. in l. 1. C. qui accu. non poſs. in l. Lucius. per Ang. maximè. ff. de his qui no. infa. & in l. fi. C. de fide inſtru. ¶ An autem terminus ad comparendū, vel probandum articulos ſuſpendatur per id tempus, quo diſputatur: an articuli ſint admittendi,

7 vel non, dicam infra.§.& quia.ſuper glo. in ver.poſt dationē. ¶ † Ex præſcriptis accedat quæſtio notanda, quid ſi partes, non obſtante, q decurſa ſint fatalia (& ſic app. ſit deſerta) velint proſequi ap. coram iudice ad quem: an poſſint? concludo, q non: quia ap. deſerta, ſententia tranſit in rem iudicatam, cuius executio deuoluitur ad iudicem à quo.l.fi.§.illud.C.de tempo.ap. nec habet amplius iudex ad quem iuriſdi. cognoſcendi; d. Auth.ei qui.ergo et non habenti iuriſdictionem conſenſus partium dare non pōt. c. ſignificantibus.de offi.deleg.l.priuatorum. C.de iuriſdi.om.iudi. Præterea de hoc hodie clara eſt deciſio in Clem.ſed ap.de ap.quæ corrigit op. Inno. tenentis contrarium in d.c.ex ratione. Fallit tamen hæc concluſio. primò vbi iudex pronunciaret ap. deſertam non fore, & ſe iudicem competentem fore. dicit Anto. in c. quā contra.l col. fi. de probatio. & in c. quum dilecta. de reſcrip. Roma. in d.l. 2. col. ... ¶ Comprobatur primò ratione: nam ex quo à tali interlocutoria ſuper legitimatione, & competentia nō eſt ap. valet ſententia, etiam ſi ſit iniqua, & contra ius litigatoris. c. licet in ter. de re iudi. & facit perſonas legitimas. c. cum dilecti. de electi. ſm Inno. in c. præterea. de dila. ¶ Secundò bene facit dictum Inno. in c. 1. de reſcrip. lib. 6. & do. Anto. in c. ſuper litteris. de reſcrip. dicentium, q licet reſcriptum impetratū ab excōicato ſit nullum ipſo iure. d. c. 1. tamen ſi delegatus per tale reſcriptum impetratū pronunciat ſe cōpetentē, nec à tali interlocutoria appelletur, valebit proceſſus in cauſa princ. de quo etiam per Dom. Ant. & Domi. in d. c. 1. ¶ Tertiò facit dictum Compoſt. in d. c. ſuper litteris. Archi. in c. Romana. §. ſi verò. de ap. li. 6. & Spec. ti. de citatione. dicentium, q ſi quis dixit ſe non fraudulenter appellaſſe, cum in veritate non appellaſſet, vel appellaſſet nulliter ex aliqua cauſa: ſi tamen iudex ap. appellatum vocat, tenetur venire: & niſi veniat, & iudex pronunciat contra ipſum, valebit ſententia ſuper prin. quia ratione dubij iudex habet iuriſdictionē, licèt elidibilem. ¶ Secundò fallit, quando ap. incœpit proſequi ap. infra tempus inſtantię quo caſu et poſt tempus poterit proſequi; quin immo ex perſona appellati appellans habebit et ius proſequendi, qd ex perſona propria non habet. argu. l. petendæ. in fi. C. de tempori. in integ. reſti. & l. poſt mortem. §. fi. ff. de bono. poſſ. contra tab. nam tale reſcriptum impetratum eſt factum commune. c. 1. & 2. de mu. pe. & ſic Inno. in c. ex conqueſtione. de reſti. ſpo. Probatur hæc fallentia primò per tex. ſecūdū vnā lect. glo. in ver. biennium. in c. ex parte. de reſcr. Secundò probatur rōne: quia appellatus grauatur in hoc; ſcilicet, q

non niſi circa finem anni, vel biennij in vltimo menſe ſecundùm vnã opi.pōt comparere, & ap. negligentē citari facere ad finiendam cām ap.d.Aut.ei qui. 2.q,6.c.appellatione.no,in c.oblatæ.de ap. vnde iuſtū eſt,ꝙ releuetur in hoc, ſcilicet ꝙ ſi incipit proſequi infra terminū inſtantiæ, poſsit poſt inſtantiam lapſam cauſam finire; argumen.l.eum qui.ff. de iureiuran. Et hanc fallentiam tenet Rota Romanæ curiæ in deciſio.65. quæ incipit. Item ſi appellatus ſequitur do.Anto.in c.ſæpe.de ap.dicens contrariū notaſſe Specu. ſed non bene,titu. de ap. §. nunc videndum. ver. Item pone præfixit. eādem opin.tenet Ioan.de Imo.& Ab.in d.c.ſæpe.plus dicens,ꝙ ad hoc vt ap. dicatur proſequi in termino,compareat coram auditore contradicturus, & fortius coram Papa. alleg. Fede.in conſ.67.incipiente. In lectione,quæ heri lecta fuit. & conſ.ſequen.Idem tenet Ab.in c.perſonas.de ap.& Roma. in dicta l.2, colu.15. dicens fore aduertendū, ꝙ deciſio Rotæ loquitur,quando terminus ad proſequendū ap. eſt ſtatutus ab homine:puta à iudice,ſiue ab ipſo appellante,prout poteſt.c.cum ſit Romana.c. perſonas. de ap. in quo quæſtio non eſt dubitabilis, ſicut eſſet in termino iuris. probatur, quia terminus hominis ad proſequendum ap. ſoluitur per comparitionē factam coram iudice ad quem, vel per exceptionem itineris.d.c.cūm ſit Romana.& eſt glo.&ibi no.Bald.in l. appellatione.C.de app.quæ ratio eſt,ne videatur homo terminū præfigere iudici ad quem, quod non pōt.c. ex inſinuatione.de ap.tamen quicquid ſit, idem putat Roma.eſſe in vtroq; caſu. ¶ Et ſic ex prædictis habes,ꝙ dicta Clem.ſi appellationem.dicens etiam de conſenſu partium proſequentium ap.poſt terminum non poſſe fieri,quominus ſententia tranſiuiſſe cenſeatur in rem iudicatam, debet intelligi, quando neutra pars incipit proſequi in termino. Secus ſi appellatus incipiat proſequi.quod eſt bene notandum ad.d.Clem.quæ, vt ibi dicit do.Anto. & refert Io.de Imo.difficilis eſt,& malè intellecta à mero canoniſta,peius à mero legiſta. Cardi.tamen ibi circa fin.tenet cōtrarium,motus,quia d.Clem.loquitur generaliter: ideò etiam ſi appellatus comparet ante lapſum fataliū, illis tñ lapſis, non debet audiri proſequens ſuper princ. nec ēt petens executionem ſententiæ: qm̃ ex quo iudex ad quem non pronunciauit,nec peruenit ad aliquid,qđ habeat vim ſententiæ, non ipſe, ſed iudex à quo debet exequi, iuxta no. in c. paſtoralis. §. præterea. de offi.delega.bene tñ poterit petere à iudice ad quem declarari ap. deſertam, & ap.in expenſis condemnari c.ex parte. de reſcri.c.Nicholao.de ap.quia iſtæ ſunt potius ex-

penſæ contumaciæ, quàm victoriæ. ¶ Tu conſidera, & pondera tex. d. Clem. ibi [ſi appellationem negligentia appellantis deſertam ap. proſequi] &c. quoniam illud ver. deſertam, denotat actum conſumatum, & ſic ap. in totum deſertam. nam ſi aliquid ſupereſſet de fatalibus, non diceretur deſerta, cum non dicatur aliquid factum, donec ſupereſt aliquid agendum, argu. l. aliquando. ff. ad Velleia. & ſic ille tex. facit pro cõmun. opi. ¶ Quartò quæro † an tempus inſtantiæ cauſæ ap. poſsit abbreuiari per partes? cõclude ꝙ ſic: nam appellans põt ſibi ipſi minuere tempus datũ à lege ad proſequendũ ap. tex. eſt in c. oblatæ. de ap. fortius hoc poterit conſenſus vtriuſq; partis. ad quod tex. ſingularis in l. fi. §. fi. ibi [vel vllum fatale obſeruare.] C. de temp. ap. & ita reſidet Rom. in d. l. 2. col. 16. ff. de re iudi. & idem tenet Bal. in addi. alle. ver. conſtitutio epiſcopi. dicens, ꝙ tempus tam ſumendæ, quàm inchoandæ ap. põt coarctari. faciunt quæ dixi ſupra in qõne, an inſtantia cauſæ prin. poſsit facto partium abbreuiari. ¶ Sed tunc
9 quæro an ſolus † appellatus poſſet appellante inuito, minuere tẽpus proſequendæ ap. ſicut poſſet ipſe appellans? videtur ꝙ ſic: quia in iudicijs par eſt conditio litigantiũ. reg. in iudicijs. & reg. non debet actori. li. 6. l. fi. C. de fruc. & lit. expen. l. non licet actori. ff. de reg. iur. Sed poteſt appellans prædictum terminũ minuere. d. c. oblatæ. ergo & ap. Contrariũ tenet Archi. in c. cordi. de ap. li. 6. Ioan. An. in d. c. oblatæ, & ibi Abb. col. 2. Rota deci. 204. quæ inci. Item ꝙ ap. Spe. de ap. §. qualiter. ver. hoc aũt. pro qua opi. primò facit, quia non debet eſſe in poteſtate appellati auferre tẽpus à lege appellanti cõceſſum. d. Auth. ei qui. reg. indultum. li. 6. §. illud. in Auth. de litigio. coll. 9. 28. di. c. de his. l. cum procu. in fi. ff. de noui ope. nun. ¶ Secundò, quia graue eſſet appellanti, qui in cauſa ap. cenſetur actor, metiri terminũ ex volũtate rei, l. ſi quando. ver. illi aũt. C. de dilatio. ¶ Tertiò quia non põt appellatus niſi circa fi. fatalium, & ſm̃ alios, in vltimo menſe anni, vel biennij citare appellantẽ ad proſequendum ap. d. Auth. ei qui. & d. c. oblatæ. vbi plenè: ergo ſequitur, ꝙ non eſt in poteſtate ſua terminum reſtringere. ¶ Nec ob. d. reg. in iudicijs. & reg. non debet actori. qa procedunt, niſi ſit diuerſa ratio, vt per glo. in c. cum ad ſedem. de reſti. ſpo. & in reg. cum ſint partium iura. lib. 6. no. in l. de die. in prin. ff. qui ſatiſ. cog. ſed in caſu noſtro eſt diuerſa ratio: quia iõ permittitur appellanti ſibi terminum diminuere; quia præſumptio eſt, ꝙ appellatus cõſentiat, ad hoc vt ap. citius deſeratur, & ſua ſententia trãſeat in rem iudi. d. c. perſonas. econtra verò diminutioni fiendæ per appellatũ lex

præſu-

præſumit appellantē non conſentire; quia quantò prolixius tēpus habetur ad proſequendū, tantò prolixius pendet executio ſententię cōtra ipſum latæ. & ita reſidet Roma. in d. l. 2. col. 7. ¶ Quid aūt ſi appellans ſibi præfixit terminum proſequendi ap. & inchoauit infra tēpus (alias quæſtio non eſſet dubia, cum ap. diceretur deſerta, d. c. perſonas.) & ſic cauſā infra terminum inchoatā, labitur tempus à ſe ipſo appellante præfixum; an iudex poſsit infra terminum iuris cāmfinire? videtur q ſic, nam ſatis fuit infra terminum inchoaſſe, ſicut ſufficit appellanti in termino ſibi aſsignato à iudice, incæpiſſe, & licet uerſipuiſſe, vel ſe præſentaſſe corā iudice ad quem, ne videatur lex imponi ſuperiori contra c. ex inſinuatione. de ap. ergo eadem ratione ne videatur appellans legem imponere ſuperiori, idem erit dicendum, & maximè quia maioris authoritatis debet eſſe vox publica iudicis, quàm vox priuata appellantis; vt inquit notanter glo. in l. teſtamēto domini. ff. de here. inſti. ¶ Secundò facit. Iudex lapſa inſtantia minori à ſtatuto taxata; pōt cauſam finire infra terminum inſtantiæ iuris communis; vt dicunt quidam, quos refert Io. An. in additio. de iudi. dele. §. reſtat in addi. quæ incipit. O'dradus ſua diſputatione. ¶ In contrarium videtur tex. in l. fi. §. fi. C. de tempo. ap. ibi [vel vltimi fatale] &c. vbi patet, q de conſenſu partium diminuitur tempus à lege præfixum in proſecutione appellationis, & talis diminutio, & conuentio remanet firma; ergo eius lapſus inducit deſertionem ap. ¶ Sed tenendo contrariam partem pōt dici, q ille tex. loquitur, qñ infra terminum hominis non eſt inchoata proſecutio. d. c. perſonas. Secus vbi eſſet inchoata: quare tunc deberet poſſe finiri, per d. c. ex inſinuatione. Vel ſecundò dictus. §. fi. loquitur, vbi terminus eſt præfixus conſenſu vtriuſq; partis: quæſtio noſtra loquitur, qñ conſenſu appellantis tantùm: vnde cum duo vincula magis ligent. c. 1. de treu. & pa. Auth. itaque. C. commu. de ſuc. licèt lapſus termini præfixi, conſenſu vtriuſq; partis inducat deſertionem appellationis. d. §. fi. aliud dicendū, vbi à ſolo appellante terminus præfigitur. Vel tertiò licèt ſi partes conueniant, q ap. ſit deſerta, & cenſeatur lapſum tempus, & iudex ſuper deſertione pronunciat omiſſa cognitione negocij principalis, non eſt abſurdum iudicem ita pronunciare, ſequendo cōuentionem partium. l. ſi conuenerit. ff. de re iudi. l. 1. §. 3. poſt operis. ff. de ope no. nun. ſi tamē ita expreſsè partes non cōuenuiſſent, ſed iudici terminum præfixiſſet, infra quem deberet expedire: certè tunc poterit poſt terminum expedire infra terminum iuris, per tex. no. in l. ſi unuſquiſq; cauſa tam

quis quàm crimi. vbi iudex poſt terminũ aſsignatum pôt cauſam ex-
pedire: quia lapſus illius termini licèt faciat iudicem incurrere pœ-
nam, non tamen excludit poteſtatem iudicandi poſtea. facit quod no.
in l. ſcire oportet. §. rurſus. ff. de excu. tuto. & ita reſidet Rom. in d. l. 2.
colum. 20. dicens ſuper hac q. cogitandum, quia dubia eſt, nec eam
inuenit tactam à maioribus. Tu adde ad hanc partem bene facere ra-
tionem: quia non debet eſſe in poteſtate appellantis impedire proceſ-
ſum iudicis ad quem, moueor ex dicto Inno. in c. cordi. de ap. in 6.
dicentis, ꝙ ſi iudex à quo deferat appellationi, poteſt iudex ad quẽ,
etiã appellante inuito, conſequi in cauſa, licèt ap. fuerit interpoſita
ſine ſcriptis, vel ſine iuſta cauſa, vel ſit nulla ex alia cauſa, & in no. ſe-
quitur ibi Ioan. An. & Domi. in ver. poſt hæc, per tex. in 6. cum ap.
eodem titu. & ſi. Sequitur Rotã deci. 385. quæ incipit. Item ſi appelle-
tur ab executione. & Domi. in c. ſi delo. in fi. de offi. dele. & in 6. quamu-
uis. de elect. lib. 6. Sicut ergo non eſt in poteſtate appellantis in caſu
prædicto impedire proceſſum iudicis ad quem, ita nõ debet hoc poſ-
ſe appellans, præfigendo ſibi terminum. ¶ Quintò quæro, an tem-
10 pus † decem dierum conceſſum ad appellan. poſsit conſenſu partium
prorogari. Bal. in Auth. ei qui. C. de tem. ap. & in Auth. hodie. C. d. ap.
Roma. in d. l. 2. col. 19. tenet, ꝙ non. Primò quia talis præfixio termi-
ni facta eſt ad publicam vtilitatem, ne lites ſemper pendeant, & exe-
cutio ſententiæ non fiat: ergo voluntas partium non poteſt huic dero-
gare, l. ius publicũ. ff. de pac. ſimile dicimus de vſuca. quæ pp bo. publ.
fuit introducta, ne dominia rerum diu ſtent in incerto, l. 1. de vſuca. fa-
cit ẽt, quia iura poſt talem terminũ decem dierũ ſtatuunt ſententiam
tranſire in rem iudicatã, quem tranſitum cõſenſus partiũ non pôt im-
pedire. Clem. ſi appellatione. de ap. & glo. in l. ſi diuerſa. C. de tranſa.
no. Bart. in l. acta. ff. de re iudi. & c. licèt cauſam. de proba. ergo vide-
tur, ꝙ non poſsit. ¶ Præterea decendiũ ad appellandum ſtatutum eſt
ad introducendum cauſam ad ſuperiorem: ergo cõis conſenſus par-
tium in eo nihil debet operari, iuxta no. per Paul. in Cle. quamdiu. de
ap. in q. an tempus decendij ad appellandũ currat, facto compromiſ-
ſo per partes. de quo tetigi ſuprà. ¶ Sextò quæro: an terminus de-
11 cendij † poſsit conſenſu partium diminui? dicendum eſt, ꝙ ſic, ſicut
poteſt diminui tp̃s proſequendi appellationem. l. fi. §. fi. C. de te. ap. &
ſupra dixi. ſed conſenſu partium pôt renunciari ap. d. l. fi. §. fi. l. 1. §. ſi
quis ante. ff. quibus ap. non licet. Ergo fortius poterit moderari. nam
cum permittitur in totum actum non facere, fortius permittitur illud

mode-

moderari.l.videamus.§.ſed an iudex.ff.de in li.iuran. Præterea in eaſi diminutione conſeruatur, & augetur publica vtilitas: quia quantò tẽpus breuius eſt, tantò celerius fiet ſententiæ executio, & receſſus à lite, & ita reſidet Rom.vbi ſupra. Ob.tamen huic deciſioni quod ſupra proximè dixi, ſcilicet, ꝙ tempus decendij datur ad introducendũ ap. ad ſuperiorem, & conſenſus partium nihil debet operari, cogita. ¶ Pro opi.tñ Roma. facit quod no. Abb.in c.cum ſit Romana.de ap. vbi voluit, ꝙ ratione publicæ vtilitatis iudex poſſit decendiũ ad appellandũ abbreuiare, de quo dicetur latius infra in ſequenti articulo principali. ¶ Sed tunc iuxta prædicta oritur dubitatio.ſi poſt lapſum
12 terminum † ad appellandum (& ſic poſt tranſitum ſententiæ in rem iudicatam) victor patiatur de iniuſticia ſententiæ diſputari coram iudice: an iudex poſſit de ea cognoſcere? videtur primò, quod non; per glo.in d.l.ſi diuerſa, quæ dicit, ꝙ partes non poſſunt renunciare tranſitui in rẽ iudicatã, quam ſequitur Bart.in d.l.a actādo re iudi. Bal.in l.ſi.C.ſenten.reſcindi non poſſe.& in l.ſcire.C. vt in poſſeſsionem legatorum, & videtur tex.in d.Clem. ſi appellationem. ¶ Secundò non poteſt per viam tranſactionis recedi à ſententia, quæ tranſiuit in rem iudicatam, l.eleganter.§.ſiquis poſt.ff.de condi.inde.l.poſt.rem.ff.de tranſac.& l.ſi cauſa cognita.C.de tranſac. ¶ Tertiò à ſententia, quæ tranſiuit in rem iudicatam, non pōt recedi per cōpromiſſum in arbitros factum ſuper eo, ſuper quo lata fuit ſententia. c.expoſita.de arbitris. ¶ Quartò, et prætextu probationum nouiter repertarum nō retractatur ſententia, quæ tranſiuit in rem iudicatam.l.Imperatores.ff.de reg.iur.l.ſub ſpecie.C.eo.titu.l.ſuborta.eodem titu. ¶ Quintò iudex nec in ciuili, nec in criminali pōt reuocare ſententiam à ſe latã; et ſi ſibi conſtet de iniuſtitia per nouas probationes.l.1.§.ſi quis ſibi q tro.in ſi.ff.de quæſtio.l.acta.§.de ampliando.ff.de re iudi. ¶ Sextò ſic nam duplici ratione ſententia contra ſententiã non valet.l.1.C.quã prouoca.c.inter monaſteriũ.de re iudi. ¶ Prima eſt, quia ſententia inuenta eſt ad lites finiendas, l.1.ff.de iudi.ergo non pertinet ad iam finitas per ſententiam, quæ tranſiuit in rem iudi. ¶ Secunda eſt, quia ſententia facit notorium.c.cum olim.C.de verbo.ſignifi.l.res iudicata.ff.de reg.iur. propter quandam præſumptionẽ iuris & de iure, ꝙ fuerit iuſta ex eo, ꝙ tranſiuerit in rem iudicatam, l.Herennius.§.Gaius ff.de euic.glo.in c.in præſentia.de re iudi. & in c.quoniam contra.de probationibus. Sed ſententia contra notorium lata eſt nulla.c.inter cætera.ſecundum vnum intellectum.de re iudi.c.ſolicitudinem.§.ſi

vero

verò notorium. de appel. Clemen. paſtoralis. de re iudi. nam ex quo contra notorium videtur ſententia in ſeipſa continere notorium erro rem. l. ſ. §. item ſi calculi. & §. contra factas. ff. quæ ſen. ſine ap. reſcin. l. 2. C. quando prouocare. ¶ Septimò probatur in d. Clem. ſi appellationem. vbi ſi poſt lapſum termini ad proſequendam appellat. ōnes partes proſequantur, non per hoc impeditur, nec tollitur tranſitus in rem iudicat. ergo pari ratione idem dicendum in caſu noſtro. ¶ Contrariam ſententiam tenet Inno. in c. cum dilecta. de reſcrip. & c. cum Bertoldus. de re iudi. in c. ex ratione. de ap. in c. fraternitatis. de fri. & male. do. Anto. in c. cum dilecta. & in c. is qui. de ſponſa. & Ab. in c. qm contra. col. 19. de proba. & in conſ. 6 ... & plenius in conſ. 90. Roma. in conſ. 174. & conſ. 350. pro qua ſententia primò facit quod pulchrè voluit Bal. in l. certi condictio. §. qm. ff. ſi certum petatur. dicens, quod diſponente ſtatuto contra, inſtrumentum non admitti probationes per teſtes: ſi tamen parte non contradicente deponant teſtes, valet probatio. ad quod vide no. in c. 1. de prob. ¶ Secundò permittitur vnicuiq; bonam fidem agnoſcere, et omiſſa iuris rigoroſitate, l. quotiens. §. ſicut. ff. de admini. tuto. & Quintus. & l. ſi fideiuſſor. §. quæ ani. ff. manda. Simile videmus, ꝙ præſcriptioni ex rigore iuris introductæ agnita bona fide poteſt renunciari. l. ſi quis poſtquam. ff. de fideiuſſ. & pari ratione pōt tutor remittere debitum pupilli ex iniqua cauſa, inquit glo. ſingularis. in l. præſes. C. de tranſact. licet al. à tutor nō poſſit debita remittere. l. pactum curator. C. de pac. ¶ Tertiò hoc videtur expreſſum in l. in ſeruitutem. §. ſi petierit. ff. de bo. liberto. vbi licet ei, qui habuit ſententiam pro ſe, illi renunciare, cognita ipſius iniquitate. ¶ Quartò ſi victor tacitè poteſt renunciare tranſitui in rem iudicatam, patiendo contra ſe ferri ſententiā, non oſtendendo primam latam pro ſe, d. c. inter monaſterium. ergo pari ratione poterit expreſſè, argumen. l. cum quid. ff. ſi certum petatur. ¶ Nec ob. glo. in d. l. ſi diuerſa. qm ſecundum Roma. in d. l. 1. colum. 2. pōt dici, ꝙ non bene loquitur: quia ſi per viam nouationis pōt à re iudicata recedi. l. 4. §. ſi ex conuentione. ff. de re iudi. l. ſi cauſam iudicati non nouaſti. C. de execu. rei iudica. pari ratione poterit recedi cōſenſu partium, allum e do iudicium ſuper iuſtitia, vel iniuſtitia ſententiæ, maximè tamen ſi in iudiciis fiat nouatio, l. aliam. ff. de noua. notatur in l. 1. C. de iudi. ¶ Præterea contra dictam glo. obſtant omnia iura ſupra allegata pro hac parte: nec l. prima. C. quando prouo. per quam mouetur dicta glo. ſuffragatur; quia ibi pars, quæ obtinuerat primam ſententiā, quæ

 tranſi-

tranſiuit in rem iudicatam, illam produxit coram ſecundo iudice, qui, ea non obſtante, tulit ſecundā; quæ ideò nulla eſt, quia lata contra rem iudicatam, cui non fuerat renunciatum, nec de iniuſtitia diſputatum, victore conſentiente. & eodem modo reſpondetur ad. §. itē ſententia 2. q. 6. vbi eſt canonizata d. l. 1. ¶ Nec obſtat huic ſententiæ d. l. acta §. fi. quia ibi non poteſt renunciari tranſitui in rem iudicatam in præiudiciū tertij. Vel tenendo, ꝙ illa glo. vera ſit, quæ cōiter approbatur, pōt dici, ꝙ procedat, quando partes conſenſerunt, ꝙ contra primam ſententiam, quæ tranſiuit in rem iudicatam, cognoſcatur ſecundò per iudicem ſine iudiciali ordine: quia non eſt in facultate partium, ꝙ iudex tanquam iudex cognoſcat non ſeruato ordine, inquit nota. glo. in c. fi. de re iudica. lib. 6. & in c. de cauſis, de offic. delega. & glo. fi. & etiā glo. in verbo, neceſſariò, infra in hac Clem. & eſt ratio, quia non poteſt renunciari legibus introducētibus ſolemnitatem in actibus hominum. l. nemo poteſt. ff. de lega. 1. l. 2. §. ſed qa veremur. C. de iuramen. calum. ad l. poſt rem. & l. ſi cauſa cognita. reſpondetur, ꝙ procedunt, vbi victor non renunciet ſententiæ pro ſe latæ, nec paſſus eſt de eius iniquitate, vel iniuſtitia diſputari per ſupradicta. & eodem mō reſpondeo ad tertium argumentum de cap. expoſita. ¶ Ad quartum verò argumentum de l. Imperatores. quod etiā fortificatur per l. diui fratres. ff. de pœ. vbi eſt expreſſum, nullum, præter principem, poſſe reuocare rem iudicatam ex nouis probationibus, reſpondetur verum eſſe, ꝙ inferior non poteſt ſine ſolemnitate. ſecus cùm ſolemnitate, victore patiente de iniuſtitia diſputari per ſupradicta, & eodem mō reſpondeo ad quintum argumentū. ¶ Ad ſextum verò dicas, ꝙ dicta iura procedunt, qn̄ licèt ſecundo iudici conſtiterit de re iudica. nihilominus victor non eſt paſſus de iniuſtitia ſuæ ſententiæ diſputari. ſecus vbi paſſus eſſet. ratio eſt, quia comperta veritate ſententiæ iniuſtæ, præſumptio, quæ erat pro ipſa ſentētia, debet cedere huic veritati. c. veritate. 8. diſtin. l. pediculis. ff. de auro, & argen. lega. Item quia præſumptio iſta, ꝙ ſententia eſſet iuſta, tollitur per notorium probationis in contrariū, per quod apparet de illius iniuſtitia. nam ſicut vna fama potentior offuſcat aliam. l. 2. ff. quis or. in bo. po. ſer. l. ſi pater. C. ne de ſta. defun. Ita ſecundū notoriū potentius offuſcat primum minus potens, reſultans ex prima ſententia. facit l. diuus. ff. de in integ. reſtitu. c. litteras. de reſtitu. ſpolia. ſed facta concluſione in cauſa ex probationibus reſultat notorium, inquit eleganter glo. in c. ſignificauerunt, de teſti. no. Inno. in c. ex inſinuatione, de appella.

pellã.in c.per tuas.de teſti. ¶ Præterea non eſt ſemper, & indiſtinctè verum, ꝙ ſententia lata contra notorium ſit nulla, vt pulchrè ſcribit moder. Areti.in c.qm contra. de proba.colum. 11.per tex.in l.non ſolum. §. quæ in adulterio. ff. de ritu nuptiarum.de quo ibi per eum. ¶ Ad ſeptimum argumentũ patebit ſolutio ex infra ſtatim dicendis. Vt igitur veritas huius articuli, & difficultatis liqueat,diſtinguendũ erit ex mente Roma. in d.l.2. colum. 24. ꝙ aut partes proſequuntur cauſam rei iudicatæ coram iudice appellationis, ad quem fuit appellatum poſt decem dies,& tunc non valet ipſius iudicis ſententia contraria;quia appellatio nulla ad ipſum interpoſita non deuoluit iuriſdictionem.c.Romana.§.ſi verò.de appellatio.lib.6.& ita poteſt intelligi d. Clem. ſi appellationem. ¶ Hæc concluſio fallit,primò vbi iudex ad quem pronunciaſſet ſe iudicem cõpetentem,& ad ipſum cauſam legitimè deductam,per ea,quæ plenè ſupra dixi,maximè in quæſtione alia. quid ſi pars poſt lapſum inſtantiæ proſequitur cauſam appellationis. ¶ Secundò fallit, vbi talis iudex haberet iuriſdictionem prorogabilem, & ex ipſa prorogata procederet,per ſupradicta; vbi verò iudex eſt talis,qui aliter poteſt adiri, quàm per viam appellationis,puta,quia aliàs erat ordinarius: & tunc conclude, ꝙ aut de iniuſtitia ſententiæ conſtat per confeſsionem partis vincentis, & hoc caſu poterit ſuper iuſtitia pronunciare,nec mittetur res iudicata executioni, vt pulchrè voluit Inno. in c. quia pleriq; de immuni. eccle. quem ſequitur Roma.in conſ.367.& in l.admonendi.ff.de iureiuran. Bal.in l.ſi ſeruus plurium.§.1.ff.de lega.1.do. Anto. & Io. de Imo. in d.Clem.ſi appellationem. Bal. in l.ſi quis ita heres inſtituatur.ff.de hæredi.inſti.Abbas in c. qm contra. colum.19.de proba. domi. Anto. & Abbas in c.is qui fidem.de ſpon.do.Ant.in c.fin.de ſucceſ.ab inteſta. do.Ant.& Abbas in c.quantò.de præſum.Abbas in diſputatione,quę incipit. Stante ſtatuto.col. 17. Pet.de Ancha in reg poſſeſſor.lib.6. col.16. domi.Anto.& Abbas in c.ab excõmunicato.de reſcrip.dom. Anto. in c.in præſentia.de renun.Abbas in c.2. de purg.cano.& in c. fraternitatis.de frigi.& male.& in conſ.62.& in conſ.90. dom.Anto.
13 in c. cum dilecta. de reſcrip.Tanta enim † eſt vis confeſsionis, ꝙ infringit præſumptionem iuris,& de iure,facientem pro ipſo confitente.& alibi ſingulariter Inno.in c.cum contingat. de officio delega.qđ dictum memorat Bar.in l.2.§.creditũ.ff.ſi cer. peta. & Bal. in prima cõſtitutione Cod.Roma.in cõſ.391.in fi.dixit,ꝙ cõfeſsio adeò præiudicat confitenti, ꝙ per illam infringitur probatio teſtium pro illo

deponentium, ita q̃ inter teſtes, & partem confitentem nulla ſit fienda concordia. & idem dicit eſſe de probatione inſtrumenti, argu. l. in exercendis. C. de fide inſtrum. & ratio prædictorum eſt; quia præſum ptio iuris, quam pro ſe habet ſententia, quæ tranſiuit in rem iudicatã, admittit probationem in contrariũ, quæ fit per confeſsionẽ partis, in cuius fauorem eſt ipſa præſumptio, & quæ dictam ſententiã obtinuit, vt no. glo. in Auth. ſed iam neceſſe. C. de dona. ante nup. & in §. illud. in Auth. de æquali. do. in l. generaliter. in verb. nullo modo. C. de non nu. pecu. quod procedit nedum in confeſsione expreſſa, ſed ẽt in tacita, vt pulchrè determinat Bart. in l. abſentem. ff. de pęnis. in ver. Quartò quæro. & Bar. in cõſ. 100. quod incipit. A dño Cy. Pet. de Ancha. in c. 2. de confeſ. li. 6. tex. eſt ſingu. quẽm ibi ponderat Bal. in l. penul. C. de interdic. matr. facit tex. & quod ibi no. Bal. in l. ſi qui adulterii. C. de adul. no. Moder. Are. in c. qm̃ cõtra. col. 14. & in c. propoſuiſti. col. 8. de probatio. Pet. de Anch. in reg. ſemel malus. li. 6. quod perpetuò no. ¶ Quod tñ dixi confeſsionem admitti contra ſententiam, quæ tranſiuit in rem iudicatã, intellige quò ad præiudicium confitentis, non aũt tertij ſecundùm Bal. per tex. ibi in d. l. ſi ſeruus plurium. §. 1. Vbi verò de iniuſtitia conſtat per alias nouas probationes, tunc ex quò victor patiens fuit, q̃ diſputaretur ſuper iniuſtitia ſententiæ, valebit ſententia ſecunda contraria primæ. ¶ Secundò quia iura dicentia præſumptionẽ iuris, & de iure ortam ex re iudicata non admittere probationem in contrariũ, l. antiquæ. C. ad Velleia. l. fin. C. arbi. tutel. l. ſub ſpecie. C. de re iudica. l. Imperatores. ff. eo. titu. glo. ordinaria in l. ſiue poſsidetis. C. de proba. in l. non eſt veriſimile. ff. quod me. cau. in c. is qui fidem. de ſponſa. procedunt, niſi pars, pro qua laborat talis præſumptio, patiatur probationem fieri in contrarium, vt eleganter inquit Inno. in c. fraternitatis. de frigi. & malefi. in c. cum dilec. de reſcrip. in c. ex ratione. de appell. Sequitur Roma. in conſ. 174. & Abbas in conſ. 62. & in conſ. 90. mouetur Inno. quia multa fieri non debent, quæ tamen facta tenent, l. 1. §. biduum. ff. qñ ap. ſic. c. Romana. §. caueant. de ſenten. excõmu. in 6. Item quia licèt contra agentẽ interdicto recuperandę non poſsit referri quæſtio proprietatis, tamen ſi agens hoc patiatur, valet iudicium. c. 1. de reſtitu. ſpolia. Ita patiente victore, valebit ſententia ſecunda contra primam. & facit quia ex quò iudex cognouit de iuſtitia, de ea debet iudicare. l. de qua re. ff. de iudi. c. cum ſuper. de cau. poſſeſ. & ita rectè intuenti videtur cõcludere glo. in l. duobus. in ver. eadem ẽt quæſtio. ff. de excep. rei iudi. Et ista vi-

iſta videtur veritas, licèt Compoſt. tenuerit contrarium in c. cum M. de cõſtitu. per l. primã. C. qñ prouo. & Archi. 2. q. 6. in c. ei qui. ſed male. & ad d. l. primam reſponde, vt ſupra. Confirmatur prædicta ſententia ex his, quæ no. Bart. in d. l. duobus. & in l. ram & poſtea. §. ſi damnetur. ff. de iureiuran. Eo verò caſu, quo de iniuſtitia ſententiæ apparet ex actis in prima inſtantia factis: tunc an abijt tranſitus in rem iudicatam, vel an ſententia ſit nulla, vel non, dependet ex notat. in c. Bertoldus. de re. iudi. & in d. c. qm̃ contra per Inno. cuius dicta latè diſtinguit domi. Anto. in c. in præſentia. de probatio. & in c. ab excommunicato. de reſcrip. no. in l. 1. C. de erro. cal. & plenè per Roma. in l. ſi is ad quem. ff. de acquiren. hæredi. & per moder. Peruſi. in c. dilecto. de appella. Sed vbi de viribus primæ ſententiæ, an fuerit valida, vel nulla, fuit diſputatum, ſine dubio declaratoria ſequens valet ſuper nullitate primæ ſententiæ. d. l. 1. nam ſicut à poteſtate iudicantis dependet ſententiã nullam, validam efficere, & reformare, vt plenè per Inno. in c. 1. de confirma. vti. & in c. ſuper litteris. de reſcrip. no. in l. ſi expreſſim. de ap. & in l. 1. C. qñ prouocare. & in d. c. dilecto. ita à poteſtate eius dependet, ſententiam primam licèt validam per ſecundam reddere nullam, ideo dixi validam: quia licèt ſententia ſit iniqua, valida tamen eſt, quia lata contra ius litigatoris. l. iudex. ff. de re iudica. c. cum inter. eodem titu. Prædicta, quia vtilia, & quotidiana ſunt, perpetuò notabis. ¶ Septimò poſſet hic quæri, an tempus datum accuſatori ad petendam abolitionẽ accuſationis poſsit pacto partium prorogari? dic q sic. l. fallaciter. C. de aboli. vbi caſus in ver. poſt hoc. ibi [niſi reus conſenſerit] ſecundũ Roma. in d. l. 2. col. 26. ¶ Octauò

14 quæro, qd de tempore † ſtatuto à iudice in pœnalibus, exempli gratia ad inſtan. creditoris iudex ſecularis dedit bannum, vel eccleſiaſticus excommunicauit debitorem, niſi certo termino ſoluerit: an conſenſu creditoris, & ſic partiũ, poſsit talis terminus prorogari? articulus pulcher eſt, de quo plenè not. per Bart. & Doc. in l. 1. §. & poſt operis. ff. de ope. no. nuntia. per Bart. & Doc. in l. neq;. ff. de in ius vocan. in l. fin. ff. de officio procura. Cæſa. Bal. in Auth. item quæcunq;. C. de epiſco. & cleri. & in l. 1. 10. q. C. de his quæ pœ. no. in l. acceptam. in 7. q. C. de vſu. Ang. & Pau. de Caſt. in l. cum ſtipulatus ſim mihi à Proculo. ff. de verb. obliga. Inn. & Doc. in c. præterea. de appel. ¶ Nonò quæro

15 † an tempora præſcriptionum poſsint pacto partium tolli, aut prorogari vide Bart. & Docto. in l. 1. ff. de vſura. Dy. & Bart. in l. nemo poteſt. ff. de leg. 1. Bald. in Auth. quas actiones. C. de ſacroſan. eccle. Ro.

in conſ. 101. Pet. de Anch. in Clem. quamdiu. de appell. dñs Anto. in c. cum non liceat, de præſcrip. Bald. in repeti. l. cunctos populos. in 4. char. C. de ſumma Trini. Bal. poſt glo. in c. 1. §. præterea. de capi. Corra. & in l. 1. C. de ſen. quæ pro eo, quod intereſt. & in l. receptitia. in 3. col. C. de conſti. pecu. Roma. in rub. ff. de arbi. Ang. in Auth. vt Eccle. Roma. colla. 2. & in Auth. vt de cætero non fiant cõmuniter. colla. 5. vbi etiam quærit, an ſtatuto, vel priuilegio poſsit fieri, ꝙ nulla præſcriptio currat. ¶ Plures alias quæſtiones ſpectantes ad hunc ſecundũ articulum, ſcilicet, an conſenſu partium poſsint dilationes moderari, facilè curioſus lector inuenire poterit. ego ne in longius nimis opus trahatur, prædictas quæſtiones tetigiſſe, ſatis eſſe puto.

S V M M AE.

1 *Iudex, vel ſuperior an poſſint eorum officij auctoritate, moderari dilationem legalem.*

2 *Dilationum pulchra diſtinctio inter eas, quæ dantur à lege cum tacito, ſeu expreſſo iudicis miniſterio, & illas, quæ dantur ſine tacito, vel expreſſo ipſius miniſterio.*

3 *Stante ſtatuto, ꝙ ſi citatus non comparuerit infra decem dies, habeatur pro confeſſo, iudex ipſe tempus à ſtatuto indultum non poterit abbreuiare.*

4 *Iudex an poſſit in cauſis ciuilibus prorogare terminum triennij, & biennij in criminalibus conceſſum primæ inſtantiæ.*

5 *Tempus datum ad proſequendam cauſam appellationis an poſſit iudex prorogare.*

6 *Iudex an poſſit diminuere tempus inſtantiæ appellationis.*

7 *Tempus decem dierum datum ad appellandum an poſſit moderari per iudicem.*

8 *Iudex an poſſit parti diminuere tempus ſibi à lege conceſſum ad agendum, vel accuſandum.*

9 *Caſus, in quibus cogitur quis inuitus agere.*

10 *Inuitus an quis cogatur ſe defendere ab accuſatione.*

11 *Termino alicui præfixo ad agendum, vel accuſandum, ſi veniat poſt terminum, an audietur, & quando dicatur res integra, ibid.*

12 *Interlocutoriam, & ſilentij impoſitionem non poteſt ferre iudex, niſi bis admonuerit illum, cui aſſignauit terminum, ꝙ infra illum agat.*

13 *Terminus ad agendum non poſſit aſſignari abſque cauſæ cognitione.*

14 *Diffamatio alicuius quomodo probetur.*

15 *Diffamationis libelli forma.*

L. diſfamari.

16 *L. diffamari. C. de inge. & manu. habet etiam locum in diffamatione ciuili.*

17 *L. diffamari. & alia iura probantia terminum poſſe ſtatui alicui, infra quem agat, & poſt quem non audiatur, in quibus, & quomodo procedant.*

18 *Teſtes an poſſint recipi lite non conteſtata, quando agitur remedio l. diffamari. C. de inge. manu.*

19 *Excommunicatus an poſſit compelli ad agendum per remedium d. l. diffamari.*

20 *Iudex quis erit competens, vbi agitur remedio d. l. diffamari.*

21 *Pluribus exiſtentibus iudicibus, inter quos ſit locus præoccupationi, an ex eo q̃ quis coram vno intentauerit remedium l. diffamari. C. de inge. manu. vel ſibi competat exceptio, dicatur præuenta iuriſdictio illius iudicis.*

22 *Iudex an poſſit terminum à ſe præſtitutum moderari.*

23 *Tempus anni præfixum ei, contra quem ſit facta miſſio ex primo decreto ad recuperandam poſſeſſionem an poſſit moderari.*

24 *Statuto certo termino auctoritate ſtatuti iudicis delegantis, vel de voluntate partium ad cauſæ deciſionem, an poterit hoc caſu iudex dare dilationes legales, quando excederetur terminus appoſitus deciſioni cauſæ, vel poſſit illum iudex moderari, & quomodo.*

25 *Tempore à partibus compromittentibus ſtatuto, vel à delegante conſenſu partium, non poteſt arbiter, ſeu delegatus dare dilationem excedentem terminum.*

26 *Aduerſarius ſi per cauillationes, & ſubterfugia faciat, quominus infra terminum cauſa finiatur, an agens aduerſus talem lapſum reſtituatur.*

27 *Ius canonicum redigendum eſt ad conſonantiam cum iure ciuili, potius quàm diſcrepantiam.*

28 *Impedito non currit tempus, vel datur reſtitutio, quando impeditus ipſe fecit quicquid potuit, ne terminus curreret.*

29 *Dilatio probatoria an poſſit per iudicem mutari.*

30 *Iudex an poſſit moderari dilationem ad probandum ſtatutum à iudice.*

31 *Terminus expectatorius præfixus ad comparendum, an poſſit per iudicem moderari.*

32 *Statutum prohibens appellari, non intelligitur propterea prohibere recurſum ad iudicem per modum querelæ pro iuſtitia facienda.*

33 *Inducias deliberatorias an iudex poſſit moderari.*

34 *Induciæ deliberatoriæ an ſint in cauſa criminali concedendæ.*

35 *Terminus decem dierum, qui de conſuetudine confitenti aſſignatur, vt debeat infra illum ſoluiſſe, poteſt per iudicem arbitratu ſuo arctari, & prorogari, & ratio.*

36 *Tempus ſex hebdomadarum, quod datur appellanti ad componendum ſarcinulas, an poſsit augeri, vel diminui iudicis arbitrio.*

37 *Tempus conceſſum vaſallo ad petendam inueſtituram à domino, an poſsit per ipſum dominum abbreuiari.*

38 *Annus probationis ingredienti religionem cōceſſus ad experiendam regulam, & mores ingreſſum, num poſsit per ſuperiorem arctari, & prorogari.*

Circa tertium Principalem articulum, ſcilicet an iudex, vel ſuperior poſsit auctoritate ſui

1 officij, vel ſuperioritatis moderari † dilationē legalem, variarunt & gloſſatores, & Doctores. Et in primis glo. in Auth. offeratur. C. de li. conte. & in Auth. qui ſemel. C. quomodo & quan. iu. inquit tempus à lege cōceſſum, puta decem dierū ad appellandum, & quadriennij ad petendam, & finiendam reſtitutionem in integrum. Item ſtatutum actori, qui à lite inchoata deſiſtit, non poſſe per iudicem moderari, per regu. indultum. lib. 6. & per tex. in. §. illud. in Auth. cōſtitutio quæ. de dignita. & huic opinioni videtur adhærere glo. in c. cupientes. §. ꝙ ſi per 20. in ver. quindecim. de elec. in 6. & in c. pia. in ver. octo dierū. de excep. lib. 6. facit, quia factum prætoris iuri ſcripto nō pōt derogare. ¶ Secunda fuit opinio glo. in §. omnes. & in. §. ſancimus, in Auth. de exhiben. re. quæ videtur tenere contrariū, dicens, ꝙ terminus 20. dierum ad deliberandum, de quo in d. c. offeratur. item terminus anni, vel biennij ad proſequendam appellationem Auth. hodie. C. de app. & c. cum ſit Romana eodem titu. item terminus triginta dierum, de quibus in d. Auth. qui ſemel. poſſunt per iudicem moderari, alle. l. nonnunquam. ff. de iudi. & l. conſentaneum. C. quomodo, & quando. ¶ Huic opinioni videtur adhærere glo. in d. c. cum ſit Romana. ponens regulā, ꝙ dilationes à iure datas iudex pōt moderari per d. l. nonnunquā. & d. c. cū ſit. c. ad aures. c. perſonas. de ap. c. licèt de ſen. excommu. lib. 6. Excipit tn̄ duos caſus, ſcilicet tempus cōceſsū à lege ad interponendam appellationē. ſecundum, tempus conceſsū ad petendam, & finiendam reſtitutionem in integrum, de quibus in Auth. hodie. C. de appel. 2. q. 6. c. anteriorum. & l. ſuperuacuam. C. de tempo. in integ. reſtitu. ¶ Addit etiam Hoſti. in d. c. cum ſit. idem eſſe in ſemeſtri dato redhibitoriæ. l. cū ſex. ff. de ædil. edic. ¶ Quartò idē dicit in tempore conferendi beneficia. c. licèt. de ſupplen. negligen. prælato. Idem ſecundū Goffre. eſt in tempore, quod datur marito accuſandi vxorē de adulterio. l. adulter. & l. iure mariti. C. d' adul. 4. q. 4.

§. aliquan-

§ aliquando. Hæc opinio non videtur bona; quia non pōt ratio differentiæ aſsignari, quare magis in his caſibus non poſsit, quā in alijs. ¶ Tertia fuit opinio glo. & Dy. in d. regula. indultum. diſtinguentium

2 inter dilationes, quæ dantur à lege cum expreſſo, vel tacito miniſterio iudicis, & illas, quæ ſine expreſſo, vel tacito iudicis miniſterio, nam primas pōt moderari, d. l. nonnunquā. & l. 2. ff. de re iudica. ſecundas verò nō, d. regu. indultū. & d. § illud. fallit vbi l. indulget dilationi ſupplendo defectum iudicis. nam tunc cum cauſa pōt mutari. d. l. 2. & l. 4. §. ſi quis condemnatus. ff. de re iudica. c. quò ad conſtitutionem. de re iudica. hanc tamen fallentiam non ponit dicta glo. ¶ Dicuntur aūt dilationes cum expreſſo miniſterio iudicis concedi, quando lex ſtatuit terminum, quem mandat à iudice præfigi. Cum tacito verò miniſterio dr̃ dari dilatio, quādo lex ſtatuit dilationē ex ſeipſa parti, nec mandat iudicis officiū debere interuenire: ſtatuit tamen illā poſt cauſam initiatam, ſeu inchoatam, puta inter media cauſæ, extra de priuileg. habes. in dilatione decem dierum, quam lex dat in ſingulis primis citationibus per iudicē parti, antequam citet peremptoriè. ¶ Exēplum de ſecundis habes in dilatione 20. dierum, quam lex dat reo, an velit cedere, vel contendere, de qua in d. Auth. offeratur. & idem in dilatione. 8. dierum data opponenti exceptionem excōmunicationis, ad illam probandum, de qua in d. c. pia. dicitur autem dilatio dari ſine miniſterio iudicis expreſſo vel tacito, quū lex ex ſeipſa ſine facto iudicis præfigit terminum parti ad aliquid faciendum ante cauſæ inchoationem. Exemplum patet in dilatione decem dierum à lege præfixa ad aliquid faciendum extraiudiciale. ¶ Hanc tertiam opinionē glo. & Dy. ſequitur Iaco. de Are. in l. 1. C. de dila. vbi etiam per Cy. in Auth. ei qui. C. de tempo. ap. Bal. in l. iubemus. C. de iudi. & in l. de die, vbi per Guil. ff. qui ſatiſda. cogan. Iac. de Bel. & Ang. in §. 1. in Auth. de exhiben. re. & in d. l. 4. §. ſi quis condemnatus. Iaco. Butri. in d. l. ad peremptoriū. Paul. & Cardi. hic col. 3. ver. 7. opponitur. dicentes hoc ſecundum membrum non habere locum, vbi lex expreſsè hoc cōcedit. Idem tenet Io. de Imo. in l. 2. ff. de re iudica. dicens hoc modo poſſe reſponderi ad omnia iura, quæ Bart. allegat pro ſua opinione, de qua infra. Hanc etiam reſponſionē voluit glo. in d. reg. indultum. in fi. & Io. de Imo. in d. c. cum ſit Romana. dicens hanc eſſe communem opinionē, quam etiam ſequitur Roma. in conſ. 497. incipiente. Diligenter perſcrutatis. Et tenendo hanc opinionē limita illā procedere, et ſi lex dicat dari à iudice dilationem 10. dierum, & non minus: tunc ex

cauſa moderari pōt, probatur in d.l.ad peremptorium.cum l.ſequen
ti.in ver.non minùs. iuncta d.l. nonnunquam.facit tex.& glo.in §.om
nem.in Auth.de litigioſis.No.Bart.in d.Auth.qui ſemel. poſt mediū:
Rom. & Cy.in l. 1. C.de dilationibus.Iaco.Butr.in d.l.ad perempto-
rium. dominus Anto.in c.præterea.de dilatio.bene facit. d. §. ſi quis
condemnatus.iuncta.l. 2.ff.de re iudi.licèt Bal.ſenſerit contrariū in d.
Auth.offeratur. ¶Secundò limita prædictam opinionē ēt procedere,
ſi lex dat dilationem miniſterio iudicis,& dicat maiorē nō dari: quia
cum cauſa minor dilatio dari poterit,iuncta.l.ſiue pars. C. de dila. in
ver. pari.& ita concludit Bart.in d.l. 2.Concordat Ia.But.in d.l.ad pe
remptorium.& Cy.in d.l. 1.D.Anto.in d.c.præterea. Et has duas limi
tationes perpetuò notabis. ¶Quarta fuit opinio Bart. in d.l. 2.dicē
tis dilationes à iure datas, etiam ſine miniſterio tacito, vel expreſſo
iudicis,poſſe cauſa cognita per iudicem moderari, probat hanc ſen-
tentiam. ¶Primò quia videmus terminum opponendarū exceptio-
num dilatoriarum à lege datum vſq; ad litis conteſtationē.l.exceptio
nem.C.de proba.l.penul.C.de excep.c.inter monaſterium.de re iudi.
poſſe per iudicem cauſa cognita moderari.c.paſto.de excep. ¶Secun
dò quia moderat̄ terminū datum ad accuſandū. l.Titia. ff.de accu.l.ſi
ea.C.eo.titu.l.diffamari.C.de inge.ma.no.glo.in l. 1. C. vt nemo inui.
in l. Papinia.§ ſiquis poſt. ff.de inoffi.teſta.in c.lator.qui filij ſint legi.
in c.licèt in beato.de accu.in c.frequens.ver.debet.de reſtitu.ſpo.li.6.
& de hoc latius infra dicam. ¶Tertiò quia moderat̄ tempus cōceſ-
ſum ad petendam,& finiendam reſtitutionē in integrum.d.l.petēdæ.
l.intra vtile,ſecundū vnam lectu.ff.de mino. ¶Quartò quia moderat̄
ex cauſa tempus quatuor menſiū, datum in actione perſonali quò ad
executionem per d.l. 2. & l. debitoribus. de re iudicata. ¶Quintò q̄a
moderat̄ tempus certum conceſſum à lege ad adeundā hæreditatem.
l.quamdiu.la.fi.ff.de acqui.hæredi.l.ſi quis hæres inſtituatur.la 2.ff.de
hæredi.inſti.l.ſi ſeruus.ff.de bon.aucto.iudi. poſſi. Iſta ſunt iura alle-
gata per Bart. in d. l. 2. cui addit Roma. ſextò facere. quia ex cauſa
moderat̄ tempus anni conceſſum à lege ad petendam reſtōem ad-
uerſus miſſionem in poſſeſſionē ex primo decreto. c. cum veniſſent.
vbi caſus ſingula.ſupra de eo qui mit.in poſſeſſio. de quo latius infra
dicam. ¶Septimò quia ex cauſa iudex à quo moderat̄ tempus an-
ni, vel biennij conceſſum à iure ad proſequendū appellationem.c.cū
ſit Romana.c.perſonas.c ad aures.de appel.quod etiam fit per iudicē
ad quē,ſi moderationē ſuadeat fauor reipublicæ, caſus eſt nota.in c.

oblatæ.

obtatæ.de appel. de quo aliquid per Abba.in d.c.cũ ſit Rom.& infra latius dicam. ¶ Octauò moderat tempus datum legatario ad optandum,l.mancipiorum.ff.de optio.lega. ¶ Nonò moderatur tempus datum abſenti, cui eſt facta collatio beneficij ad acceptandum. c. ſi tibi abſenti.de præben. lib. 6. & tñ videmus omnia prædicta tẽpora concedi à lege ſine miniſterio iudicis. Hanc opinionẽ Bart. ſequitur do. Anto.in d.c.cum ſit Roma.& Abbas ibi, dicens, ꝙ ſi iudex hoc caſu ſine cauſa moderaret, poterit appellari, vt no.Inn. in c.ad petitionẽ. de accu. quia licèt ẽt in arbitrijs præſumat pro iudice, vt pulchrè inquit Inno.in c.innotuit.de eo,qui fur. or.ſu. & ſequitur Abbas in d.c. qui ſit.& Pet.de Anch.in c.2.de iuramen.calum.lib.6.& Bal.in c.1.de mili.vaſal. qui contu.eſt in 4.col.tamen ſi malè arbitretur,poteſt appellari, vt voluit glo.ſolemnis.in c.ſuper his.de appellatio.& eſt tex.in c.1. de dila.no.Bar.in l.ſi qua pœna.ff. de verb.ſigni.quod eſt notandum. Hanc ẽt opinionem Bar.ſequitur dominus Anto. in c.præterea. de dila. Nec obſtat d. reg. indultum. cum ſimilibus; quia debet intelligi,quando ſine cauſa vellet moderari, & ita dicit ibi glo. ¶ An aũt in his, quæ committuntur poteſtati,vel voluntati iudicis, ſit locus appellationi,ſicut ſupra dixi in arbitrarijs, dicã infra in principio huius Clem.ſuper glo.in ver. valeat. ¶ Supraſcripta tamen opinio Bart.& ſequacium fallit primò in dilatione ſtatuta à lege in actu modici præiudicij,quam etiam ex cauſa iudex non põt prorogare ſecundũ glo. ſingula. & ſequitur Domini.in c.pia.in ver. octo dierum. de exceptio. lib.6.& dicam infra in q.an dilatio probatoria poſsit moderari. ¶ Secundò fallit, quando iudex moderando dilationem legalem ſe intromitteret de iuriſdictione ſuperioris; quo caſu ẽt ex cauſa non poteſt mutare tempus appellandi,& finiendæ appellationis.c.ex inſinuatione.vbi tex.de ap. Nam talia tempora moderando vr̃ legem imponere ſuperiori,ideſt iudici ad quem,& ita tenet Ange. in l.2. ff.de re iudica. & Abbas in d.c.cum ſit Romana.ſed certè hoc ſenſit Bar.in d.l. 2.dicens pulchrè, ꝙ ſi coram iudice ſeculari opponatur exceptio cognoſcenda corã eccleſiaſtico, non põt iudex ſecularis ſtatuere terminum, infra quem debeat dictã exceptionem probaſſe coram iudice eccleſiaſtico, per d.c.ex inſinuatione.quod ẽt tenuit Bal.in l.quo.C. de iudi.& Bart.in l.præſes.C.de ap.vbi ſubdit, ꝙ in caſu prædicto bene poterit ſecularis ſtatuere terminum excipienti,infra quem debeat ſe præſentaſſe coram iudice eccleſiaſtico vnà cum proceſſu, per d.l. præſes.& d. c.perſonas.& in hoc opinio. Bart. ſequuntur Ang. & Io.

de Imo,

de Imo. in d. l. 2. licèt de Bart. mentionē non faciant. Idem tenet Pau. de Caſtro in l. Titia. ff. ſoluto matrimo. & Pet. de Ancha. in c. 1. de appellatio. in ſexto. & in c. ſi iudex laicus. de ſenten. excōmunica. lib. 6. Tempus tamen ad inchoandam appellationem iudex à quo pōt mutare, cum ex hoc non ſe intromittat de iuriſdictione ſuperioris, & ſic ceſſat ratio prædicta. d. c. cum ſit. & ibi glo. Ex quo infert ibi Abb. ꝙ tempus decem dierum datum ad appel. ex cauſa publicæ vtilitatis, vel ſcandali euitandi poteſt iudex moderari, vt tenet Bart. in d. l. 2. prorogare aūt non poteſt, quia dictū tempus conceditur appellanti in eius odium, vt illo elapſo excludatur à iure ſuo ſecundùm Paul. de Caſt. in d. l. 2. quem in hoc reprehendit dñs Alexan. quia tempus quādriennij ad finiendā cauſam reſtitutionis datum, conceditur in odiū petentis, l. petendæ. in fi. C. de temporibus in integrum reſtitu. l. intra vtile. ff. de mino. & tamen ex cauſa prorogatur, vt ibi. Quæ omnia bene sūt notanda, quia conferunt ad ea, quæ dixi ſupra in præcedenti articulo principali in q. an tempus decem dierum ad appellandum poſsit cōſenſu partium abbreuiari, de quo infra apertius dicam in c. an iudex poſsit prorogare, vel abbreuiare decendium. ¶ Tertiò fallit in principe, qui etiam ſine cauſa oēm dilationem abbreuiat. tex eſt in c. ex ore. de his, quæ fiunt à maiori parte Capituli. ſecundùm Pet. de Anch. & Io. de Imo. ibi, iuncto tex. in c. nulla. de conceſ. præben. nam licèt annus daretur à iure ad conferendum beneficia, dicto c. nulla. Papa tamen illud coarctauit ad menſem; ideò princeps abſolutè pōt mutare, & nō ſine ratione, quia eſt ſupra legem, l. princeps. ff. de legi. c. propoſuit. de conceſsio. præben. ¶ Quartò fallit, vbi iudex vellet in totum tollere terminum legalem; quia licèt eidem concedatur ex cauſa moderari, vel augere, non tamen permittitur in totum tollere, glo. eſt nota. digna in l. quod iuſsit. in fin. glo. magnæ. ff. de re iudicata. tenet Specu. de citatione. §. nunc de emp. verſ. fi. Hoſtien. & Io. An. in d. c. cū ſit Romana. licèt Bart. in d. l. 2. col. 2. circa finem in diſcurſu ſermonis aliter ſentiat per l. mediterraneæ. C. de anno. & tribut. lib. 10. & ita reſidet dñs Alexan. in d. l. 2. ſubiungens, ꝙ licèt iudex in totum tollat dilationem legalem, pp hoc non inualidatur actus, ſed bene iſta eſſet iuſta cauſa appellandi. c. 1. de dilatio. & facit, quia ſententia contra ius litigatoris, dummodo non contineat expreſſum errorem, valet, l. 2. C. quando prouocare. l. 1. §. item, cum contra ſacras. ff. quæ ſenten. ſine appell. reſcin. Præterea do. Alex. per l. mediterraneæ. non probat opinionem Bart. ſcilicet ꝙ poſsit in totum tollere. ¶ Quintò fallit, vbi

lex aſsignat certam dilationem, & poſt ipſam aliquid ſtatuit, tunc di-
3 latio non poteſt mutari. vnde ſi ſtatutum † dicat, q ſi citatus non ve-
nerit infra decem dies, habeatur pro confeſſo, iudex tempus à ſtatu-
to indultum nõ poterit abbreuiare. ita Bal. in l. 1. C. de requirem. reis,
quem ſequitur Pet. de Anch. in cõmento c. canonũ ſtatuta de cõſtitu.
col. 154. Io. de Ana. in c. ad petitionem. in fi. de accu. facit qđ pulchrè
ſcribit Bal. in l. iubemus. C. de iudi. dicens, q vbi dilatio eſt à iure præ-
fixa, per iudicem non põt mutari. quod etiã voluit Bal. poſt glo. in c.
1. de milite vaſal. & Rom. in conſ. 76. in fin. incip. In cauſa nobilis viri.
tu adde glo. in verb. tertiò monitus. in Clem. 2. de vita, & honeſtate
cleri. quæ idem ſentit, & Roma. in l. a. ff. de re iudi. in 9. col. dicentẽ di-
ctum Io. An. in c. ex tua. de cleri. non reſi. q ſi ſtatutum diſponat nõ
comparentem infra decem dies banniri, nõ poteſt iudex terminũ ab-
breuiare, quod eſt notandum. & adde quæ no. Bald. in l. 1. quomodo,
& qñ iudex, & in d. Auth. qui ſemel. & in l. non ſunt liberi. ff. de ſtatu
homi. Io. An. in rub. de cleri. nõ reſi. faciunt quæ plenè dicam infra in
q. an iudex dilationem probatoriã poſsit mutare, & in q. an dilatio ex-
pectatoria poſsit mutari. ¶ Quinta fuit opinio, quæ colligitur ex ver-
bis Bal. in Auth. qui ſemel. C. quõ. & quando, & in Auth. offeratur. C.
de lit. conteſta. in l. iubemus. C. de iudi. in l. de die. ff. qui ſatiſda. cogã.
vt diſtinguatur, q quædam ſunt dilationes, quæ à iure dantur cũ cau-
ſæ cognitione iudicis: & illæ poſſunt cauſa cognita ab eo moderari,
patet in dilationibus probatoriis, l. 1. & l. ſiue pars. C. de dilatio. & in
dilationibus expectatoriis. l. ad peremptorium. & l. nonnunquã. ff. de
iudi. quædam ſunt, quæ à iure dantur ſine cauſæ cognitione iudicis, &
iſtarum quædam ſunt vniformes, & inuariabiles: & iſtæ non poſſunt
moderari. patet in termino decẽ dierum ad appellandũ, qui conceditur
à lege vniformiter dicentibus ſe grauatos, Auth. hodie. C. de ap-
pell. 2. q. 6. c. anteriorum. c. cauſam certationi. de appell. lib. 6. patet et
in termino octo dierum concesſo vniformiter opponentibus exce-
ptionem excõmunicationis ad illam probandam. c. pia. de excep. li. 6.
quædam ſunt variabiles, & difformes: & iſtæ poſſunt per iudicem cã.
cognita moderari, patet in tempore, quod à lege datur iudicatis in
actione perſonali, qđ tempus cã. cognita moderatur. l. debitoribus. ff.
de re iudica. Iſta opinio in eius membris facilè moderari põt, ſi bene
conſiderentur iura, & rationes, quas Bart. ſupra pro ſua opinione de-
duxit. ¶ Sextam opinionẽ poſuit Bal. in l. 1. ff. de iure deliberan. di-
cens, q vbi terminus eſt à iure taxatus, ſi eſt taxatus ipſo iure & non

pertinet

pertinet ad iudicem. Auth. hodie. C. de appellatio. aut requirit officiũ iudicis: & tunc eſt in iudicis arbitrio. l. nonnunquã. ff. de iudi. ſm Iaco. de Are. & Dy. in reg. indultum. lib. 6. ¶ Non obſtat. l. 2. ff. de re iudica. vbi tempus quadrimeſtre, quod eſt tempus à iure ſtatutum, põt per iudicem minui, & augeri cauſa cognita; quia ibi illud tempus erat ſtatutum non præciſè, ſed in defectum iudicis, & ſic vbi iudex de alio tẽpore non prouideret. Vel ſecundò inquit Bal. vbi ſupra, aut terminus præfigitur iudici, & non põt per officiũ iudicis prorogari. l. 3. ff. lo cati. per quem tex. dicit Bal. ꝙ licèt Poteſtati ſit datum liberũ arbitriũ; nihilominus debet finire proceſſum infra tempus ſtatutũ: aut terminus eſt ſtatutus actioni, & tunc ſiue ſit ſtatutus circa actionis ſubſtantiam, ſiue circa actionis inſtantiã, non poteſt per iudicem prorogari. Idem in exceptione. ff. de excu. tuto. l. ſcire oportet. §. conſequens. bene tamen poteſt per aliam legem. ff. de excu. tuto. l. ſi cum ipſe. & C. de temporibus in integrum reſtitu. l. petendæ. l. intra vtile. ff. de min. l. fin. C. de adul. & vide de hoc omnino Cyn. in l. 1. C. qui accu. nõ poſ. in vltima, & penultima quæſtione. Interdũ terminus ſtatuitur per l. perſonæ actoris, vel rei ad aliquid dandũ, vel faciendũ, ità ꝙ meta nõ imponitur iuri, & cauſæ, ſed perſonæ. Et tunc quia ea non reducuntur ad iudicium, non ſunt in iudicis poteſtate: ea verò, quæ reducuntur ad controuerſiam, incipiunt eſſe in poteſtate iudicis, & poſſunt ex cã augeri, & minui. d. l. 2. ff. de re iudica. & iſta vltima verba ponit formaliter Guilielmus, & Iac. But. in d. l. de die. doctrina eſt formalis Bald. in d. l. 1. quam dñs Alex. in d. l. 2. videtur impugnare, dicens non videri veram per ea, quæ ibi tradidit Bart. defendendo ſuam opinionem. ¶ Quare ipſe dñs Alex. in d. l. 2. concludit tenendũ, ꝙ in dilatione data à lege cũ expreſſo, vel tacito iudicis miniſterio procedat opinio ſupra variata cum limitatione tradita per glo. in d. c. pia. in verbo octo dierum. ſed in dilatione legali ſine aliquo miniſterio iudicis, tunc verum ſit, ex cauſa poſſe iudicẽ mutare, per d. l. 2. iuncto c. quod ad cõſultationem. de re iudica. & c. cum ſit Romana. & c. oblatæ. de appella. niſi ſe intromitteret de iuriſdictione ſuperioris, per ſupradicta. ¶ Ego in hac intricata, & confuſa materia inhæreo ſupraſcriptæ communi opinioni cum ſuis limitationibus relatis. pro clariore tamen intelligẽtia, & ſi per modum doctrinæ ſatis dictum ſit, quid ſentiãt Docto. ita ꝙ ex prædictis vnaquæq; quæſtio terminari valeat. tamen particulares plures quæſtiones diſcutiẽdas fore, nõ eſſe infructuoſum arbitror tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, iudicialibus, & extraiudicialibus,

4 libus. ¶ Primò igitur quæro, an† iudex poſſit prorogare terminum iuris triennij in ciuilibus, biennij in criminalibus cōceſſum primæ inſtantiæ. Conclude, ꝙ nō, per tex. in l. properandū. in fine prin. C. de iudi. qui dicit non eſſe licitum vltra terminum lites extendere. Secundò, quia huiuſmodi meta ſtatuta eſt ad litium protelationes euitandas, in quo verſatur publica vtilitas. d. l. properandū. in prin. cui factum iudicis non pōt derogare. l. 1. ver. neq; ff. de ferijs. l. ius publicum. ff. de pactis. quod amplia ſingulariter procedere in iudice habente arbitrium in cognoſcendo, & procedendo, qui nec virtute talis arbitrij pōt terminū inſtantiæ prorogare; immo tenetur infra inſtantiā iudicare. tex. eſt ſingu. ſecundū Bart. & Bald. ibi in l. ſi in lege. ff. locati. vbi probatur, ꝙ habens arbitrium circa factum, non cenſetur habere circa prorogationem termini appoſiti facto: & ita tranſit Rom. in d. l. 2. de re iu. col. 27. ¶ Tu adde idem velle Pet. de Ancha. in cōmento cap. canonū ſtatuta. de conſtitu. col. 195. & in Clemen. 1. circa princ. de in integ. reſtitu. Ang. in l. miles. C. de teſtamen. mili. Bal. in c. cum olim. Abb. de offi. delega. Bal. & Ange. in l. 1. ff. de teſtamen. militis. Bal. in l. 1. §. 1. ff. de iure delibe. & in l. obſeruare. §. proficiſci. ff. de officio procura. Paſ. de Caſt. in l. qui Romæ. §. Calimachus. ff. de verb. oblig. Rom. in conſ. 322. incip. In caſu propoſitæ conſultationis. facit quod no. Bart. in §. quibus. in prima conſtitu. C. dum quærit, nunquid virtute talis arbitrij iudex poſſit contrauenire ſtatuto. facit ēt quod dicam infra eadem Clem. in §. non ſic tamen. vbi ponam verba, quæ denotant liberum arbitriū, & quæ liberam voluntatem, & quæ arbitrium regulatum faciunt eſſe, quæ dicam infra in fin. huius Clemen. in artic. an cauſa, quæ tractatur ſine figura iudicij, habeat inſtantiam. ¶ Secundò quæro, an iudex tempus primæ inſtantiæ poſſit diminuere? dicendum eſt, ꝙ ſic: quia videmus iudicem à quo poſſe in præiudicium partis appellantis reſtringere tempus à lege ſtatutum ad proſequendam appellationē. c. cum ſit Romana. de appellatio. ergo pari ratione id poterit iudex primæ inſtantiæ, immo ratione fortiori id debet poſſe: quia ſi pōt iudex à quo artare terminum proſequendæ appellationis, in qua perit & inſtantia, & ius partis, fortius hoc debet poſſe iudex primæ inſtantiæ; quia ius partis remanet ſaluum, & deducibile in cauſa appellationis. Præterea ſtante cōmuni ſententia, de iure canonico inſtantia eſt perpetua. c. penul. de iudicijs. & tamen iudex pōt hanc perpetuitatē diminuere, celeri ſententia litem terminando. c. iurgantium. de re iudica. pondera, quia hæc ratio parum habet ſaporis.

¶ Pro

¶ Pro ſupraſcripta tamē opinione ſm̄ Rom in d.l.2.col.27.facit quia per talem diminutionem non derogatur, ſed augetur publica vtilitas, quæ verſatur in diminutione, cuius contrarium operatur prorogatio, vt ſupra ſæpè dictum eſt. ¶ Tertiò quæro, † an iudex poſsit tēpus datum ad proſequendum cām appellationis prorogare? dic, ꝙ non, rationibus deductis, vt ſupra in 1.q de termino primæ inſtantiæ. ¶ Secundò videtur tex. in l. nemo. C. de tempo. appellatio. inducendo illū, vt ſupra dixi in articulo ſecundo principali in q. an tempus proſequēdæ appellationis pacto partium poſsit prorogari. ¶ Tertiò quia regulariter cā appellationis videtur ſapere eandem naturam cum cauſa principali. tex. eſt no. in l. 1. § fi. quem ibi ponderat Ang ff. an per ali. cauſa appel. no. Inno. in c. cum ſpeciali. in 3. col. de appel. Bal. in rubri. ſupra de appell. & in additionibus ſpeculi de appellationibus. facit quod no. Io. An. in c. paſtoralis. § fi. de officio deleg. & Rom. in cōſ. 382. & in conſ. 261. Et ideò ſicut tempus primæ inſtantiæ nō poteſt per iudicem prorogari, ſic nec debet poſſe inſtantia appellationis. ¶ Tu conſidera, ꝙ licèt Roma. in d.l.2.col.28. ita tranſeat, contra tn̄ facit diuerſa ratio, quæ eſt inter inſtantiam cauſæ principalis, & appellationis. Nam cum in appellatione ius non remaneat amplius ſaluum partibus; licèt iudex non poſsit inſtantiam principalē prorogare, ſecus tn̄ videtur in inſtātia appellationis, ratione prædicta. cogita.

6 ¶ Quartò † quæro, nunquid iudex poſsit diminuere tempus inſtantiæ appellationis. dic, ꝙ iudex à quo pōt diminuere, quatenus concernit ius appellantis. c. perſonas. c. cum ſit Romana. c. ad aures. de appella. Secus in præiuditium, & derogationē iudicis ad quem; & ſuperioris; puta ſtatuendo terminū, infra quem debeat cauſam finiuiſſe. c. ex inſinuante. de appellatio. Iudex verò ad quem poteſt tale tempus reſtringere, ſi ex hoc cauſatur aliqua publica vtilitas: immo tunc debet reſtringere. tex. eſt notabilis in c. oblatæ. ver. fin. de appella. Quod verum intellige, nedum in termino à iur. ſtatuto ad proſecutionem appellationis, ſed ēt in termino ſtatuto à iudice à quo appellanti ad proſequendā appellationem, quē ex cauſa publicę vtilitatis iudex ad quē poteſt moderari, cum non appareat bona ratio differentiæ inter terminum iuris, & terminum iudicis à quo: ſecundùm Roma. in d. l. 2. col. 32. dicentem, Spec. mouere hanc q. in titu. de appellationibus. §. Nunc breuiter tranſcurrendum eſt. ver. Item pone, præfixus, & ver. Item pone ſtatutus. vbi allegat Inno. in c. ad aures. de appellatio. ſic dixiſſe, & obtinuiſſe. Ipſe verò Specu. ſolum dicit, tu dic, vt ſupra, &

ſic innuit contrarium; quia dilatione pendente, quieſcit officium iu-
dicis. l. ſiue pars. C. de dila. & Spe. ſequitur Ioan. de Imo. in d. c. per-
ſonas. & Abbas ibi, qui limitat, niſi quando cauſa eſſet talis, quæ re
quirat celeritatem, d. c. oblatæ: & ita ibi reſidet dñs Philip. Franchus
de Peruſio, præceptor meus, qui in hac limitatione ſatis concordat
7 cum ratione. ¶ Quintò quæro, an ꝙ tempus decem dierum datum ad
appellandum poſsit moderari per iudicem. conclude, ꝙ prorogando
non poteſt: quia derogaret publicæ vtilitati, quæ verſatur in celeri
expeditione, vt ſupra ſæpius dixi ſecundùm Roma. in d. l. 2. col. 28.
quod verum intellige, etiam conſentientibus partibus. glo. ſingu. in
d. Auth. offeratur. quam ſequitur ibi Bald. & in Auth. ei, qui. C. de
tempo. appellatio. & faciunt quæ, ſ. dixi in ſecundo articulo princi-
pali. q. 5. ¶ Abbreuiando verò iudex poteſt moderari tale tempus,
iuſta ſuadente cauſa, per tex. in ſimili in d. c. oblatæ. & in l. qui ęędem.
ff. ad leg. Cornel. de Sicca. & in l. ſi quis filio. § hi autem. ff. de iniuſto
rupto. vbi ratione publicæ vtilitatis, & ſcandali, ſeu tumultus eui-
tandi iudex poteſt in exequendo præuenire tempus, etiam non con-
ſulto ſuperiore; pari ratione idem poterit in termino interponendæ
appellationis. Ceſſante verò publica vtilitate, hoc non poteſt iudex, p
reg. indultum. li. 6. Et ita Roma. in d. col. 28. ¶ Adde idem tenere Bar.
in l. 2. de re iud. & Abba. in d. c. cum ſit Romana. & ſupra dixi circa
principium huius tertij articuli principalis in ver. Quarta fuit opi-
nio Bart. Aduerte tamen, ꝙ licèt iudex regulariter non poſsit tempus
datum ad appellandũ abbreuiare, vel prorogare per ſupradicta, hoc
tamen poteſt ſtatutum, vel conſuetudo. glo. eſt ſingularis in l. præſcri-
ptione. C. ſi contra ius vel vtilita. publi. quam commendat ibi Bald. in
9. col. & Abb. in d. c. cum ſit Romana. Ang. & Io. de Imo. in d. l. 2. ſub-
dens rationem eſſe; quia ſtatutum pōt derogare diſpoſitioni iuris cō-
munis. l. omnes populi. ff. de iuſti. & iure. Quod tñ ſingulariter limi-
ta procedere, quando ſtatuentes, vel introducentes conſuetudinē nō
recognoſcerent ſuperiorē. ſecus ſi ſuperiorem recognoſcerent illum,
ad quem eſt appellandum: quia tunc non valeret ſtatutum, nec cōſue
tudo ſe intromittens in materia, quæ non pertinet ad ſtatuentes, vel
inducentes conſuetudinē, cum appellatio ſit magis altæ iuriſdictio-
nis, quā prima cauſa, Auth. ad hæc. C. de iudi. & ita determinat Bal. in
l. pe. in fi. C. commi. vel epi. ¶ Nec videatur mirum, ꝙ iudex ex cau-
ſa hoc poſsit, vt ſupra dixi, & non ſtatutum; quia cauſa non ita vide-
tur cadere in conſuetudine, vel ſtatuto, qđ eſt generale, ſicut cadit in

caſu ſpeciali, quo iudex arctat ex cauſa, & cum Bald. reſidet D. Alex. in d. l. 2. Sed tu conſidera in oppoſitum facere: quia cum appellatio ſit interponenda coram iudice à quo infra decem dies, Auth. hodie. C. de appellatio. cum ſimilibus. ſtatuentes, vel introducentes conſuetudinem, non viderentur diſponere de actu pertinente ad ſuperiorem, ſcilicet iudicem ad quem, vt præſupponit Bal. ſed potius de actu ad ſe
8 pertinente. cogita. ¶ Sextò quero, † an iudex poſsit diminuere parti tempus ſibi à lege conceſſum ad agendū, vel accuſandum? conclude, ꝙ aut loquimur in ciuilibus, aut criminalibus. primo caſu regulariter quis non compellitur agere. l. 1. C vt nemo inuitus. l. creditor. C. de pigno. l. penul. C. de vſu. pup. ¶ Fallit primò, ſi apparet de mente valentis agere, ꝙ differant ad hūc finem, vt aduerſarij probationes pereāt. tex. eſt ſecundū vltimā lectu. glo. in d. l. penul. ſed certè ſecundū Rom. in d. l. 2. col. 29. iſtud videtur dubiū: quia ex quo pōt alteri parti prouideri per examinationem teſtiū ad æternam memoriā, iuxta c. qm̄ frequenter. vt lit. non conte. c. ſignificauit. de teſti. Auth. ſi quis in aliquo. C. de teſti. videtur, ꝙ debeat ceſſare remedium extraordinariū: & ſic officium iudicis, per quod cōpellitur quis agere contra iuris regulas. & iſtud argu. Roma. ſentit glo. in d. l. penul. in 1. lect. tu dic poſſe ſolui: quia cum iſtud extraordinariū plenius ſuccurrat, & de præſenti, non debet ceſſare, licèt ordinarium exiſtat remedium, iuxta glo. in l. fi. C. ſi aduerſus rem iudi. no. Bart. in l. in prouinciali. §. 1. ff. de ope. no. nuncia. Et Abb. poſt alios in c. ex parte. ſupra de reſcri. & ex ibi notatis colligi etiam pōt alia ſolutio ad dictum contrarium. ¶ Secundò fallit, vbi quis de loco, vbi habet creditores, eſt de proximò receſſurus: quia tunc, ne relinquat infamiā, ꝙ creditoribus non ſatiſfecerit, & ſic vt conſeruet honorem ſuū, quem homo prudens pluris facit omni pecunia. l. Iulianus. ff. ſi quis omiſſa cauſa teſtamē. pōt per iudicem creditoribus præfigi terminus ad agendum. glo. eſt notabilis in d. l. 1. C. vt nemo inuitus. in l. diffamari. C. de inge. manumi. ¶ Tertiò fallit, vbi eorum, qui ſe creditores aſſerunt, præcedat diffamatio: puta quia dicant, & aſſerant Titium ſuum debitorem in aliquibus iuribus: quo caſu creditoribus ad agendū terminus pōt præfigi ſm̄ Inno. in c. cōquerendū. de offi. ordina. in c. cum olim. de teſtibus. in c. cum ſuper. de conceſsio. præbēn. in c. lator. qui filij ſint legitimi. arguendo de d. l. diffamari. quæ loquitur in cauſa ſtatus, ad cauſam pecuniariam: & in hoc ſtat elegantia verbi Inno. de quo infra dicam poſt fallentias ad regulam, an in criminalibus quis cogatur accuſare; & ibi ponam

ibi ponam plura elegantia dicta ad materiam dictæ l. diffamari. ¶ Quartò fallit, vbi quis comminatur ſe poſſe per querelam infringere teſtamentum. nam tunc fauore vltimæ voluntatis, ne eius validitas ſtet in dubio, poteſt per iudicem præfigi terminus ad querelam præparatoriam. tex. eſt notabilis ſecundum lecturam Bar. in l. Papinianus. §. ſi quis poſt. ff. de inoff. teſtamen. ¶ Quintò fallit in vno ex creditoribus diſtrahente rem pignoratam: quo caſu, ne validitas diſtractionis ſtet in ſuſpenſo, poteſt ad illius petitionem iudex præfigere terminum alijs creditoribus, infra quem doceant de iure ſuo impediendi diſtractionem. caſus eſt in l. ſi eo tempore. C. de diſtract. pigno. ¶ Sextò fallit, quando quis haberet exceptionem aduerſus agentem, prouenientem ſine culpa agentis: tunc ad excludendam talem exceptionem, iudex volenti excipere poteſt ſtatuere terminum ad agendum contra tertium, caſum, & exẽplum habes in c. frequens. §. ſolet. de reſtitutione ſpol. lib. 6. vbi ſi conuentus à ſuis creditoribus pro vitanda actione excipiat, quod fuit ſpoliatus bonis ſuis à tertio, poteſt iudex excipienti de ſpolio præfigere terminum, infra quem agat contra ſpoliantem: quo caſu vlterius de ſpoliatione non audietur. & has notabiles fallentias ponit Roman. in d. l. 2. colu. 29. & ſequenti.

9 ¶ Ex quibus habes ſex caſus, in quibus quis cogitur agere. Tu adde decem & ſeptem alios caſus, quos ponit Ioan. And. poſt Hoſt. in d. c. frequens. quorum aliquos ponit glo. in d. l. 1. C. vt nemo inuitus. Primus eſt in tutoribus, & curatoribus, quibus periculũ imminet, ſi non agant. l. nomina. C. arbi. tutelæ. l. debitoribus. ff. de admini. tutorum. Secũdus in negociorum geſtoribus, ſi ſunt cognati abſentis, & facile ſit eis ſatiſdare, dñm ratum habiturum. l. ſi autem. ff. de neg. geſt. Tertius in procuratoribus, vt in l. procurator. & d. l. à procuratore. C. mandati. Quartus in adminiſtratore ciuitatis. l. fi. §. penulti. ff. de admini. rerum ad ciui. pertin. Quintus in hærede, qui, cum habeat neceſſe vindicare necem defuncti, cogitur interfectores accuſare, l. 1. C. de his quibus vt indignis. Sextus in eo, qui litem conteſtatus fuerit, vel libellum obtulerit in Aut. de litigioſis. §. omnem. colla. 9. & licèt Ioan. And. non dicat hoc. tenet glo. in d. l. 1. C. vt nemo inuitus. per Auth. qui ſemel. C. quomodo & qñ. Septimus in vẽditore, qui excipit ab emptore habitationem domus, vt. ſ. inquilino liceat habitare. ſi enim inquilinus damnum dederit, cogitur cõtra illum agere, & emptori reddere quod fuerit conſecutus. l. Iulianus. §. penulti. ff. de actio. empti. Octauus in magiſtro nauis, qui inſolidum reddit vectoribus, & non

detracto dãno proportionabiliter, cogitur agere.l.2.ff.ad leg.Rhod. de iac. Nonus ad inſtantiam coloni cogitur dominus agere contra il lum, qui meſſem ſurripuit. l.cum plures.§.meſſem.ff.loca. Decimus in caſu l.2.§.ſi quis in ſuo.ver.Idem Nerua ſcribit.ff.ne quid in loco publico. Vndecimus in l.ſi ſit legatum.§.ſi.ff.de leg.1. Duodecimus in caſu.c.ſignificauit.de offi.ordin. Decimuſtertius in matre, quæ neceſſe habet petere tutorem filio.l.matres.& l.cum à matribus.C.qui pe.tuto. Decimuſquartus in appellatore.c.oblatæ.de appel. vt ſupra dictum eſt. Decimuſquintus in impediente matrimonium.cap.cum inhibitio.de clande.deſpon. Decimuſſextus in nunciante nouũ opus. c.ſi.de operis nouis nuncia. Decimuſſeptimus, quando actor malitioſè tardat reum conuenire, quem conuenire intendit, cum fuerit paratus ad receſſum, & pedem in ſtaffa habuerit, vt ſic facilius ſe redimat.argumen.c.nouum.ſupra de reſcrip. hoc enim præcaueri debet.c.1.de ſeruis non ordi.exemplum ponit glo.in l.1.C.vt nemo inuj.in ſcholare Bononien. ſtatim receſſuro de ſtudio, quem Bonon. differt conuenire, quando fuerit ad receſſum paratus.nam ad inſtantiam ſcholaris iudex iſto caſu aſsignabit creditori terminum, infra quem agat, & poſt illum non audiet, argumen.d.c.frequens. & d.l. diffamari.c.licèt.de probatio.c.legitima.de appella.in 6.l.ſi eo tempore.C.de diſtractio.pigno.l.mancipiorum.ff.de optio.lega.l.1.ff.de cura.bo.dan.l.ſi ſeruus.ff.de bono.aucto.iudi.poſsi.l.3.§.cauſæ.ff.de carbo.edic. ¶ Secundò verò caſu, cum loquimur in criminalibus, concludo ſimiliter, quòd regulariter quis non cogitur agere, vel accuſare, nec propter hoc terminus à iure ſtatutus reſtringi poteſt.l.1.C.vt nemo inui. ¶ Fallit primò, vbi præcedit diffamatio eius, qui terminũ inſtat præfigi ad accuſandum, vel cauſam ſtatus inſtituendi.l.ſi ea.C.qui accu.non poſſunt.l.Titia.ff.de accu.c.accuſator.qui filij ſint legi.c.licèt in beato.ſupra de accu.& eſt ratio, quia diffamare eſt ad iudicium diffamatum tacitè prouocare, d.l.diffamari, & ibi Bal. in 2. col. ¶ Secundò fallit in crimine homicidij, in quo iudex poteſt cogere aliquẽ ad accuſandum ſecundùm Bar.notanter in l.in cum.ff.de accu. Contrariam tamen tenuit ibi Rapha. Cuma. & videtur etiam tenere glo. Cy. Bal. Salice. & Ange.in l.ſi quis homicidij.C.de accu. Pro concordia ſolet dici, quòd iure actionis non cogitur quis accuſare de homicidio, ſed iudex ex officio bene poteſt agere, de quo latius per Aretin. in tractatu maleficiorum in ver. Necnon ad querelam. col. 24. & ſequenti. ¶ Vltimò fallit in hærede, qui cogitur necem defuncti vin-

dicare

dicare.l.1.C.de his,qui.vt indignis. ¶ Viſo an quis cogat agere,videndum eſt,an cogatur † quis ſe defendere. Hoſt.& Ioan. And.in d.c.frequens dicunt,q non,ſed prouidetur actori per punitionem contumacie & caute. quoniam.vt lite non conteſt. ¶ Fallit primo in procuratore actoris,qui cauit de defendendo dominum.l.ſed hic.§.fi.ff.de procura. ¶ Secundo fallit in procuratore rei,pro quo communicauit,de quo per glo.in Clem.1.de procura. ¶ Adde etiam ad prædicta bene facere quod not.Bal.in l.3.C.qui bo.cedere poſſunt. vbi per illum tex. colligit,q vbi quis timet grauari pro debito,vel facto alterius,poteſt implorare officium iudicis,vt ante factum inhibeat,& ſilentium imponat;quod dicit alibi non reperiſſe.facit etiã quod no.Ang.in l.vix certis.ff.de iudi.dicens,quod tutor,curator,vel quicunque adminiſtrauit negotia aliena,poteſt adire iudicem,vt compellat illum,cuius negocia geſsit,videre,& recipere rationem adminiſtrationis ſuæ. quod eſt bene notandum. Et adde etiam,q omnis ille,cui competit exceptio,poteſt implorare officium iudicis,vt declaret ſibi exceptionem competere,glo.eſt,& ibi notant Doct.in l.ſi commendat.ff.de fideiuſſo.de quo per Rom.3.in conſi.412.& per Aretin.Inſti.de except.in glo.rubricæ.colu.48. ¶ An autem ille † cui eſt præfixus terminus,de quo ſupra,audiatur veniens poſt terminum?glo.in cap.cum in tua.qui ma. accuſa. poſſunt. tenet quod ſic,ſi res eſt integra,alias non:& rem non integram eſſe intelligit ibi Ab.qñ reus iam fecit præparamẽta,quæ ſine ſuo damno differre nõ poteſt,ar.c.in cauſa.de elect. Iaco.vero de Are.& Cyn.in l.ſi ea.C.qui accu.non poſs.dicunt,q ſi rei non intereſt,audietur:alias ſecus;quia tunc poſt terminum non poterit moram purgare,argumen.l.ſi ita quis.§.ea lege.ff.de verbo.obliga.Sed Bar.in l.mancipiorum.ff.de opti.lega.dicit,q non auditur,niſi ſeruata forma cap.paſtoralis.de excep.Bal.autem in d.l.diffam ari.& Saly.in d.l.ſi ea.& Ange.in d.l.Papinianus.§.ſi quis poſt.ff.de inoffi.teſt.Ang.& Io.de Imo.in l.quãdiu.ff.de acquir.hære.dicunt,q immo ſemper auditur poſt terminum,ſiue ſit aſsignatus ad agendum,ſiue ad accuſandum,ſiue ad teſtes inducendum,ſiue ad proponendum exceptiones,ſiue ad probandum,vel aliud faciẽdum,donec facta fuerit declaratoria,illum,cui terminus erat præfixus,fuiſſe contumacem;& non eſſe audiendum,& impoſitum ſibi fuerit ſilentium.alleg.Inno.in d.c.cum in tua.Adde bene facere,quod voluit Pau.de Caſt.in conſi.31.dicens,q nõ obſtante ſtatuto diſponente bannitum poſt terminum haberi pro

confeſſo, & non audiendum, debet audiri ante talem declaratoriam ſecutam. & bene facit quod voluit Pet. de Ancha. in c. ad apoſtolicæ. 11
de re iudica. in 6. dicens, ꝙ ante talem declaratoriam ſubditi non poſſunt negare obedientiam dño, vel prælato; & ideò cautus aduocatus termino lapſo debet procurare, ꝙ talis interlocutoria feratur. Immò melior eſt cautela, ꝙ iudex in aſsignatione termini apponat illa verba [ꝙ ſi infra dictum terminum non comparuerit, ex nunc, prout ex tunc pronunciat illum amplius non audiendum, & ſibi ſilentium imponit] ſecundũ Ang. ſingulariter in d. l. quamdiu. allegat Inno. in c. lator. qui fil. ſint legitimi. Sed Bald. in Auth. ad hæc. in penul. q. verſ. Quæritur ſi ego diffamo aliquem, voluit contrarium, dicens, ꝙ etiam ſi iudex à principio fuerit cõminatus, & interlocutus, ꝙ vltra terminum non audietur, nihilominus erit audiendus; quia poſt iudicis terminũ mora purgari poteſt. Secus ſi poſt terminũ legis; quia à lege ſtatuitur terminus per modũ præſcriptionis. alle. Inno. in d. c. cum in tua. Secus, dicit Bald. eſſe, quando elapſo termino ſtatuto à iudice, iudex interloquitur illum non audiendum: quia tunc non habet locũ purgatio moræ, cum ſententia tunc ſit lata præcedente cauſa. allegat l. Titia. ff. d' accu. & d. l. diffamari. Io. de Imo. in d. l. quãdiu. dicit Inno. in d. c. lator. non dicere id, ad quod eum allegat Ang. immo tempore Inn. in d. c. cum in tua. tenet contrarium. Roma. in d. l. quamdiu. per bonas rationes reprobat Ange. licèt dicat, ꝙ cum ſibi hæc quæſtio accidiſſet de facto, non potuit tantum clamare, quin iudex tulerit ſententiam ſecundùm ſententiã Ange. de quo articulo, ſcilicet an veniẽs poſt terminum ſit audiẽdus, plenè tractant Io. de Imo. & Roma. in d. l. quamdiu. diſtinguendo, ꝙ aliqñ terminus ſtatuitur ad accuſandũ, interdum ad agendũ, interdum ad probandũ, interdum ad producendum, interdum ad excipiendum, interdũ ad eligendum, interdũ ad adeundum hæreditatem, interdum ad acceptandũ collationẽ beneficij, interdum ad oſtendendum titulum, vel diſpenſationẽ, vt ibi per
12 eos, ad quos me remitto. Vnum tamen perpetuò notabis, ꝙ † interlocutoriam, & ſilentij impoſitionem iudex non põt ferre, niſi bis admonuerit illum, cui terminũ aſsignauit, ꝙ infra terminũ agat, vel ſaltem bis terminum aſsignauerit. ita Ange. per glo. ſingularem ibi in Auth. de hæredi. & falci. in §. ſiquis verò non implens. colla. prima. qđ etiam voluit Ang. per tex. ibi in. §. ſiquis autem. in Auth. de eccle. titu. colla. nona. & Aret. Inſtitu. de excep. in glo. rub. col. 32. & dñs Alex. in conſ. 110. incipiente, Viſo themate, & diligenter cõſideratis. ¶ Du-

13 bium tamen eſt, nunquid talis † terminus ad agendũ poſsit aſsignari cauſa non cognita. Dy. in d. reg. indultum. li. 6. tenet, ꝙ ſic. Bart. in d. l. Titia. in fi. ff. de accuſa. tenet contrariũ, dicens, ꝙ aliàs pōt appellari, vnde ſecundũ ipſum prius debet cognoſci de cauſa; puta, an ſcholaris ſit de proximò receſſurus. Item an ille vadat diffamando, ad quod
14 † probandum ſatis eſt probare, ꝙ iſtam vociferationem fecerit corã paucis. l. item apud. §. ex his. ff. de iniurijs. vel etiã iudice exiſtente, et in non figura iudicij ſecundùm Bal. in d. l. diffamari. in princ. Abb. in d. c. cum in tua. concordat Dy. cum Bart. hoc modo, ꝙ vbi à iure mãdatur præfigi terminũ, vt in caſu dicti. c. non requiratur cauſæ cognitio, & ſic procedat opi. Dy. vbi verò terminus præfigitur contra regulam iuris, puta nolenti agere, tunc neceſſaria ſit cauſæ cognitio, & ita procedat opi. Bart. quem ſequitur dñs Alex. in d. conſ. 110. in fi. in eo tamen, quod inquit Bart. ꝙ aliter poſsit appellari. & ſic ſentit, ꝙ niſi per appellationem pars poſsit releuari, dicit Abb. vbi ſupra, hoc procedere, qñ in iudicio præfigit terminũ; quia actus iudiciales tranſeunt in rem iudicatam, niſi appelletur, c. cum inter. de re iudica. et ſi ſit interlocutoria. c. dilec. in fi. de elec. ſed in extraiudicialibus, ſi ſine cauſæ cognitione præfigit terminum, etiam citra appellationẽ, pars releuatur; & debet audiri; quia grauamina illata extra iudicium non tranſeunt in rem iudicatam. c. legitima. de appella. in ſexto. ¶ Verùm quia ſupra ſæpe facta eſt mentio de d. l. diffamari. cuius remediũ frequenter in practica, & in vſu eſt, volo plura notes pertinẽtia quo-
15 tidiana, & primò formam † petitionis, vel libelli, quæ talis erat, ꝙ diffamatus petat à iudice certum terminũ diffamanti præfigi, infra quẽ agere, vel accuſare debeat, ſi quod iuris habet, vel delictum aliquod prætendat diffamatũ commiſiſſe, cum de hoc vadat illum diffamãdo, & eo non agente, vel accuſante infra terminũ, petet diffamatus à iudice pronunciari, vt de cætero non audiatur, immo petet à iudice per ipſum, & eius officium, quod implorat, imponi perpetuum ſilentium ſecundũ Saly. tradentem hanc formam in d. l. diffamari. & de impoſitione perpetui ſilentij facit quod habetur in tex. & ibi Bal. in l. fin. C. ne lic. poten. per glo. & Bart. in l. Aurelius. §. ſi centum. ff. de lib. lega. ¶ Aduerte tamen, ꝙ in libello non pōt peti, ꝙ per iudicem alicui inhibeatur, ꝙ non agat, vel non petat; quia actio negatoria non competit in talibus perſonalibus actionibus, ſed in realibus, l. egi. & l. harum. ff. ſi ſerui. ven. & ita Rota Romana in antiquis deciſionibus ſub rub. de
16 dilationibus, quæ incipit. Nota qualiter diconti. ¶ Item nota, ꝙ † di-

cta l.diffamari.habet etiam locū in diffamatione ciuili: & ſic ibi non agitur cauſa ſtatus, ſed rei temporalis.ita pulchrè Inno.in c.conquērente.de offi.ordina.quem ſequitur Rom.in l.2.ff.de re iudica.col.29. & dominus Anto.in dicto c.conquerēte.colum.7.verſ.Ad ſecundum. & Rota Romana,vbi ſupra.Rom.in conſ.83.dicens poſt Spe. titu.de emp.& ven.§.nunc dicēdū.ver. Vltimò no.cum ſequentibus. ꝙ cōtra illum, qui mandat,ne rem talem emā,datur mihi remedium,vt ei per iudicem ſtatuatur terminus,infra quem agat ꝓ ſupradicta. ſubdit ēt, vbi ſupra Specū.tali,qui diffamatur, in iure ſuo competere actionem de dolo,quod inquit Rom. in d. conſilio fore bene notandū ad deciſionem. q. quā indeciſam relinquit Bald.in l.de pupillo.§.ſi quis.ff.de ope.no.nuncia. Bal.verò notanter in ſua margarita in verbo,ſilentiū. in prima.q.dicit,ꝙ talis termini aſsignatio,& ſilentij impoſitio nō fit ſilenti, ſed vexanti;& ideò ſi debitor nihil dicit, ceſſat aſsignatio termini, & impoſitio ſilentij.ſi verò diffamat,tunc ſiquidem de cauſa ſtatus,procedit d.l.diffamari.ſi de crimine,tunc ſi in iudicio, aſsignatur terminus ad agendum.d.l.ſi ea.& d.l.Titia.& d.c.licèt in beato.Si extra iudicium, & extra faciem iudicis, tunc officium mercenarium non pertinet ad iudicē, ſed diffamans tenetur actione iniuriarū l. lex Cor.§.fi.ff. de iniur.& nulla lege cauetur, ꝙ hoc ſit crimen fal.immo lex ei remittit pœnam Turpiliani.l.quæſitum.ff.ad Turpil.vbi tamen oritur controuerſia poſſeſsionis ex talibus verbis diffamatorijs, tunc agi pōt. ff. de liberat.lega.l.Aurelius.§.centum.in glo.verba ſunt elegantia Bal.in d.ſua margarita. Ex quibus colligo intelligentiam,quādo ſit fienda termini aſsignatio, & ſilentij impoſitio. Item ꝙ ex tali diffamatione ēt agi poteſt iniuriarum. Tertiò,ꝙ etiam pro cauſa ciuili termini aſsignatio fieri pōt,de quo ſupra dixi. Et quia dixit Bald. ꝙ ſilenti,& nō vexanti non pōt aſsignari terminus,nec imponi ſilentium, dubitari pōt.quid ſiquis per interpoſitam perſonā faciat ſe ſuper aliqua re, vel iure diffamari: an virtute talis diffamationis poſsit aſsignari diffamato terminus,cū quo fundari pōt iudicium, vt ēt poſſit quoſcunq; alios citari facere, de quibus ſuſpicatur,ſi nolunt contradicere.argumen.Auth.ſi omnes.C.ſi vt ſe ab hæredi.abſti.Bal.notanter,& in terminis in Auth.ſi quis ab aliquo.col.3.ver. Aduerte.C. de teſti.tenet, ꝙ ſic, per d.Auth.ſi omnes.& per no.in l.at qui natu.§. cum abſente.ff. de neg.ge.& Bal. ſequitur ibidem Saly.ſubdens hanc eſſe cautelam, qua quis pōt quoſcunq; prætendentes intereſſe citari facere,ſubmittendo aliquā perſonam,quæ illum vadat diffamādo ſu-

per illa

17 per illa re vel iure. ¶ Item nota, q d. l. diffamari. † & alia iura probantia terminum poſſe ſtatui alicui, infra quem agat, & poſt quē nō audiatur, procedunt nedū in illo, qui poteſt agere directò, ſed etiā in eo, qui non directò, ſed per quoddam obliquum, inducendo litē contra vnum per modū contradictionis, ſi ius ſuum in iudiciū deducere vult. tex. eſt ſingula. quem Ang. ibi dicit neſcire alibi, in l. ſi quis libertatem. §. nam cum quidam. ver. planè. ff. de petitio. hæredi. vbi ēt dicit Ange. eſſe tex. q ille, cui aſsignatur terminus ad agendum, debet litē conteſtari. nec ei ſufficit libellum porrigere. Plus dicit ibi Ang. q licèt regulariter ſup exceptione nō ſit lis conteſtanda, l. ſi ſuſpecta. vbi no. ff. de inoffi. teſtamen. tamen ſuper exceptione, quæ opponitur in modū contradictionis, & actionis, debet lis conteſtari. hinc eſt, q qui obijcit contra prælatum, ne confirmetur, debet ſuper tali exceptione litem conteſtari, quia ſapit naturam actionis. alle. Inn. in c. bonæ. vel

18 in c. quia propter. de electio. ¶ An † autem qn̄ agitur remedio d. l. diffamari. poſsint teſtes recipi lite non conte. Dn̄s Anto. in c. cū olim.

19 de teſti. in ver. Tertius intellectus. ſenſit q ſic. Aduerte † ēt, q per remedium in d. l. diffamari. poteſt etiam excommunicatus compelli agere ſecundùm Inno. & dominū Anto. in c. exceptionē. de excep. in 4. col. aliàs enim, quod eſt ſtatutū in odium excōicati, reſultaret in eius fauorem contra reg. quod ob gratiam. lib. 6. & idem ſequitur Ioan. de Imo. in c. ſignificauerunt. col. 3. eodem titu. & ita tenendum, quicquid dixerit Abb. in d. c. exceptionem. in fi. ſentiens contrarium, allegando duas glo. vnam in c. quæren. aliam in c. alieni. 2. q. 7. Sed certè illæ glo. dicunt, q etiam reo volēte, iudex non debet infamem admittere ad agendum: ergo nec excōmunicatū, cum ſit publica vtilitas, q excludatur, c. pia. de excep. lib. 6. Hinc eſt, q iudex tales repellit, qui voluntariè egerunt: ſed in caſu d. l. diffamari. talis actio non eſt voluntaria, ſed coacta, igitur & c. Et facit quia aliud eſt reum conſentire, q actor excōmunicatus agat, vt loquuntur d. glo. Aliud, q reus poſsit cogere actorem excōicatum ad agendum, vt in q. ¶ Quis aūt

20 erit iudex † competens, vbi agitur remedio dictæ l. diffamari. Abbas in c. ſi quis contra clericū. in princ. de fo. comp. & dn̄s Anto. in c. ſi clericus laycum. in fi. eodē titu. & in c. Quintauallis. ver. Venio ad quartum. de iureiuran. concludunt, q iudex ipſius diffamati erit iudex cōpetens, & ad hoc allegant Fede. de Senis. facit quod notat Bart. in l. ſi ſocietatē. §. arbitrorum. ff. pro ſocio. & Ange. poſt Bart. in l. cum hi. §. tranſactione. ff. de tranſ. vbi bo. tex. & Bal. in c. ſin autem. de reſcrip.

& Abbas in c.ex parte. 2.de reſti.ſpolia.in 1. col.& in c. q̃m frequen-
ter. in principio, vt lite non conteſta. per Peruſinum præceptorē meū
in rub.de appel.Roma.in conſ.412.incipiente. Pro habenda ſubſtan
21 tia veritatis. in principio. ¶ Quid aūt † ſi ille, cui competit exceptio;
vel qui intentat remedium d.l.diffamari. habeat plures iudices, inter
quos ſit locus preoccupationi, an ex eo, q̃ intentauit remediū d. l. co
ram vno, dicatur præuenta iuriſdictio illius iudicis? qđ eſt difficilis ſa-
tis, & pendet ab illa, ſcilicet cuius ſit electio, ſi reus habeat plures iu-
dices, an actoris, vel ipſius rei. in qua ſolet diſtingui, an hos plures
iudices habeat iure cōmuni, vel ſpeciali priuilegio, de quo per glo.in
l.fin.C.vbi in rem actio.in l.2.§.planè.ff.de iudi.in Auth.habita. C.ne
fil.pro pa.& in §.penul.in 1.conſtitutione Digeſt.in c.dilec.in c.cum
ſit generale.in c.ſanè. & c.fi.de foro compe.plenè per Io. An.in c.re-
ferentem diſputatione Iaco. de Bel.in c. 1. de priuile.in 6.in nouella.
& in caſu, quo electio eſt ipſius rei, q.non videtur habere dubium, q̃n
per actum legitimæ citationis ſit præoccupata iuriſdictio: in caſu ve-
rò, quo electio daretur actori, maius eſt dubium, & audio quoſdam
moder. in c. propoſuiſti. de foro compe.tenere, q̃ non.cuius contra-
rium ſenſit Roma.in d.conſ.412.Ego impræſentiarū aliter non deter
22 mino quæſtionē, ſed bene cogita. ¶ Septimò quæro, an † terminum
ſtatutum à ſe iudex poſsit moderari? reperio varias opiniones. Prima
fuit Rotæ Romanæ deciſione 384. in antiquis poſita, ſub rub.de ap-
pellat.quæ incipit. Nota verum iudex. vbi arguit iudicem non poſſe
terminum à ſe ſtatutū ad proſequendā appellationem prorogare; q̃a
officio ſuo functus eſt, præſertim ſi intereſt appellati terminum non
prorogari.contrariū tamen dicit fuiſſe determinatum, ſed loquitur in
caſu, in quo non erat pars appellata, quia iudex ex officio ſuo proceſ
ſerat, & ſic Rota non bene ſe firmat. ¶ Secunda fuit opinio Abba. in
c.ſæpe.de appellà.tenentis, q̃ non, per glo.ibi in verbo, peremptoriè.
quæ dicit iudicem tunc demum poſſe facere gratiam cōtumaci, & eū
expectare in diem ſequentem per. c. conſuluit. de officio delega. vel
prorogare ſibi terminum, niſi ſit quæſitū ius parti, puta ſi per non cō-
paritionem in termino habetur pro confeſso, vel appellatio pro de-
ſerta. ¶ Tertia fuit opinio Rom. in l.2.de re iudi.col.31.qui allegat
Bald.in l.1.C.quō & qū iudex.col.3.ver.Modò hic vlterius quæro. &
Rotam Roma.in deciſione 207. quam ego in eis non reperio. Et cō-
cludit Roma. q̃ ſi terminus eſt præfixus per eum ſine partiū expreſſo
conſenſu, q̃ cā cognita nihilominus poſsit prorogare, quia licèt iudex

interlo-

interlocutoriam, quæ ſecum trahit executionem (vt eſt termini præfixio) ſine cauſæ cognitione reuocare non poſsit. Secus tamen eſt, adhibita cauſæ cognitione. glo. eſt ordinaria i l. 1. in fi. ff. de præto. ſtipu. quam ibi cõmendat Bar. & Cardi. illam limitans in c. perpendimus. de ſenten. excommu. col. 27. Ex quo inferri pôt notabiliter, tex. in d. c. conſuluit. volentem iudicem poſſe contumacẽ expectare in diem ſequentem, ſi periculum non eſt in mora, vt ibi, & l. & poſt edictum. ſecundùm vnam lecturã. ff. de iudi. debere intelligi, modò cum aliquali cauſæ cognitione hoc faciat, per d. l. 1. in fin. iuncta glo. & ſic aduerſario citato, vel præſente, vt pulchrè inquit Bal. in d. l. 1. C. quõ & quãdo col. fi. dicens, ꝙ ſicut in danda dilatione requiritur cauſæ cognitio, ſic in illa alteranda. Ibi etiam Bal. aliqua ponit de intellectu d. c. conſuluit. quem vide. & de iſta cauſæ cognitione latius dicam in quarto articulo principali. Etſi dicas, ex quo iudex functus eſt officio ſuo, quomodo poteſt terminum prorogare? reſpondeo, quòd in interlocutorijs non habet locum prædicta ratio l. quod iuſsit. ff. de re iudicata. cap. ſi à iudice. de appellationibus. in 6. c. cum ceſſante. de appellationibus. & ſic tollitur argumentum Rotæ, de quo ſupra. ¶ Aut terminus fuit ſtatutus cum partium conſenſu expreſſo: & tunc inuita altera parte, cui eſt ius quæſitum, prorogari non poteſt, vt tenet Innocen. in c. ſuper eo. il 2. de appella. quem ſequitur Specula. de ſenten. §. nunc videndum. & Bald. in d. l. 1. dicens, quòd quidam magnus doctor Vltramontanus ita dicebat, & proculdubio benedicit, ſi pars acceptauit terminum: ſed ſi contradixerit propter termini breuitatem, tunc ex æquitate poterit prorogare. ¶ Prædictis accedat quod voluit Bal. in l. 1. C. ſenten. reſcin. dicens, quòd ſi de conſenſu partium per delegantem ſtatutus eſt terminus delegato ad cauſam expediendam, non poterit terminus prorogari, ne tollatur ius quæſitum alij ex præfixione termini. & Bal. ſequitur Roma. in d. col. 31. Et hoc verum intellige, niſi aliud de nouo emerſerit, propter quod pars infra terminum non potuerit docere. nam tunc iuſtum eſt, quòd ſibi ſuccurratur per prorogationem, l. de ætate. §. ex cauſa. ff. de interroga. actio. c. cæteros. de iuramen. calum. Simile videmus, quòd ex cauſa terminus anni prorogatur, & datur biennium ad proſecutionẽ appellationis. Aut. ei qui. C. de tempo. ap. c. ex ratione. ſupra de app. Comprobatur, quia iudex (maximè in arbitrarijs) debet habere æquitate ante oculos. l. quod ſi Epheſi. ff. de eo quod certo lo. facit c. fi. de tranſactio. plus voluit Roman. in d. col. 31. quòd ſi contradicenti parti non

ti non infertur aliud præiudicium præter hoc, quòd tardius cauſa expedietur, iudex cauſa cognita poterit ad alterius inſtantiam proroгare. argu. l. mancipiorum. ff. de optio. leg. c. ſi tibi abſenti. de præben. in 6. ſic reſidet Roma. Tu ſequere eandem ſententiam, & dicas non obſt. argumentum Abb. quia glo. in d. c. ſæpe. procedit, quando ſine cauſa vellet prorogare. ſecus ſi cum cauſa. nam ſi hoc poteſt in termino iuris, ſeu dilatione legali, vt per glo. in cap. cum ſit. l. 2. ff. de re iudica. & ſupra dixi, fortius id poterit in dilatione hominis, in qua iudex habet maiorem iuriſdictionem. cap. 1. de dilatio. ¶ Non etiam ob. ꝙ cõmuni conſenſu partium dilatio fuerit aſsignata, quia hoc nõ obſtante, iuſta exiſtente cauſa, etiam altera parte inuita, iudex poterit prorogare. & ita tenet Bal. referens Inno. in l. 1. in fi. C. ſenten. reſcin. non poſſe. facit quod de termino octo dierum aſsignato ad probandum excommunicationem in cap. pia. de except. lib. 6. vt poſsit ex cauſa prorogari, voluit Archid. & Ioan. And. in d. c. pia. & Spec. de dila. §. 1. ver. Et nota. ¶ Non etiam ob. quòd iudex non poſsit tollere ius quæſitum parti, vt dicit glo. in d. c. ſępe. quia procederet, vbi terminus foret decurſus, & lapſus: ſed ante lapſum termini non poteſt dici ius parti quæſitum, l. inſulam. ff. de verbo. ſignifica. c. commiſſa. de elect. in 6. tota enim dilatio cedere debet, & donec momentum dilationis ſupereſt, quis non poteſt dici contumax, inquit Bal. in l. 1. C. quomodo & quando. ver. Quæro hic vlterius. per l. lecta. ff. ſi cer. pet. & nota. in §. omnis. Inſti. de verbo. oblig. quia omnis contumacia terminatur ad primum. l. cum ſtipulatus ſim mihi à Proculo. ff. de verb. oblig. ¶ Et ſi dicas, illa iura loquuntur in termino iuris, ſicut eſt in termino hominis, in quo etiam ante lapſum termini quis incidit in pœnam, quando eſt certum, ꝙ infra terminum nõ poteſt implere. Reſpondet præceptor meus Peruſinus in d. c. ſępe. col. 12. ꝙ quando pœna debetur ex prouiſione legis, etiam ſi terminus ſit appoſitus ab homine, & ſit certum, ꝙ infra terminum adimpleri non poteſt, cum ante lapſum termini non poſsit dici parti ius quæſitum, & prorogatio impediat pœnam cõmitti, vt not. Bar. in d. l. cũ ſtipulatus. in illa q. an per prorogationem termini euitetur periurium, ſequitur iudicẽ poſſe prorogare. Et ita dicit indubitanter tenen. quicquid ibi dixerit gl. & Abbas, contra quem etiam tenet idem præceptor meus in d. c. perſonas. col. pen. eo. ti. ¶ An autem terminum ſtatutum ab homine, & ſic à iudice à quo ad proſequendam appellationem poſsit iudex ad quem moderari. Dixi ſupra in q. an iudex poſsit diminuere tempus

inſtan-

23 inſtantiæ appellatio. vide ibi. ¶ Octauò quæro, an tempus † anni præfixum à iure ei, contra quem eſt facta miſsio ex primo decreto, ad recuperandum poſſeſsionem, poſsit per iudicem moderari? dic, quod ex cauſa diminui poteſt. tex. eſt ſingularis, & ibi Ang. in l. is à quo fundus. ff. de dam. infe. & eadem ratione ex cauſa poteſt prorogari. tex. eſt ſingularis in c. cum veniſſent. ſupra de eo, qui mittitur in poſſeſs. Et ſi dicas ad illum tex. vt ibi dicit Hoſtien. quòd illa prorogatio ſuſtentabatur ratione conſuetudinis loci. reſpondeo, quod hoc eſt diuinare; quinimmo opinio. Hoſtien. ob. tex. ibi, dum dicit, quod ſecundùm ius tantùm vellet procedere. Et ita reſidet Roma. in d. l. 2. ff. de re iudica. col. 32. & in eadem l. col. 8.

24 ¶ Nonò quæro † Auctoritate ſtatuti iudicis delegantis, vel voluntate partiũ ſtatutus eſt certus terminus ad cauſæ deciſionem. poterít ne hoc caſu iudex dare dilationes legales, quando excederent terminum appoſitum deciſioni cauſæ, vel iudex debeat ipſum moderari ſecundum quantitatem temporis ſibi aſsignati ad cauſam decidendam? quæſtio notabilis eſt, in qua variant doct. ¶ Nam primo loco Bar. in d. l. 2. ff. de re iudi. dixit iudicem debere dilat. reſtringere, vt claudatur infra terminum deciſionis cauſæ: pro quo facit l. 1. C. vt omnes tam ciuiles, quàm criminales. ¶ Secũdò facit ratio, quia aliàs ſtatutum, vel partium cõuentio de facili redderetur eluſoria contra l. ſi prætor. in prin. ff. de iudi. & l. fi. ff. ne quid in loco publ. ¶ Tertiò facit, dilatio arbitri nulla eſt, quæ ſe extẽdit vltra terminũ arbitro præfixum. l. ſi cum dies. §. ſi inter. ff. de arbitris. ¶ Quartò, vbi partes ipſæ ſtatuiſſent talem terminum, ipſis foret imputãdum, quare ita ſe arctauerint, quod beneficio dilationis legalis gaudere nõ poſsint. ar. l. 2. ff. ſi quis cautio. ¶ Quintò videtur tex. in l. 1. C. vt infra certum tempus. Ibi [nec vlla occaſione ad longiora produci tẽpora patimur.] ¶ Sextò iudici, cui datur ſic limitata iuriſdictio, videntur conceſſa ea, ſine quibus iuriſdictio ſic limitata exerceri nõ poteſt, l. 2. ff. de iuriſdict. om. iudi. c. præterea. de offi. delega. ergo poterit dilationes tales reſtringere. ¶ Septimò, hæc opi. confirmatur: quia vbi infra certum terminum cauſa debet terminari, iudex debet negare quartam productionem teſtium, etiam cum ſolemnitate legali petitam, ne terminus ſtatutus deciſioni cauſæ excedatur, vt notanter determinat glo. in verbo, effrenatam. in c. ſignificauerunt. de teſtibus. ¶ Secunda fuit opi. aliorum, diſtinguentium, quod aut dilatio legalis petitur ab actore, & tunc non eſt cõcedenda, quaſi illi ſit imputãdum, quod ita ſe arctauerit. reo verò petenti eſt concedenda, licèt excedat tem-

dat tempus deciſionis cauſæ; quia in reo ceſſat dicta ratio. mouetur ad hoc per l. petendæ. C. de tempo. appella. ſed certè d. l. non facit; quia loquitur in parte petente reſtitu. cui eſt aſsignatus terminus ad petendum, & finiendum coram iudice, qui etiam poſt terminum remanet iudex: quæſtio loquitur in iudice, cuius poteſtas non durat vltra terminum. c. de cauſis. de offi. delega. l. cum non eo die. C. quando prouoca. Præterea ideò in d. l. petendæ. reo datur dilatio, etiam excedens tempora deciſionis, quia illi non poteſt imputari, vt ſupra dixi. Sed in quæſtione, quando tempus fuiſſet aſsignatum de conſenſu partium, bene eſt, ꝙ poſsit ipſi reo imputari: ergo &c. ¶ Tertia fuit opi. Iaco. de Ra. diſtinguētis, ꝙ aut dictum tempus erat aſsignatum ſimpliciter: aut erāt appoſita illa verba, & vlterius non poſsit procedere: Primo caſu datur dilatio legalis, argumen. l. qui procuratorem dat. ff. de procu. Secundo verò caſu dixit diſtinguendū, an poſsit petenti imputari, vel non. Iſta diſtinctio reprobat̄ p̄dicta rōne. ¶ Quarta fuit opin. Pet. & Cyn. in d. l. petendæ. C. ꝙ vbi poteſt imputari petenti, cur tam breue tempus fuerit ſtatutum, non debet concedi dilatio legalis, excedens terminum deciſioni cauſæ appoſitum. Sed vbi nil poteſt imputari, debet haberi ratio dilationis hoc modo; quia debet inſpici, an per lapſum temporis expiret actus, de quo agitur: tunc enim ad nihilum concederetur dilatio, & tunc iudex non procedet vlterius, niſi ꝙ abſoluet reum ab inſtantia iudicij. Aut actus non expirat, ſed alius eſt cogniturus de illo; Exēplum. ſtatutus eſt terminus relatori, infra quem debeat plenè cauſam inſtruere, & ſuperiori deciden. remittere, vel reſeruare: tunc dilatio concedetur, & cognoſcet ille, ad quem cauſa remittitur, qui ex eiſdem actis pōt cognoſcere, & iudicare l. mortuo. ff. de iudi. ¶ Hæc deciſio Pet. & Cy. non placet in totum Roma. in d. l. 2. col. 39. maximè in vltimo membro, qm̄ officiū relatoris eſt cauſam inſtructā ad ſuperiorem remittere. Ita ꝙ coram ipſo ſuperiore nulla alia reſtrictio ſit neceſſaria, l. cum à nobis. C. de dila. l. 1. C. de rela. nota. in c. intimaſti. ſupra de appel. ¶ Secundò in cōtrarium videtur caſus in l. vbi falſi. C. de fal. ibi [ſed ad imitationem relatoris dirimat iudex, cui ſolùm audiendi mandatur officium] ex quo patet, ꝙ cum officium relatoris ſit referre, non pōt relator dilationem ad probandū coram ſuperiore aſsignare; licèt partibus poſſit ſtatuere terminū, infra quem cum proceſſu ſe p̄ntet corā ſuperiore in negocio proceſſuro, vt not. Inn. in c. fin. per illum tex. de accuſa. cui tū obſtare videtur d. l. vbi falſi. ¶ Quinta eſt opi. Inn. in c. ſuper eo,

il 2. de appell. quę ſequitur Spe. titu. de ſententia. §. nunc decidendũ. ver. Illud aũt notandum eſt, ꝙ ſi terminus per delegãtem eſt præfixus de conſenſu partium, iudex altera parte inuita, non poterit terminũ aſsignare, excedentem terminum appoſitum deciſioni cauſæ. nam ex quo conſenſerunt in illo tempore, terminus reputandus, & habendus eſt pro peremptorio, & pro concluſione, argu. l. ſtatu liberum. §. Stichum. ff. de leg. 2. ff. de poſtu. l. ſi imperator. l. actionem. §. tempus. ff. pro ſocio. niſi aliquid nouum, & inopinatum emerſerit, propter quod infra terminum probari non potuit; nam tunc ei eſt ſuccurrendum, probatur ex ſimili de termino proſequen. appellatio. de quo in c. ex ratione. de appell. iuncta l. oratione. ff. de ferijs: vbi verò tale tẽpus eſt datum ad petitionem alterius tantùm, tunc ad petitionem illius petentis dilationem iudex non debet differre ſententiam. Alteri verò parti nõ debet præiudicium fieri, quominus debeat habere ſuas dilationes legales ad probandũ, quas licèt iudex ex cauſa poſsit diminuere, non tamen ita poteſt, quòd ius partis, quæ infra breuem terminum docere non poteſt, tollatur. hoc tamen caſu, pendente dilatione reo conceſſa, poterit impetrator dicti termini etiam ſuas probationes producere, per dictam l. petendæ. ¶ Sexta eſt opinio Ioann. Andr. in additio. de dilatio. in princip. in additio. quæ incipit. Et vide quod ibi notat etiam Bernar. in glo. 1. vbi refert Lamber. de Rampo. diſputaſſe hanc quæſtionem. Et qui in terminis, quãdo à ſtatuto præfigitur terminus breuis, concludit, ꝙ ſi iudex comprehendit, ſeu arbitrator, dandam fore dilationem, quæ excedat terminum deciſioni præfixum, poteſt ex iuſta cauſa. Mouetur primò, quia licèt lex nolit in ciuilibus ad probandum dari niſi binam dilationẽ, l. in pecuniarijs. ff. de ferijs. tamen iudex ex cauſa (puta ſi quid inopinatum euenerit) poteſt aliam dare, d. l. oratione. ¶ Secundò adducit. l. intra vtile. ff. de mino. l. ſi cum ipſe. ff. de excu. tuto. l. fi. in fi. C. de adul. l. in quinquennium. ff. de adulte. l. contra maiores. ff. de inoffic. teſtamen. ex quibus patet, ꝙ ſi per calumniam, & ſubterfugia aduerſarij nõ poteſt ille, cui aſsignatus eſt terminus à iure, actum infra terminum explicare, admittitur poſtea. ¶ Tertiò adducit c. ſignificauerunt. c. motũ. c. vltra tertiam. de teſtamen. §. quia verò. in Auth. de teſti. Auth. qui ſemel. C. de probatio. c. de cauſis. de officio delega. in quibus patet, ꝙ licèt de iure non poſsit in cauſis fieri productio teſtium, vltra trinam tamẽ ex cauſa admittitur quarta. ¶ Quartò adducit l. fi. §. ſin autem. C. de iure delib. vbi licèt hæredi ſit ſtatutum tẽ-

 pus

pus trium menſium ad conficiendum inuentarium: tamen ex cauſa vltra id tēpus admittitur. ¶ Quintò facit, quia probationum materia non eſt coangustanda. l. quoniam. C. de hæreticis. ¶ Sextò, quia videmus ex cauſa plerunque iuris ſolemnia relaxari. l. ſi longius. §. ſi filius. ff. de iudi. nam & ſi facilè nihil ex ſolemnitatibus immutandum ſit, tamen vbi æquitas euidens poſcit, ſubueniendum eſt, inquit Marcellus Iuriſconſultus in d. §. ſi nihil. ff. de reg. iur. l. diuus. in primo reſponſo. ff. de reſti. in integ. ¶ Contra hanc opinionē facit. nam cum iudex non habeat iuriſdictionem, niſi limitatam ad certum tempus, quomodo poteſt dare dilationem excedentem dictum tempus per ſupradicta. ¶ Septimam in hoc paſſu reperio fuiſſe opinionem Roma. in d. l. 2. col. 4 1. dicentis, q̄ vbi tempus eſt ſtatutum à partibus compromittentibus, vel à delegante conſenſu partium, tunc non poteſt arbiter, vel delegatus dare dilationem excedentem. ratio eſt, quia non poteſt arbiter in l. delegantis, etiam expreſsè prorogare terminum ſibi ſtatutum. l. ſi conditio. § ſi inter. ff. de arbi. quæ l. licèt loquatur de arbitro, habet etiam locum in delegato, quia iſti æquiparantur. c. ſi no delegatorum. de offic. de lega. ergo nec poterit tacitè, concedēdo dilationem excedentem metas termini præfixi deciſioni cauſæ. ¶ Secundò hoc videtur expreſſum in d. §. ſi inter. æquiparando delegatum arbitro, vt ſupra dixi. ¶ Tertiò ſi differt iudex prolationem ſententiæ vltra diem, ſententia eſt nulla. l. ſi non eo die. C. quando prouoca. non eſt. ergo danda dilatio ad probandum id, quo etiam probato, ſententia non pōt ferri, & lata eſt nulla. Et hanc ampliat Roma. vbi ſupra, procedere, etiam ſi quid inopinatum emerſerit, propter quod nō poſſit altera partium infra terminum de iure ſuo docere; debuit enim cogitare hoc poſſe euenire. & ſic eſt, quod ei imputetur, argu. l. poſt. ſi quis cautio. ¶ Secundò ampliat procedere etiam, ſi facto delegati, vel arbitri non poſsit infra triennium probare: quia nec tunc poſt terminū poterit cauſa decidi. licèt ſi partes velint, poſsit hoc caſu compelli facere arbitros in ſe nouum compromiſſum ſuſcipere. tex eſt ſingularis in l. ſi quis alia. §. fi. ſecundùm verum intellectum. ff. de arb. quod eſt benè notandum pro limitatione l. 4. §. 1. ff. de arbi. & aliorum iurium dicentium neminem poſſe compelli ſuſcipere arbitrium; quia illud verum, niſi prius ſuſcepiſſet, & fortè tempore extinctum, quo caſu poſſunt cogi iteratò ſuſcipere, per d. tex. bene notandum. Et idē dicas in delegato, cum æquipararetur arbitro, vt ſupra dixi. ¶ Tertiò ampliat procedere, etiam ſi ſteterit per partes, quominus cauſa fuerit

rit expedita infra terminum, ſi quo caſu ſententia poſt terminum non valet [illegible]. Vbi verò terminus talis præfigitur à lege, tunc ſi præfigitur inſtantiæ principalis cauſæ, non poteſt dilatio excedens metam deciſionis cauſæ ſtatui, quia nec expreſſè poſſet prorogari. l. fi. C. vt infra cer. tem. Ibi [ob longiorem occaſionem] &c. Et eſt ratio, quia tale tempus inſtantiæ, vt præfixum à ſtatuto accipit naturam inſtantiæ iuris, & in eius locum ſubrogatum [illegible] C. de tempo. in integrum reſtit. facit cap. [illegible] vt lite pendente. l. in contractibus. C. de non numer. pecu. Sed ſi talis terminus præfigitur inſtantiæ appellationis, quia eſt prorogabilis, vt ſupra plenè dixi, valebit talis dilatio excedens, quaſi tacitè cenſeatur facta prorogatio. Iſta opinio Ro manu incidit in illam difficultatem, an iuriſdictio delegati de tempore ad tempus ſit prorogabilis, [illegible] de quo in c. penultimo. & glo. de offi. de lega. [illegible] eodem titu. ¶ Et ad de prædictis quæ [illegible] in d. c. de cauſis, in [illegible] loquitur d. l. patet dic procedere, quando terminus præfigitur partibus ad aliquid probandum. nam tunc graue eſſet, vt pars, quæ non fuit in mora, puniretur. Sed vbi terminus præfigitur iudici (quia tunc partibus nullum præiudicium generatur, ſi ab eo ad ſuperiorem iuriſdictio deuoluitur) terminus tunc non prorogabitur, quod eſt notandum. ¶ An autem
26 ſi per cauillationes & ſubterfugia aduerſarij fiat, quominus cauſa infra terminum finiatur, an agens aduerſus talem lapſum reſtituatur? duæ fuerunt principales opiniones. Prima fuit glo. in § hoc quoque. in Auth. vt ſponſa lar. colla. nona. & in Auth. Item ſi appellationem. C. de tempo. ordin. in l. intra vtile. in ver. ætatem. ff. de mino. tenentis tale tempus currere ipſo iure, nec dari reſtitutionem; quia ſi non poteſt expreſſo conſenſu partium prorogari. d. l. properandum. in princi. & ſupra plenè dictum eſt in ſecundo art. principali: multò minus poterit conſenſu vnius partis reſultante tacitè ex eiuſdem ſubterfugijs, & cauillationibus. Et hanc opinionem, quam communiter approbant Bart. Bal. Ange. & Legiſtæ, corroborat Roma. in conſilio ſuo. 220. incipiente. Circa primum conſultationis articulum. & in d. l. 2. [illegible] quatuor bus rationibus. Prima, quia vbi actio de dolo competit, ceſſat reſtitutio. l. 1. § idem Pomponius. & l. 2. ff. de dolo. Sed contra eum, cuius ſubterfugijs, & cauillationibus tempus inſtantiæ eſt decurſum, competit actio de dolo, l. arbitrum. §. dolo. ff. de dolo. ergo &c. Huic tamen argumen. poſſet reſponderi. d. § dolo. ſiue opinio. glo. ibi procedere in dolo tertij dantis cauſam lapſui temporis, non autem in dolo. alterius

terius ex litigantibus, vel loquitur quæſtio noſtra. ¶ Secunda ratio. mouetur Roma. quia ſpeciale eſt in minore, vt aduerſus lapſum inſtā tiæ reſtituatur, d. l. properandum. in fi. ergo contrarium erit in alijs. l. ius ſingulare. ff. de legi. Poſſet etiam huic argumen. dici, d. l. properandum. in fi. ponere caſum ſpecialem, quando dolo, vel negligentia tutoris tempus eſt diuerſum. quæſtio loquitur, quādo dolo aduerſarij. ¶ Tertiam addit rationē, quia vbi adeſt remedium ordinarium, ceſſat extraordinarium. l. in cauſæ. ff. de mino. l. quædam. ff. de eden. not. plenè. in l. in prouinciali. ff. de ope. no. nun. l. 1. §. per hanc. ff. de rei vē di. & in c. ex parte. ſupra de reſcrip. Sed lapſo tempore, ſupereſt agē ti via ordinaria. ſ. vt nouam inſtantiam reaſſumat, igitur. &c. Huic ēt rationi accōmodari pōt reſponſio, ꝙ ex quo via extraordinaria plenius ſuccurrit, q̄a vnicuiq; magis expedit, & vtile eſt ꝓſequi cœptū; quàm nouū inchoare, vt de ſe patet, non debet ceſſare extraordinaria via, eſtò quòd adſit ordinaria, vt inquit glo. in l. fi. C. ſi aduer. rem iudi. & plenè no. in d. l. in prouinciali. ¶ Secūda fuit principalis opinio glo. in d. §. dolo. tenentis in quæſtione propoſita reſtitu. in integ. competere. & hanc opinionem tanquam magis conſonam naturali rōni firmat Rom. in præallega. conſ. & in d. l. 2. ¶ Primò per tex. in c. venerabilis. de iudic. vbi videtur expreſſum, ꝙ Papa aduerſus veteris inſtantiæ peremptionem in integrum reſtituit illum, contra quem lapſa eſt iſtātia per ſubterfugia, & cauillationes aduerſarij. Et ſi dicas, illum tex. de reſtitutio. non loqui, ſed ponere regulam generalem, ꝙ de iure canonico inſtantia ſit perpetua, vt eſt communis opinio, quā tenet glo. in ver. triennium. in d. l. properandum. in princi. & glo. in c. fi. de dolo, & contum. & glo. in d. c. venerabilis. Specu. ti. de legato. §. reſtat. ver. Item quòd inſtantia. & communiter Doct. in d. l. properandum. & in d. c. venerabilis. pro qua ſolet allegari tex. in c. ex litteris. de reſtitutio. in integrum. licèt non multum faciat. Reſpondet Roman. vbi ſupra, hanc communem opinionē falſam eſſe. Et hoc primò probat, quia ſecundùm ipſam Papa diſponeret contrarium eius, ad qđ ſemper eſt ſollicitus, ne lites fiant immortales. cap. finem litibus. de dolo & contum. c. cordi. de appellatio. lib. 6. ¶ Secundò ex quo de iure canonico iſtud cautum non reperiatur, ſtandum erit diſpoſitioni legali, d. l. properandum. c. 1. vbi glo. de oper. noui nunciatio. cum

27 potius debeamus ius canonicum † reducere ad conſonantiam cum iure ciuili, quàm diſcrepantiam. cap. cum expediat. de electio. in 6. l. 1. C. de inofficio. donatio. §. quibus. in prima conſtitutione. C. &

ideò

ideò intellectus ad d. cap. venerabilis. quòd ibi iure ſpeciali concedatur reſtitutio propter cauillationem,& ſubterfugia aduerſarij,eſt ſequendus, cum reducat ius canonicum conſonare cum iure ciuili. ¶ Tertiò,ꝙ inſtantia de iure canonico non ſit perpetua, probat tex. in c.iurgantium.de re iudicata. Ibi [celeri terminatione]&c. ¶ Quartò facit,quia nō reperitur bona ratio differentiæ,quare magis iure canonico ſit perpetua, quàm iure ciuili,igitur &c. Et ſi dicas rationem eſſe claram.nam ideò iure ciuili non eſt perpetua,quia eodem iure ciuili regulariter ante diffinitiuam non pōt appellari. l. ante ſententiæ. C.quando prouoca.l.2.ff.de appel.recipien.& ſic iudex ſatis cōmodè poteſt vigilare in expeditione cauſæ infra trienniū,ex quò ſua iuriſdictio non ſuſpenditur per appellationes:cuius contrarium eſt de iure canonico, quo permittitur poſſe à quolibet grauamine appellari. c. ſuper eo.il 2.de appella. Reſpondetur hanc rationem non eſſe cōcludentem; patet, quia eadem ratione debuiſſet ius canonicum ſtatuere inſtantiam appellationis eſſe perpetuam, quod tñ non fecit.c.cum ſit Romana. de appella.vbi finitur anno,vel biennio.c.ex ratione.eo.tit. ¶ Præterea ſecundùm hanc rationem ſequeretur,ꝙ in his caſibus,quibus de iure ciuili poteſt appellari ab interlocutoria, inſtātia eſſet perpetua,quod eſt contra generalitatem d.l. properandum. Ipſe tamen Roma.in d.l.2.colum.44. dicit pro cōmuni opinione ſe allegare tex. apertum,& miratur, ꝙ per canoniſtas ad hoc non allegetur in c.cum olim.propter quæſtiones ver.Iudices.ſupra de priuile.vbi tex. formaliter inquit. [Iudices aūt ſufficienter actum eſſe de cauſa credentes, monaſterium ſanctæ Crucis in expenſis, quas per quadrienniū occaſione huiuſmodi negocij iuraueras te feciſſe,cōdemnarunt.] ecce ergo,ꝙ durauerat ibi inſtantia quadriennio; ex quo apparet non fuiſſe finitam triennio. Nec bonum eſt dicere ad illum tex. ꝙ ibi fuerat reſtituta inſtantia,vel cauſa de nouo tranſumpta poſt triennium, quia iſtud eſt diuinare. Tu pondera illum tex.de quo tm̄ gloriatur Roma. neceſſariò id non probare,quia non ſequitur,condemnatus fuit in expenſis factis per quadrienniū,ergo inſtantia durauit vltra triennium; quoniam potuerunt ibi partes per vnum, aut duos annos litigare ſuper exceptionibus dilatorijs,& facere expenſas,& deinde litem conteſtari, à quo tempore litis conteſtatio. incipit currere inſtantia triennij.d.l properandū.in prin.& ſic cum reuerentia Roma. tex. ille, quē tm̄ ad hoc celebrat, non probat eius opinionē. Accedit ad hoc quod pulchrè inquit Bal.in l.& poſt edictū. ff. de iudi.in.§.circunducto.vbi

voluit, ꝙ ſi mille annis litigaretur ante litem conteſtatam ſuper legitimatione perſonarũ, nunquàm periret inſtantia. pro quo facit qđ no. Docto. in c. prudentia § ſexta. de offi. delega. & Bart. in l. 1. C. de litis conteſtatio. cogita. ¶ Præterea ſecundùm Roma. vbi ſupra, eſto, ꝙ cõmunis ſententia, volens de iure canonico inſtantiã fore perpetuã; ſit vera: tamen quantũ ad quæſtionem propoſitam tenet ipſe reſtitutionem competere, per tex. in l. & ſi ſine. in fi. ff. de mino. dum dicit for inaliter. [Item in hermodicijs, ideſt deſertionibus inſtantiæ, pp lapsũ temporis ad illam præfixi ſubuenitur.] Conſtat autem, omnis ætatis hominibus reſtauratione hermodicij præſtari debere. Supple per in integrum reſtitutionẽ, vt faciat ad titulũ, argu. l. Imperatores. ff. de in diem adiectio. Et ſubdit poſtea tex. [ſi docuerit ſe ob iuſtã cauſam abfuiſſe.] eſt ergo ibi caſus apertus, ꝙ aduerſus lapſum inſtantiæ primæ iuſto impedimento actoris datur reſtitutio in integrũ, ergo pari ratione dabitur, qñ labitur inſtantia culpa, vel dolo aduerſarij, cum non poſsit bona ratio differentiæ aſsignari. & ita reſidet Roma. in d. l. 2. col. 45. dicens ſe ita conſuluiſſe, dum Bononiæ legeret, & obtẽtum fuiſſe. ¶ Tu conſidera contra Roma. ꝙ immo bona ratio differentiæ poteſt aſsignari, quare qñ lapſa eſt inſtantia, datur reſtitutio actori ob iuſtum ſuum impedimentũ; quia tunc nihil eſt, ꝙ poſsit ſibi imputari. Sed quando labitur dolo, & cauillationibus aduerſarij, põt actori imputari, quare non adierit iudicem, & ab eo non implorauerit remedium aduerſum tales cauillationes, cum dicat tex. in d. l. properãdum. in principio. [nullus eſt tam audax, qui poſsit inuito iudice cauſam procelare.] cogita. ¶ Tu autem in prædicto articulo, ſeu quæſtione dicas; Do. Anto. in d. c. venerabilis. aliter loqui, & velle, ꝙ quando facto partis, vel tertij periit inſtantia, non detur reſtitutio, nec cõtra partem, nec contra tertium. Fallit in ſubſidium, ſcilicet qñ is, cuius culpa lapſa eſt, non eſſet ſoluendo, quo caſu datur reſtitutio. l. penul. §. 1. ff. de eo per quem fac. eſt. quod tenet glo. in Auth. vt ſponſa. largi. §. hoc quoq;. Illo verò exiſtente ſoluendo, parti datur actio de dolo, l. arbitro. §. dolo. ff. de dolo. Vbi verò inſtantia perijt facto iudicis, Bart. in d. l. arbitro. §. penulti. tenet, ꝙ currat; ſed detur reſtitutio incontinenti, quæ concedi poteſt ſine libelli oblatione ſecundũ Bart. in Auth. item ſi appellatione. C. de tempo. appellatio. Aretĩ modernus. Iuriſconſultus celebratiſsimus in d. c. venerabilis. diſtinguit inter inſtantiã cauſæ principalis, & appellationis. & quò ad inſtantiã principalẽ tenet abſolutè, ꝙ omni caſu non concedatur reſtitutio, probãs

hoc ratione manifeſtā. nam ſpeciale eſt in minore, vt reſtituatur ad talem inſtantiā. d. l. properandū. in fin. ¶ Secundò ſpeciale eſt in maiore, vt reſtituatur ſolùm in ſubſidium. ergo alij impediti nullo modo reſtituentur; quia fauorabilior eſt reſtitutio minoris, quā legitimè impediti. l. fin. vbi no. ff. de iniuſto rup. & hanc partem dicit tenere Bart. & Bal. in d. Auth. item ſi appellationē. & Bal. in d. l. properan. §. ſin autem. circa principium. & glo. expreſsè in verbo, præiudicium. in d. §. hoc quoq;. ¶ Nec ob. d. l. & ſi ſint. §. fin. quia ille tex. intelligitur in hermodicio, ideſt deſertione cauſæ appellationis. Quò verò ad inſtantiā cauſæ appellationis concludit, q, ſi labitur propter impedimentū contingēs in perſonam proſequentis, currat, ſed datur reſtitutio, d. l. & ſi ſint. §. fin. Sed ſi contingat propter dolum tertij, datur actio de dolo contra tertium, d. l. arbitro. §. penul. ſecundū vnam lect. Si verò perijt facto aduerſarij, tunc cōpetit reſtitutio, l. ait prætor. §. ſi qui. ff. ex qui. cau. maio. licèt Bart. teneat contra in d. l. arbitro. §. penul. Et ad hoc rationem aſsignat, quia ſi impedimentū contingens in perſonā proſequentis eſt potens dare reſtitutionē, vt ſupra, quantò fortius proueniens dolo, & facto aduerſarij? caſus eſt. in l. cū propon as. & ibi Bald. C. de nauti. fœno. licèt ſi proueniat facto tertij, non detur reſtitutio. ſimilis diſtinctio habetur per tex. & Bart. in l. in teſtamento. ff. de condi. & demon. in l. quæ ſub conditione. §. quo. ff. de conditio. inſtit. ¶ Tu conſidera rationem, quam ſupra adduxi contra Rom. obſtare huic rationi ad no. per Are. ſecundùm quem non obſtat d. l. arbitro. qm̄ fatetur, q collusio præſumitur cū tertio, ſed non cum aduerſario, cum quo veriſimile non eſt colluſionē fieri ex eo, q reorum eſt fugere, d. l. properandum. §. & ſiquidem. vbi verò ſtat per iudicem, tunc glo. & Bar. vbi ſupra, tenet, q currat, ſed detur reſtitutio, per. l. ſed ſi p prætorem. ff. ex quibus cau. maio. Sed dicit Areti. in d. c. venerabilis. q illa lex nō loquitur in fatalibus appellatio. ſed in curſu præſcriptionis, quæ nō eſt ita priuilegiata: quare, dicit ipſe, q immo iſto caſu ipſo iure tempus non currit, vt inquit tex. in d. §. hoc quoq;. Ibi [nullū præiudicium penitus generare ;] quod non eſſet, ſi tempus curreret ipſo iure, cum ſaltem grauaretur onere petendi reſtitutionem, & hoc tenet glo. in §. ſancimus. in Auth. de appellatio. & Bald. in d. Auth. ſi appellationem. Vnum ēt volo perpetuò notes, q tunc demum impe-
28 dito † non currit tempus, vel datur reſtitutio, qn̄ impeditus fecit quicquid potuit, ne terminus curreret. Ita eleganter Bald. in d. l. fi. per illū tex. C. de adulte. Et ideò pars, quæ videt ſe impediri per iudicē, debet

proteſtari, ꝙ per ſe non ſtat, & interpellare iudicē, vt procedat.l.fin. vbi tex.& glo.C.de tempo.appel.& expreſsè tenet Bald. in d.l.prope randum.§. finaũt.& idem fieri debet, quando pars impeditur impedimento contingente in perſonā ſuam ſecundũ glo.nota.in c.cupientes.§.cæterum.de elec. lib.6. & ponit præceptor meus Peruſinus in c. ex ratione.de appellatio.An aũt propter impedimentum contingens in primo anno, impediatur curſus fatalium, vel detur reſtitutio,& ad quantum tempus, ponit Rom. in d.l.2.col.45.& quattuor ſequentib. ego remitto ad plenius nota.in d.c.ex ratione.& Paul.de Caſt.in conſilio 25. ¶Ad cognoſcendum tñ, an tempus currat impedito ipſo iure, vel non.Paul. de Eliaza. & Dominicus in d.c.cupientes.§. inſuper. dant nota. doc. ſcilicet ꝙ ſi lex ſtatuens terminum, dicat, legitimo ceſſante impedimento, tunc impedito non currit tempus ipſo iure: ſecus ſi ſimpliciter ſtatuit terminum, non appoſita clauſulā, legitimo ceſſante impedimento: quod dicunt notandum ad ea, quæ habentur in d.c. ex ratione.

29 ¶Duodecimò quæro, an dilatio† probatoria poſsit per iudicem mutari? quæſtio eſt notabilis, de qua per Inno. Hoſti. & Io. An. in c.vltra tertiam. de teſti. Specu. tit.de dilatio.§.videndum.ver. Sed nunquid.& in §.videamus.ver.Sed pone.il 2.domi.Anto.in c.penulti.de dila.latè per Roma.in d.l. 2.colum.52.ff.de re iudicata.cōcludentem, ꝙ in dilatione à iure ſtatuta iudex poſſet illam minuere. d.l. 2.& §.ſpacium.in q.3. prorogare aũt poteſt cum iuſta cauſa, vt latius no.Io.An.in d.c.vltra tertiam.in ſexta q.argu.l.ſi quis ex argentarijs. §.fi.in l.ſequēti.ff.de edendo.& in Auth.de his, qui ingre. ad appella. §.ſed hoc nos.Confirmatur, quia iudex iuſta ex cauſa poſt dilationē à iure datam ad probandũ, & decurſam, poteſt aliam dare.l.oratione. ff. de ferijs. ergo facilius poterit eandem pendentem prorogare. ¶Fallit primò, vbi tractatur de leui præiudicio, ſi non fiat talis prorogatio.exemplũ habes in dilatoria octo dierũ data à iure ad probandum exceptionē excōicationis, de qua in c.pia.de excep.lib.6.nam ſi reo non fiat prorogatio, incurrit leue præiudicium: quia ita poterit conſequi iuſtitiā contra excōmunicatũ, ſicut contra non excōicatũ. & ita ibi glo.in ver.octo dierum.& ſupra dixi. ¶Circa principiũ huius tertij articuli principalis, addo bene facere ſimile, ꝙ licèt vbi agitur de præiudicio graui, detur remiſsio ad probandũ extra locum iudicij: ſecus tamen eſt, vbi agitur de modico præiudicio ſecundũ Specula.de dilatio.§.1.ver.Sed & ſi.quem ſequitur Archi.Ioan.An.& Dominicus in d.c.pia.Roma.tamen in d.l.2.col.52.tenet contrariũ, ſcilicet ꝙ

cet, ꝙ immo dilatio ad probandũ excõmunicationẽ à iure datam, poſ ſit ex cauſa prorogari, argumen. l. 2. ff. de re iudi. & d. §. & hoc nos. Ad ducit tex. in d. c. pia. in fin. vbi ſi propter iuſtum impedimentũ nõ fuit probata exceptio excõmunicationis, iterum datur dilatio, ergo facilius debet poſſe prima prorogari. Tu conſidera tex. in quo ſe fũdat Roma. ſcilicet in d. c. pia. non obſtare cõmuni ſententiæ. nam licèt exceptio excõicationis oppoſita, & non probata infra octo dies poſsit iterum opponi, & tunc noua dilatio detur ad illam proban. non tamẽ ex hoc ſequitur, ꝙ à fortiori iudex poſſet primam prorogare, cũ ſit rõ diuerſa. patet quia lapſis octo diebus, & non probata exceptione excommunicationis, acta, quæ præceſſerunt, valent, & iudex debet ad vlteriora procedere, partem opponentẽ in expẽſis propter hoc factis condẽnando. Sed iſta ceſſarent, facta prorogatione primæ dilationis, ergo de vno caſu ad alium non eſt fienda illatio. Confirmatur hæc rõ ex his, quæ dicta ſunt ſupra in hoc articulo circa principium ver. ¶ Quarta fuit opi. Bar. in quinta fallentia, vbi dictum eſt, ꝙ ſi lex ſtatuit certam dilationẽ, & poſt illam ſtatuit, talis dilatio non potuit prorogari, vt ſtatim dicam. Et ita puto tenendum, & verius eſſe tenẽdum, quicquid dixerit Roma. ¶ Secundò fallit dicta cõis opi. quando lex poſt terminum aſsignatũ aliquid ſtatuit, quod eſt grauis præiudicij; puta ꝙ non probans infra terminũ amittat ius ſuum: nam tunc iudex etiam ex cauſa non poſſet talem dilationẽ minuere, vt ſupra dixi in 3. articu. principali, dum retuli opi. Bar. in ver. Quintò fallit. ¶ Quibus addo ad propoſitũ glo. in d. c. cupientes. § quod ſi per. 20. & tex. in c. cõmiſſa. de electio. lib. 6. & no. per Roma. in d. l. 2. col. 53. inferentem, ꝙ vbi tempus certum eſt ſtatutum ad aliquid agendum, infra quod ſi non agat, ius ſuum amittit; et ſi ſit certum infra tempus actum explicari non poſſe, debet tamen terminus expectari, ad quod bona glo. in ver. 10. diebus. in c. vbi periculum. de elec. in 6. no. Bart. in l. cum ſtipulatus ſim mihi à Proculo. & in l. in illa. ff. de verbo. ob. bene etiã facit quod dicam infra in ſequenti q. ver. Vndecimò quæro. & etiam infra 4. artic. principali. ¶ Dilationem † verò ad probandũ ſtatutã à iudice an poſsit iudex moderari, concludit Roma. vbi ſupra, ꝙ ſi fuit ſtatuta ſine cauſæ cogni. tunc quia eſt nulla. l. à procedente. C. de dila. põt illam de facto mutare, ſicut de facto ſtatuit, iuxta elegantẽ doctrinã glo. in l. minor. ff. de euictio. dicentis tenutam poſſeſsionis à iudice datam die feriato, poſſe die feriato reuocari, quia omnis res per quaſcunq; cauſas naſcitur, per eaſdem diſſoluitur. c. 1. de regu. iur. l. nihil

tam naturale. ff. eo.tit. ¶ Ad quod ſecũdò accedit quòd pulchrè not. Inno.in c.querelã.de elec. & Bal.in l.ſi pacto quo pœnam. C. de pac. dicentes, quòd licèt iura dicant, poſſeſſorẽ nõ eſſe eiiciendũ de poſſeſsione, niſi illo vocato.l.meminerint.C.vnde vi.l.fin.C.ſi per vim, vel alio modo.c.licèt epiſcopus.de præben.lib.6.c.inter quattuor.de maio. & obe. tñ vbi quis eſſet intruſus poſſeſſor auctoritate iudicis, qui illum in poſſeſsionẽ miſiſſet de facto cauſa non cognita, tunc de facto iudex põt illum à poſſeſsione amouere, ad quod bo. tex. licèt illũ Inno.non alleget, in l.1.§.hoc edictum. ff. ſi mulier ven.no.dicens, ꝙ quemadmodũ iudex eſt facilis in mittendo; ità debet eſſe facilis in reuocando. ad idem glo.no.in c.ab excõicato. 1.q.3. Idem voluit Bal. in l.dies feſtos.C.de feriis.reputans glo.in d.l.minor.ſingularẽ. Idem tenet Bal.in l.2. C.de edi.diui Adri.tol. & in l.2.C.de ſeruitu.& aqua col.12.ver.Quid ſi iudex.& in rub. C.de reſcin.vend.& in repe.l.tale pactum.§.qui prouocatum.in 4.q.ff.de pact.in l.ob maritorum.C. ne vxor pro marito.Dom.Anto.in c.cum ceſſante.de appel.Doc.in c. ex litteris.de pigno.Rom.in conſ.158.& in conſ.220.& in conſ.326. ¶ Contrarium tñ videtur tenere Bal.in l.ſi deſertam.per illum tex. C. ſi prop.publicam pen.dicens, ꝙ licèt iudex, qui fuit facilis in danda tenuta ſine iuris ordine, debeat eſſe facilis in reuocando: non tñ debet hoc facere, niſi parte citata, per illum tex. Pro concordia moder.in d. l.ſi pacto, quo pœnam.dicunt, ꝙ ſi iudex, quando dedit tenutã, omiſit citare partem, põt tunc illam non reuocare, parte non citata: aut omiſit alium ordinẽ præter citationem: & tunc in reuocando requiritur citatio, & ita procedant no.Bal.in d.l.ſi deſertã. ¶ Aduerte tñ ad vnũ ſingulare, ꝙ ſi iudex mihi abſenti præcipit, ne in opera procedã, aduerſario non citato, põt iudex præceptũ reuocare, ſi fuit factum ſubſiſtente cauſa, ex qua etnulli parti emanaſſet; puta quia iudex videbat nos ad arma paratos. Tutius tamen eſt, ꝙ reuocatio fiat parte præſente, vel citata: verba ſunt ſingularia Io. An.in addi. tit.de ſententia. §.ſpecies.ver.Eſt quoq; quem ſequitur Ang. & Io.de Imo.in l.de vno quoq;.ff.de re iudi. quod eſt perpetuò notandum. Item ad intellectũ glo.in d.l.minor.vide Io.de Imo.in l.1.§.denunciatio.ff.de ope.no.nun. dantes nouum intellectum, vt illa glo. procedat, qñ conſtaret tale miſs. in poſſeſsionem cauſa non cognita fore nullam. Sed hoc non placet; quia ſic præſuppoſito, fruſtra peteretur, & fieret talis reuocatio. Aut terminus probatorius fuit à iudice ſtatutus cauſa cognita de partiũ voluntate: tunc iudex illum mutare non põt, minuendo, vel protogã-

do altera

do altera parte inuita ſine iuſta cauſa, tex. eſt ſing. in c. ſignificāte. de
appell. ſed cum iuſta cauſa pōt, ratio, quia ſi tunc lapſo termino pōt
nouum ſtatuere, & partem audire, l. in ancipiorum, de optio. lega. c. ſi
tibi abſenti. de præben. in 6. no. in l. quādiu. ff. de acqui. hære. & ſupra
dixi in hoc tertio principali articulo, fortius debet poſſe primū termi
num durantē minuere, vel prorogare. Aut iudex ſtatuit terminū cau-
ſa cognita: non tamen partibus conſentientibus, tunc aut cauſa dila-
tionis eſt finita; & tunc pōt dilationem minuere; quia ceſſante cauſa
dilationis, ceſſat ipſa dilatio. l. 3. §. Stichus. ff. de ſtatu libe. l. à filio. §.
alieno. ff. ad Trebel. l. ſi quis ita hæres inſtituatur. ff. de acqui. hæredi.
exemplum. ſi data eſt mihi dilatio ad probandum per duos teſtes,
qui ſoli ſciebant veritatem, & ſine quibus veritas apparere non pōt;
tunc ſi dilatione pēdente mortui ſunt illi teſtes, iudex poterit dilatio.
tollere. Si verò cauſa dilationis non eſt finita: tunc iudex illam, nec mi
nuere, nec prorogare pōt; quia ea pendente, officiū ſuum conquieſcit
l. ſiue pars. C. de dila. Item quia interloquutoriam, quæ ſecū trahit exe
quutio. iudex non pōt mutare, partibus non conſentientibus, & ſine
cauſæ cognitione. glo. eſt notabilis, & ibi Bart. in l. 1. in fin. ff. de præt.
ſtipu. & ita reſidet Roma. in d. l. 2. col. 13. Et adde quæ dicta ſunt ſu-
pra in hoc tertio articulo principali in q. 7 an iudex terminū à ſe ſta-
31 tutum poſsit moderari. ¶ Vndecimò quæro, an † terminus expecta
torius ad comparendū præfixus poſsit per iudicem moderari? Bal. po-
nit. q. in l. conſentaneum. C. quō, & qū iudex. & Roma. in d. l. 2, col. 55,
concludens, quod terminus expectatorius, cuius lapſus non inducit pri-
uationē iuris, nec aliam pœnam, cum non ſit magni præiudicij, poteſt
abbreuiari etiam ſine cauſæ cognitione: nam ſi ſtatui pōt parte ab-
ſente. l. ſed ſi interpellatus. §. arbiter. ff. de arbi. pari ratione pōt mi-
nui. Sed hæc ratio non ſatisfacit; qm̄ poſtquā eſt ſtatutus, ex eo acqui
ritur ius parti, quod non eſt acquiſitum prius. ¶ Secundò ſuam cō-
cluſionem comprobat Roma. per tex. expreſſum in l. qualē. alias inci.
l. dicere. §. vnde videndū. ff. de arbi. & l. diem proferre. in prin. eo. tit.
vbi arbiter pōt ſine cauſæ cognitione terminum expectatorium ab-
breuiare, & prorogare: ergo idem poterit iudex, ad cuius inſtan. pro-
cedit arbiter. l. 1. ff. de arbi. Ille verò terminus comparendi, poſt cuius
lapſum non comparens incidit in pœnam priuationis iuris ſui, nō pōt
per iudicem diminui, per ea, quæ dicta ſunt ſupra proxi. q. in 2. fallen-
tia: quibus addo glo. in ver. vocationē. in c. 1. de milite vaſal. qui cōtu.
eſt. vbi patet, quod per iudicem nō poteſt minui terminus præfixus vaſal

lo, quē dominus in ius vocari fecit, quia ſi infra dictum terminum nō comparet, priuatur iure feudi. & glo. ibi ſequitur Bal. ¶ Ad idem glo. in Auth. qui ſemel. C. quo & quando iu. quæ per tex. in. §. omnem. in Auth. de litigio. determinat idem fore de termino præfixo deſiſtenti à lite, de quo ibi, poſt quem non comparens. priuatur iure ſuo. nā his caſibus etiam ſi certum ſit infra tempus non poſſe comparere, debet tamen terminus expectari, vt ſupra dixi proxi. q. Et ſi dicas huic concluſioni obſtare duo. ¶ Primū, quia videmus, ꝙ termini, per quos peruenitur ad peremptoriū, poſſunt per iudicem abbreuiari. l. ad peremptoriū. cum l. ſequen. iuncta. l. nonnunquā. ff. de iudi. & tñ nō comparens in termino peremptorio, priuatur iure ſuo in effectu, cū amittat facultatem appellandi. l. & poſt edictum. §. fin. ff. de iudi. l. ex conſenſu. §. fin. ff. de appellatio. l. properandum. §. ſin autem. C. de iudi. ¶ Secundum, quod ob. eſt l. conſentaneum. C. quo & qū. vbi dicitur, ꝙ terminus comparitionis, poſt cuius lapſum contumax incidit in pęnam; quia patitur miſsio. in poſſeſsionē ex primo decreto, quæ eſt pœna l. ſatis. ff. de in ius vocan. pōt per iudicem abbreuiari. Reſpondet ad hæc duo Rom. in d. l. 2. col. 56. ꝙ dicta iura non loquuntur de diminutio. dicti termini peremptorij, ſed earum dilationum, quæ habent præcedere ipſum peremptoriū. Profectò hæc reſponſio Roma. nō ex toto ſatisfacit, argumen. maxi. facto de l. conſentaneū. ¶ Præterea ſi ratione pœnæ priuationis iuris ſui impeditur diminui peremptorium, debet ēt eadem ratione non poſſe minui dilatio, per quā peruenit ad ipſum peremptoriū, argum. l. oratio. ff. de ſponſa. cū idem ſit iudiciū de via ad actum, quod de ipſo actu, iuxta plenè tradita, & no. per do. Anto. in c. tranſlato. de conſti. Et ſi iteratò dicas prædictis obſtare, quia licèt non comparens in termino peremptorio priuetur facultate appellandi, nō tñ propter hoc amittitur ius ſuum, cum poſsit venire p viam ſupplicationis. ¶ Reſpondeo, quod licèt ille, qui non auditur appellans propter excellentiā iudicantis, puta præfecti prætorio, à cuius ſententia non appellatur. l. 1. C. de ſenten. præfec. præto. audiatur ſupplicādo. l. ſi quis aduerſus. C. de preci. Imper. offe. Vel licèt ille, qui non auditur appellandō pp defectum perſonæ ſuæ contingentē ſide vicio ſuo, vt eſt ſeruus, audiatur tū ſupplicans. l. 1. & l. vniuerſis. C. de precibus Impe. offe. tamen ille, in cuius odium denegatur appellatio, vt eſt verus contumax, non auditur ēt ſupplicans, vt notanter determinat glo. ſingularis in l. fi. C. vt li. pen. quam cōmendat, & ſequitur Io. de Imo. in d. l. ex conſenſu. §. fin. & Ang. Are. ibi col. 10. & moder.

in d.l. properandū. §. ſin autem reus. & Roma. in d.l. 2. col. 56. dicēs, ꝙ ita declarari debet doctrina glo. in c. ex litteris. de reſti. in inte. & Specu. titu. de ſupplicatione. §. differt. & in §. ſupplicari. qui ſimpliciter dicunt, ꝙ qui prohibetur appellare, non prohibetur ſupplicare. Eodem modo debet intelligi glo. in c. à iudicibus. 2. q. 6. dicens, ꝙ licèt à ſententia arbitri non appelletur, pōt tamen ſupplicari. quæ omnia perpetuò notabis pro intelligentia dictorum iurium. ¶ Et adde aliud no-
32 tandū, ꝙ ſtatutum † prohibens appellari non intelligitur prohibere recurſum per modū querelæ ad iudicē pro iuſtitia facienda. Ita Bald. in l. edicto. C. de edic. diui Adri. tol. & Roma. in rub. ff. de arbi. col. 25. Prorogari aūt talis terminus expectationis, cuius lapſus priuationem inducit, bene pōt. patet in c. conſuluit. de offi. delega. & in l. & poſt edictum. ff. de iudi. ſecundū vnū intellectū, & l. diem proferre. ff. de arbi. ſecundùm Rom. vbi ſupra. Tu ad veritatē huius repete quę dixi ſupra in hoc 3. artic. principali in q. 7. ſcilicet àd terminū ſtatutū à ſe iudex poſsit moderari, & ēt quæ dicta fuerunt ſupra eodem 3. articu. circa princi. ver. Quarta fuit opinio Bart. in quinta fallentia. ¶ Duodeci-
33 mò quæro an iudex † inducias deliberatorias poſsit moderari. conclude, ꝙ ex cauſa poſſunt augeri, & minui, & ita ſe habet opinio cōis per l. 2. ff. de re iudi. & in terminis tenet Io. An. in c. 1. de libel. obla. & glo. in ver. litis conteſtatione. infra in princi. huius Clemen. dicens, ꝙ quamuis induciæ deliberatoriæ, ſi petantur, non poſsint per iudicem totaliter negari, vt ēt dicit glo. in c. vxor fœlicis. 17. q. 4. quā ſequitur Io. de Imo. in c. cum I. & A. extra de re iudica. Idem Io. & Roma. in l. qui bona. §. qui alieno. ff. de dam. infec. & Roma. in d.l. 2. col. 58. Io. An. Pet. de Anch. & Dominicus in c. 1. de accu. in 6. & idem Pet. de Anch. in Clem. diſpendioſam. in prin. de iudi. & in c. 1. de lit. conteſt. lib. 6. Tamen cauſa cognita poſſunt per iudicem augeri, & minui, argumen. d.l. 2. maximè in cauſis, in quibus ſummariè proceditur, in quibus dicit tex. in principio huius Cle. quòd iudex litem, quantò magis poterit, faciat breuiorem. huic tamen dicto fortiter obſtat ratio, quam dicā infra in principio huius Clemen. ſuper glo. in ver. litis cō-
34 teſtatio. Dictæ autem induciæ † deliberatoriæ an ſint concedendæ in cauſa criminali. glo. notanda. 3. q. 2. in ſumma. tenet, quòd non, & ſic in cauſis criminalibus non habet locum Auth. offeratur. C. de li. conteſt. canonizata. 3. q. 3. mouetur ratione; quia reus, ex quo ſcit, an deliquerit, vel non, ſatis deliberare poteſt, an velit negare, vel confiteri abſque inducijs deliberatorijs. ¶ Item vltra gl. facit, quia veriſimilius eſt,

lius eſt, q accuſatus non faciliter confitebitur: ſed magis ſe defenden do negabit, cum dicat canon. tibi dico, ne prodas crimen tuum. § his auctoritatib. ver. Tibi dico. de pœni. di. 1. ¶ Præterea accuſato debet mitti copia accuſatio. vt inquit glo. in c. præterea. de dila. per tex. in c. ſi primates. 3. q. 1. ergo ex quo accuſatus habet notitiam accu. per copiam ei tranſmiſſam, ſibi deliberatoriæ induciæ concedi non debent, per d. c. præterea, per quod dicit Abb. in c. 1. de libell. obla. q vbi copia libelli inſeritur in citatione, denegantur induciæ delibera toriæ. quod etiam tenet Bar. in Auth. offeratur. C. de litis conteſt. Bal. in c. j. ſupra de iudi. & Roma. in d. l. 2. col. 58. &c. ¶ Contrariam tamen ſententiã. ſ. q immo in criminalibus induciæ deliberatoriæ ſint concedendæ, tenet glo. in c. preſcripta. 2. q. 8. ſequitur ſpecula. tit. de accuſ. in tertia parte ver. Cum autem fuerit coram præſide. & in tit. de inquiſitione. § antepen. ver. Quid ſi inquiſitio. Io. And. in d. c. præterea. in nouella. Roma. in d. l. 2. col. 37. facit ratio, quia in criminalibus, vbi de maiori agitur præiudicio, cautius eſt agendum. c. vbi periculum. de elect. lib. 6. & ſic non debet cogi præcipiti feſtinatione ſubire iudicium. l. edicto. § cum autem. ff. de iure fiſci. l. tutor qui repertorium. § 1. ff. de admin. tut. ¶ Nec ob. ratio glo. in d. ſumma. 2. q. 1. quia ſecundum D. Anto. & Abb. in d. c. præterea. induciæ deliberatoriæ non ſolum dantur ad factum diſcutiendum, ſed etiam ad diſcutiendam perſonam accuſatoris. quod voluit Hoſtien. in ſumma de dilatio. § 1. ver. Aliæ deliberatoriæ. ¶ Secundò non ob. d. c. ſi primates. quia ſecundum Bar. in Extrauag. ad reprim. in ver. De crimine. ſpeciale eſt in epiſcopo ratio excellentiæ ſuæ dignitatis. argumen. c. ſi. de re iudi. lib. 6. Auth. ſed epiſcopalis dignitas. C. de epiſc. & cle. ¶ Tertiò non ob. d. c. præterea. quia non eſt verum, q accuſato ſit tranſmittenda copia accuſationis, vt firmat Bar. in l. inter accuſatorem. ff. de publi. iud. & clarius in d. ver. De crimine. probatur hoc, quia in criminalibus proceditur ad inſtar ciuilium. l. abſentem. cum ſi. ff. de pœn. Sed in ciuili non eſt neceſſe copiam inſerere in citatione. l. conſentaneum. C. quomodo, & quando. & eſt communis opin. in d. Auth. offeratur. & in d. c. præterea. ergo & cri. Item de hoc videtur tex. in c. licèt in beato. de accu. vbi ſine alia ſpecificatione criminis accuſatus fuit generaliter citatus. ¶ Tertiò hoc probat. l. 2. C. de exhiben. reis. vbi patet, q accuſatus veniens debet à iudice explorare, qd ab ipſo quæ rat: ſed ſi per copiam fuiſſet de hoc certificatus, fruſtra poſtea quæreret certificari, reg. eum qui certus. lib. 6. Et ita reſidet Roma. vbi ſupra.

ſupra. Abbas verò in d.c.præterea. col. 4. pro concordia diſtinguit, quod aut accuſatio fit de longinquo: tunc licet non ſit neceſſe inſerere copiam, debet tamen in citatione exprimi id, quod opponitur, vt citatus deliberatus veniat. & ſic loquitur d.c. ſi primates. Aut fit de propinquo, & tunc procedat dictum Bal. Nec obſtat d.c. licet in beato, quia ibi non ponitur forma, ſed narratur in effectu ipſa citatio, ſic dicit Abb.

35 ¶ Tertiodecimò quæro, quid de termino † decem dierum, qui ex conſuetudine aſsignatur confitenti, vt ſoluiſſe debeat ſecundùm glo. in l. ſi debitori. ff. de iudi. Bal. notàter in l. fi. col. 2. ver. Modò quæro. C. de executio. rei iudica. tenet iudicem, talem terminum decem dierum poſſe ſuo arbitrio arctare, & prorogare, quia non aſsignatur ipſo iure per conſuetudinem, ſed iudicis miniſterio. l. 2. ff. de re iudic. Et hoc eſt, quod dicit illa gloſ. vt fiunt præcepta de ſoluendo &c. quod eſt notandum.

36 ¶ Quartodecimò quæro, quid de tempore † ſex hebdomadarum, quod datur appellanti à partibus ad componendum ſarcinulas ſecundùm communem opin. Doct. in c. fi. quo tempore miles. Bald. dicit tale tempus non poſſe augeri, quia omnis dilatio legis eſt peremptoria. no. glo. in Clemen. 1. de dolo & contuma. & in Clemen. 1. de exceptio. contrarium. ſ. quod immo ex cauſa iudicis arbitrio poſſit tale tempus ſex hebdomadarum prorogari. tenet Ia. de Bel. in d.c. fi. ar. l. 2. & l. 4. §. ſi quis condemnatus. ff. de re iudica. & ita ſequitur ibi Alua. dicens, quod hac opi. augeri, diminui tamen non poteſt per iudicem, per ea, quæ no. in c. 1. eo. titu. vbi nota. per ipſum, quod tempus anni ad petendum inueſtituram non poteſt diminui, ſed prorogari ſic, quod no.

37 ¶ Quintodecimò quæro, an tempus conceſſum vaſallo † ad petendum inueſtituram poſsit per dominum abbreuiari? Andr. de Iſer. in c. quo tempo. mi. tenet quod non, quem ibi ſequitur Iaco. Alua. limitans hoc procedere, quando abbreuiatio termini fieret de voluntate vaſalli, vt ibi per eos.

38 ¶ Sextodecimò quæro † quid de anno probationis dato ingreſſo religionem ad experiendum aſperitatem regulæ & mores ingreſsi, de quo in c. ad apoſtolicam. de regula. in c. monaſterijs. 19. q. 3. in c. beneficium. de regula. an poſsit per ſuperiorem prorogari, & abbreuiari: vide tex. & glo. in ver. arbitrio. & ibi tradita per Doct. maximè Abb. in c. ex publico. de conuerſio. coniug. vbi formatur quæſtio: nunquid ſponſo inſtante, poſſet per ſuperiorem ſtatui terminus ſponſæ ad intrandum, & profitendum religionem, quam dicit velle ingredi. Et adde ad propoſitum glo. no. in cap. deſponſatam. 27. quæſt. io. 2.

SVM-

SVMMAE.

1 *Terminus præſtitutus à iudice in cauſis criminalibus, & vbi agitur de pœna imponenda, an poſſit, ſicuti in ciuilibus, moderari per iudicem, cum ſuis fal.*

2 *In criminalibus proceditur ad inſtar ciuilium.*

3 *Statuto dictante, ꝙ ſi citatus non compareat infra decem dies, habeatur pro confeſſo, tale tempus non poteſt per iudicem mutari.*

Viſo an & quando. Iudex in ciuilibus poſsit dilatio. moderari, reſtat videre, quid in cauſis criminalibus, † & vbi agit de pœna imponenda. an tunc terminus ſtatutus per iudicem poſsit moderari. Et videtur, ꝙ non, per id, quod notanter determinat Cy. in l. 1. C. de requi. reis. vbi dicit, l. nonnunquam. de iudi. volentem iudicem poſſe moderari metam citationis à iure ſtatutam ad peremptorium, non habere locum in cauſis criminalibus, in quibus talis meta citationis à iure ſtatu. nō poteſt diminui, de qua in l. inter accuſatorem. ff. de publ. iudic. rationem aſsignat, quia in iſtis criminalibus tractatur de maiori præiudicio; ideò cum maiore maturitate eſt procedendum, c. vbi periculum. de elect. lib. 6. ¶ Secundò hæc concluſio comprobatur ex eo, quod etiam dixit idem Cyn. in d. l. 1. dicens, ꝙ l. conſentaneum. C. quomodo & quando, æquiparans, quò ad decernendum miſsionem in poſſeſsionem ex primo decreto, vnum peremptorium tribus citationibus, non habet locum in accuſato criminaliter, contra quem quæritur fieri annotatio bonorum, quæ obtinet quodammodo vim primi decreti. quia in tali annotatione contra accuſatum criminaliter maius vertitur periculum; quoniam ſola annotatio irrogat infamiam, ſi accuſatus non compareat infra annum ad ſe defendendum. l. fi. C. de requi. reis. quæ infamia non oritur ex miſsione in poſſeſsionē ex primo decreto data contra conuentum ciuiliter. ¶ Tertiò confirmat hanc opinio. determinatio Ioan. Andr. in additio. de cleri. non reſid. quod ſequitur D. Anto. in c. ex tuæ. de cle. non reſid. dicētis, diſpoſitionem c. ex tuæ. quæ vult, ꝙ ſi electus repetitur abſens à beneficio, vel eius habitatione, debet tribus edictis vocari publicè propoſitis, quando ignoratur, vbi ſit: poſt quæ ſi infra ſemeſtre non comparuerit, poteſt eccleſia ſua priuari. nam dictum ſemeſtre non poterit abbreuiari, nec vna citatio pro omnibus fieri; quia agitur de graui præiudicio, ſubdens, ꝙ etiam intereſt clerici abſentis citari per tria

edicta

edicta diuerſis temporibus, quia per reiterationem citationis diuerſis temporibus, veriſimilius notitia citationis ad eum perueniet. ¶ Quartò hanc opinionem corroborat glo. in ver. tertiò monitus. in Clemen. 1. de vita, & honeſta. clerico. dicens illam Clemen. diſponentem clericum exercẽtem negocia, de quibus ibi, debere ter moneri, vt à negotiatione deſiſtat, ita ꝙ ſi poſtea perſeueret, amittat priuilegium clericale, ipſo iure non habere locum, vbi fieret vna citatio pro omnibus; quia tractatur de graui præiudicio clerici. & illam gl. ſequitur Ioan. de Imo. in c. quoniam frequenter. §. 1. vt lite non conte. Bal. in l. nõ ſunt liberi. ff. de ſtatu homi. Abbas in c. contingit. 2. de ſenten. excommu. & in c. fin. de vita, & honeſt. clerico. vbi dictam gl. limitat. ¶ Quintò prædictæ opin. accedit glo. no. in verbo, tertiam citationẽ. in c. 1. de mili. vaſal. qui contu. eſt. dicens, ꝙ diſpoſitio, de qua ibi, volens, ꝙ, vt vaſallus puniatur amiſsione feudi, debet per iudicem trina monitione, domino poſtulante, moneri, poſt quam ſi non compareat, priuatur feudo. nam certè dicta monitio nõ poteſt per iudicem abbreuiari, nec vna pro omnibus fieri. Et hanc gl. approbat Bal. ibi: ex quibus firmari videtur hæc concluſio, ꝙ in criminalibus dilatio legalis abbreuiari non poſſet, nec etiam vbi agitur de impoſitione pœnæ, quam ſequitur Roma. in d. l. 2. colu. 33. & ſequenti. Fallit tamen primò, vbi crimen eſſet manifeſtũ, in quo ſufficeret vnica citatio pro omnibus. c. de illicita. 24. q. 3. qui tex. de notorio crimine loquitur: licèt Are. & Bal. vt infra dicã, aliter per illum tex. intellexerint. ¶ Secundò fallit, vbi agitur de imponenda pœna, quæ de facili poteſt tolli: vel agitur de pœna, quæ non eſt corporis afflictiua, nec valde præiudicatiua. tex. & exemplum habes in l. conſentaneum. C. quomodo & quando. & in l. contumacia. §. contumax. ff. de re iudica. in quibus patet, ꝙ miſsio in poſſeſsionem ex primo decreto, quæ eſt pœna legis. l. ſatis. ff. de in ius voc. poteſt imponi facta vna citatione pro omnibus. Ratio eſt, quia de facili poteſt prouidere per comparitionem infra annum cum ſatiſdatione de iudicio ſiſti, facta per eum, contra quem eſt facta miſsio, vt ibi. ¶ Tertiò fallit, vbi agitur de pœna excommunicationis, quæ licèt ſit magna, & requirat trinam monitionem. c. ſacro. de ſenten. excommunicationis. valet tamen lata præcedente vna citatione pro omnibus. tex. & exemplum habes in c. conſtitutionem. de ſenten. excommu. in 6. ratio quia licèt monitio competens debeat præcedere. d. c. ſacro, valet tñ lata, nulla præcedente monitione, ergo fortius valebit præcedẽte vna pro omnibus. Et has tres

notabiles fallentias ponit Roma.in d.l.2.col.34. ¶Contrarium ta-
men.ſ.ꝙ immo in criminalibus iudex poſſet moderari dilationem le
galem,tenet Inno.in c.ad petitionem. de accuſa. quem ibi ſequuntur
cano.& Specu.titu.de citatio.§.nunc de tempore. in fi. Bald.in l.2.C.
quomodo & quando iudex. Archi.5.q.2.§.1. per tex.in d.c.de illici-
ta.vbi tex.æquiparat,in criminalibus trinam citationẽ,vel vnam pro
omnibus præcedere. Sed certè,vt ſupra dixi.ille tex.loquitur in crimi
2 ne manifeſto. Et pro hac parte facit ratio,quia † in criminalibus pro
ceditur ad inſtar ciuilium.l.abſentem.cum ſi.de pœnis. Bal.autem in
l.1.C.de requir.reis. concordat opin. Cy. & Inno. hoc modo.ſ.ꝙ aut
loquimur in dilatione comparitoria, & tunc ipſa poſsit abbreuiari
per iudicem ex cauſa, ſicut poteſt in ciuili, & ita loquatur Inno. Aut
loquimur in dilatione anni, de qua in d.l.1.conceſſa à iure contra an
notationem bonorum,vel in alia ſimili.& iſta non poſsit abbreuiari.
ratio differentiæ eſt, quia prima aſsignatur à iure cum miniſterio iu
dicis: ſecunda verò datur à iure abſque aliquo miniſterio iudicis: Et
ideò concludit ibi Bal. ꝙ vbi lex dat dilationem,& poſt eius lapſum
3 aliquid ſtatuit,dilatio non poteſt mutari. Inferens,ꝙ ſi ſtatutum † di
cat,ꝙ citatus ſi non compareat infra decem dies,habeatur pro con-
feſſo: ꝙ tale tempus mutari non poteſt per iudicem. Ita Bal.in d.l.1.
quem ſequitur Ioan.de Ana.in d.c.petitionem inferre. facit quod vo
luit Pet.de Anch.in commen.c.canonum ſtatuta. de conſti.col.154.
& quod ſupra dixi circa princip. huius tertij articuli principalis. ver.
Quarta fuit opin. Bart. in quinta fallentia. Sed tu pondera prædictæ
concordiæ Bal. obſtare glo. in Clemen.1.de vita & honeſta.cleric. &
in d.c.1.de milite vaſal.qui contu.eſt.quæ loquũtur de dilatione cõ-
ceſſa miniſterio iudicis: & tamen determinatur, iudicem non poſſe
illam mutare; quare fortè melior eſt ſententia Cy.limitata, vt ſupra.
Cogita tamen propter auctoritatem excellentem Inno.

SVMMAE.

1 *Iudex an poſſit in actibus extraiudicialibus moderari terminũ præfixum parti ad actum extraiudicialem expediendum, & ratio.*

2 *Termino aſſignato in contractibus ſtricti iuris,breui,& non congruo exiſtente expeditioni cauſæ,non poterit eum iudex prorogare.& ratio.*

3 *Superior an poſſit moderari tempus,inferiori præfixum ad prouidendum de beneficio vacante.*

4 *Hæreditatis adeundæ tempus datum à lege, an poſſit per iudicem cauſa cognita moderari.*

Et quid in tempore adeundi, quod aſſignatur per iudicem hæredi ad inſtantiã creditorum, vel legatariorum. ibid.

5 *Bieunio alicui conceſſo, vt interim poſſit duo beneficia incõpatibilia per diſpenſationem retinere, an poſſit diſpenſatus hoc tempus abbreuiare.*

Et quid de ſeptemnio per epiſcopum conceſſo canonico, vt per diſpenſationem poſſit eſſe in ſtudio, an poſſit per ipſum epiſcopum reuocari. ibid.

6 *Tempus viginti dierum à lege conſtitutum in ſubhaſtatione rei eccleſiaſticæ per Auth. hoc ius porrectum. an poſſit per ſuperiorem ex cauſa augeri, vel minui, remiſſiuè.*

7 *Tempora pœnitentiæ ſpiritualis à ſuperiore præfixa, num ex cauſa per inferiorem mutari poſsint.*

8 *Terminus compromiſſi, an poſsit per iudicem prorogari, vel mandari prorogari, maximè quando non potuit arbitro liquere de cauſa.*

9 *Regula, quæ traditur, quieſcere officium iudicis pendente dilatione, octo fallentias recipit.*

Prædictis relatis, Scilicet an, & quando in ciuilibus, & criminalibus iudicialibus dilationibus legalibus iudex poſsit illas moderari: quibus multas quæſtiones addi poſſe non inficior per magis curioſos. Reſtat videre, an in
1 † actibus extraiudicialibus iudex poſsit moderari terminũ præfixũ parti ad actum extraiudicialẽ expediendũ? videtur q non; quia ea, quæ non reducuntur ad iudicium, non ſunt in iudicis poteſtate, dicit pulchrè Bal. in l. 1. §. 1. ff de iure delib. Sed melius conclude, q in contractibus bonæ fidei, vbi terminus præfixus eſt iuſtus, & congruus arbitrio boni viri ad actum expediendũ, iudex non põt illum diminuere, vel prorogare; quia debet conuentioni partium adhærere. l. ſi cõuenerit. ff. de re iudi. l. 1. §. & poſt operis. ff. de ope. no. nun. ſecus ſi terminus eſſet breuis. caſus eſt ſingu. in l. inſulã. §. in opus. ff. loca. Et idẽ vbi terminus nimis breuis eſſet aſsignatus à teſtatore. l. ſi quis ita. ff. de condi. inſti. l. ſi mihi & tibi. §. ſi quis ſeruos. ff. de lega. 1. ¶ In con-
2 tractibus † verò ſtricti iuris, & ſi terminus aſsignatus eſſet nimis breuis, & non congruus expeditioni rei, iudex non põt prorogare. rõ, quia pp talem breuitatem contractus ſtricti iuris redditur nullus, l. non vtiq;. ff. de eo quod certo loco. §. loca. Inſti. de verbo. ob. ſic reſidet Ro. in l. 2. ff. de re iudi. col. 30. quod eſt bene notandum. ¶ Se-

cundò

cundò quæro † an ſuperior poſsit moderari tempus præfixũ inferiori ad prouidendũ de beneficio vacante? de quo in c. 2. de cõceſsio. præben. & in c. he pro defectu. de elec. Ioan. An. in c. cum olim. de maio. & obe. dicit, ꝙ ſuperior põt prorogare tale tempus per totũ id tẽpus, quo ad eum ſpectaret prouiſio iure deuoluta: quia tunc ſibi tm̃ præiudicat. & in iure ſuo quilibet eſt arbiter, & moderator, l. in re mãdata. C. mand. ẽt in abutẽdo, p tex. & gl. in l. ſed ſi lege. § cõſuluit. ff. de petitio. hæredi. ſolet notari in c. de his. de ſepul. Vltra verò id tempus nõ põt; quia tunc præiudicaret ſuo ſuperiori, ad quem deuoluenda eſt prouiſio per ſuam negligentiã, cui præiudicare non põt, ar. c. ex inſinuatione. de appella. & c. venientes. de iureiuran. quod eſt ſecundùm Roma. in d. l. 2. col. 36. valde no. quia temporibus ſuis fuit de hoc ardua q. in vrbe, quæ ſibi fuit commiſſa, & pronunciauit, vt ſupra. ſed an ſuperior dictum tẽpus poſsit diminuere? dic, ꝙ non, per reg. indultũ li. 6. Item quia poſt tale tempus ius inducit priuationẽ ſui iuris prouidendi (& ſic pœnam grauẽ imponit negligenti) ſuperior nõ debet poſſe diminuere, per ea, quæ dicta ſunt ſupra circa principiũ huius tertij articuli. in ver. Quarta fuit op. Bart. in quinta fallentia. & ſupra ſæpius eſt repetitũ in diſcurſu quæſtionũ multarũ. ¶ Tertiò quæro, an tẽpus
4 † adeundi hæreditatẽ datum à lege poſsit cauſa cognita per iudicem moderari? Bart. in l. 2. ff. de re iudica. tenet, ꝙ ſic, per l. ſi ſeruus. ff. de bo. aucto. iudi. poſs. & l. ſi diu. ff. ex qui. cau. in poſs. ea. l. quamdiu. la fi. ff. de acquiren. hæredi. in l. 1. ff. de cu. bo. dan. Et prædicta vera ſunt in tempore dato à lege ad adeundam hæreditatẽ, quod eſt perpetuũ. l. licèt. C. de iure deli. Sed an idem ſit in tempore adeundi aſsignato p iudicem hæredi ad inſtantiã creditorum, vel legatariorũ. quod tempus prætor, imitando prætorem mortuum, debet aſsignare: vt in ſuo ſit tempus anni, in extraneo centum dierum, per l. ſi quis inſtituatur. la grande. in fi. princi. ff. de hæred. inſti. facit l. 1. §. largius. & totus titulus. ff. de carbo. edic. & l. 1. ff. de iure delibe. Bart. ibi & in d. l. ſi quis inſtituatur. tenet talem terminũ non poſſe moderari. Plus dicit, aſſeſſores in ſtatuitione minoris termini errare, quod dicit notandũ; quia poterunt deuaſtari mille proceſſus. Et hanc opi. Bart. videtur ſequi Bald. in d. l. 1. ff. de iure delibe. limitans hoc verum quò ad effectum, vt lapſo termino habeatur pro adeunte, vel repudiante. l. quamdiu. ff. de acqui. hæredi. Sed quò ad hoc, vt iſte terminus habeat vim citationis, ita vt poſsit ex contumacia procedi ad vlteriora, & ſic talis terminus reſoluatur in citatoriam comparitionem, & non in deliberatoriã

ſuper

ſuper adeundo, vel repudiando.facit ſecundũ ipſum quod no. Inn. in c.fin.de coha.clerico.& mulie.Ex quibus videtur poſſe inferri, glo.in d.l.quamdiu.quã ibi ſequuntur Bal.& Ang.& Bal.in rubri. C. de ſucceſſo, edict.quæ dicit,ꝙ hoc tempus eſt arbitrariũ iudici,nõ bene dicere,ad quod bo.tex.in l.fi.§.ſed quia quidam. C. de iure delibe. quæ dicit, ꝙ hoc temp. deliberandi ſuper aditione, vel repudiatione non conſequitur hæres à iudice vltra terminũ nouem menſium.nec ab Imperatore vltra annum.ecce ergo,ꝙ non habemus diſtinctionem inter ſuum,& extraneũ.Ibi enim dicitur,ꝙ nouem menſes non poſſet conſequi: & ſic apparet non eſſe arbitrarium iudici : tñ quia hoc tempus datur à lege cũ miniſterio iudicis,putat Rom. in d.l.2. col.57. iudicẽ ex cauſa poſſe talẽ terminũ moderari : quod an verũ ſit, dependet ex his,quæ dicta ſunt infra circa principiũ huius tertij articuli principalis. ver.Tertia fuit opi.

5 ¶ Quartò quæro.Diſpẽſatum† eſt cum Titio, vt poſsit ſimul tenere duo beneficia incompatibilia vſq; ad bienniũ : an diſpenſans poſsit hoc tempus abbreuiare ? hanc quæſtionẽ ponit Oldra.in conſ.250.aliàs 238. vt refert Pet.de Anch.in c.cũ ex eo. de elec.lib.6.vbi glo. Arch.& Io.And.ponunt in ſimili q.de canonico, cũ quo eſt diſpenſatũ per epiſcopũ, vt poſsit eſſe in ſtudio per ſeptẽniũ : an poſsit per epiſcopũ reuocari? veritas eſt,quòd non. Primò quia nõ licet mutare conſiliũ in alterius detrimentũ . ¶ Secũdò decet indultũ manere conceſſum,regula decet.lib.6.§.generaliter.in Auth. cõſtitu. quæ de dignita. ¶ Tertiò iuuari,non decipi,beneficio nos oportet.l. in commodatis. §. ſicut.ff. commo.c.1.de commo.¶ Quartò.vbi decet inferiorem diſpenſare;ſi deneget,licitè põt adiri ſuperior,vt diſpẽſet,glo.no.in c.exigunt. 1.q.7.argu.c.nullus.de iure patro. nam iniuria videtur fieri ei,cui eſt diſpenſandum,ſi negetur illi diſpenſatio.l. 1. §.permittitur.ff.de aqua quot.& æſti.ergo conſequens eſt, vt non debeat adiri ſuperior,volens reuocare diſpenſationẽ,quã ab initio cõcedere alicui de iure tenebatur.nam cui damus actionem, multò magis exceptio.l.inuitus.§.cui damus.ff.de regu.iur.l. 1.§.quod ait.in fin.de ſuperficie. ¶ Præterea turpius eijcitur, quàm non admittitur hoſpes.c.quemadmodum.de iureiuran. Fallit tamen hæc concluſio, qñ ex iuſta cauſa ſuperior vellet moderari:quia ex eadem cauſa põt priuilegium iam conceſſum in totum tolli.c.ſuggeſtũ.de deci. Et ita reſidet Oldra.vbi ſupra,& Pet.de Anch.in d.c.cum ex eo.& Roma.in d.l. 2.col.57.dicens,ꝙ ipſo exiſtente in curia,pluries ita concluſum fuit ꝑ dños ſuos.

6 ¶ Quintò quæro:an tempus 20. dierum † ſtatutũ à lege

in ſubhaſtatione rei eccleſiaſticæ Auth. hoc ius porrectum. C. de ſac. ſanc.eccle.canonizata 10.q.2.poſsit per ſuperiorem ex cauſa augeri, vel minui. Archi. in d.c.hoc ius porrectum. tenet, ꝙ ſic.arg.l.2.ff. de re
7 iudi.vbi hoc ſequitur Roma.colum.59. ¶ Sextò quæro † an tempora pęnitentiæ ſpiritualis, præfixa à ſuperiore poſsint ex cauſa per inferiorem mutari: videtur ꝙ non; quia ſtatuta ſuperiorũ inferiores non poſſunt mutare, Clementi. ne Romani. de electio. l.minor.§.magiſtratus.ff.de mino. Contrariũ tenet Roma.in d.l.2.col.35. & alleg. glo.in c.tempora pœnitudinis.26.q.7.& tex.in c.latorem.23.q.2.probatur in ſimili in l.ſi hominẽ.ff.manda. ¶ Sed aduerte, quia hæc opinio Roma.non videtur tuta.nam contrarium tenuit glo.in d.c.latorẽ.dicens, ꝙ iò ibi inferior mutat, quia Papa hoc ſibi cõceſsit. Præterea hoc idẽ tenuit Lap.& Domi.in c.2.de offi.vica.lib.6.referens Archi.ita tenere in c.2.15.q.2.¶ Cõſidera pro cõcordia fortè poſſe dici, ꝙ inferior tpa pœnitudinis mutare non põt. moderari tamen ex cã poteſt. Moueor ex traditis per gl. in ver.tolli.in d.Cle.ne Rom.& per tex. in c.ſi. de offi.Archi.vbi notatur, ꝙ licèt inferior legem ſuperioris non poſſit tollere, põt tamen illam limitare.quod nota. ¶ Septimò quæro, an
8 iudex poſsit prorogare † terminũ compromiſsi, vel mandare prorogari, maximè qñ arbitro non potuit liquere de cauſa. Vide tex.ibi, plenè traditur in l.non diſtinguemus.§.dies.& in l. diem proferre. ff. de arbi.aliquid ponit Bald.in c.Quintauallis.in vltima colu.de iureiurã. ¶ Octauò, quia ſupra ſæpe dictum eſt, ꝙ pendente dilatione quieſcit officium iudicis.c.ſignificante.de appella.l.ſiue pars.C.de dilatio. ſcire debes id eſſe regulare. Sed fallit primò, quando cauſa, pp quam fuit data dilatio, eſt finita, quia tunc non impeditur offi.iudi. l. à filia. §.alumno.ff.ad Trebel.l.3.§.Stichus.de ſtatu lib.l.ſi quis hæres.§.1.de hære.inſti.vbi hoc ſequitur Io.de Imo.& reſidet Areti.Inſti.de actio. § ſi minus.col.14.in princ.dixi ſupra in hoc 3.artic.ver.Decimò quæro. circa fin. ¶ Secundò fallit, quando id, ad quod data fuit dilatio, eſt quid inutile ad cauſam, quia tunc non debet expectari eius euentus, probatur in l.cum pater.§.curatoris.de leg.2.non enim eſt expectandum id, cuius euentus nihil operatur. l. ſi quis ita hæredem ſcripſerit.ff.de acquir.hære.l.aliquando. ff. ad Velleia. c. cum contingat. de officio delega. ¶ Tertiò fallit, quando illud aliud, ſuper quo iudex vult procedere, eſt quid diuerſum ab eo, ſuper quo ſtatuit dilationẽ, nec eſt ei connexum, vel præiudiciale.l.generaliter.§. his de præſenti. ver.nullo.C.de rebus credi.l.creditor.in prin.iuncta glo. ff. mandati.

¶ Quar-

¶ Quartò fallit, vbi periculũ eſt in mora, probatur in l. quæſitum. ff. de pigno. ſecundũ lec. glo. & in l. qui cædem. ff. de ſicca. & in l. ſi quis filio. §. ſi tamen. ff. de iniuſto rup. l. 1. §. fi. l. ſolem. & l. eandem. ff. de ferijs. l. dies feſtos. iuncta glo. in ver. fideiuſsionis flagitetur exactio. C. de ferijs. ¶ Quintô fallit fauore fiſci, cuius fauore per offi. iudi. compellitur debitor debitoris fiſci ad ſoluendũ, pendente termino ſolutionis. tex. eſt ſingu. in l. 1. C. de condi. ex lege. ¶ Sextò fallit in termino 30. dierum pręfixo appellãti ad recipiendũ apoſtolos: quoniã ex proprio officio iudex parti etiam non petenti illos dare poteſt, caſus eſt in l. eos. §. apoſtolos. C. de appel. ¶ Septimò fallit, qñ partibus conſentientibus proceditur dilatione pendente, per id, quod not. glo. elegans in l. 1. §. fin. ff. de præto. ſtipula. Has ſeptem notabiles fallentias ponit Roma. in d. l. 2. ff. de re iudi. col. 59. & ſequenti. ¶ Tu adde octauò, quòd pẽdente dilatione pro euictione ipſius dilationis, non quieſcit officium iudicis. Verba ſunt notanda Bald. in l. ſi quis ſeruo perſuaſerit. C. de furtis. Sed fuit dictum Inn. in c. ſignificante. de ap. quod eſt ſingu. notandum.

SVMMAE.

1 *Dilationis legalis moderandæ quæ dicatur eſſe iuſta cauſa. quæ multiplex eſt.*

2 *Iudice dilationem legalem ſine cauſa arctante, datam tamen cum iudicis miniſterio; lex ſupplet hoc caſu.*

3 *Iudex legales dilationes moderans, an debeat moderationis exprimere cauſam.*

4 *Onus probandi in cauſa appellationis, ꝙ moderatio dilationis fieri non potuerit, cui incumbat. remiſſiuè.*

5 *Appellans in dilationibus non arbitrarijs, ſed â lege taxatis, probare debet iuſtam affuiſſe cauſam moderationis.*

6 *Citatio partis num requiratur in moderatione dilationis.*

7 *Prorogatio temporis compromiſſi, cuius prorogandi facultas eſt arbitro à compromittentibus concesſa, an partis requirat citationem.*

8 *Arbiter, ſeu delegatus exiſtens extra locum compromiſſi, an poſſit termini prorogationem facere.*

9 *Terminus quot vicibus poſſit per iudicem moderari, arctando, vel prorogãdo.*

10 *Contrahentium voluntas in dubio præſumitur conformis naturæ actus, qui geritur.*

11 *Arbitro licèt ſit data poteſtas prorogandi compromiſſum; id tamen inuitis, & contradicentibus ambabus partibus non poterit prorogare.*

12 *Verba generaliter prolata ſunt intelligenda ciuiliter, & reducenda ad naturã contractus, & intelligentiam iuris cõmunis.*

13 *Voluntas liberalicèt nullis claudatur finibus: tamen in compromiſſis voluntas pro diſcretione, & arbitrio ponitur.*

14 *Termino primo lapſo, iudex, vel arbiter ſi ex conceſſa ſibi poteſtate vtantur verbis prorogatiuis (putà prorogamus) an illa termini prorogatio valeat ſaltem, tanquam nouæ termini ſtatutio.*

Et quid ſi partes finito compromiſſo prorogent illud ſimpliciter; an ſit prorogatio. ibid.

15 *Prorogatio quid ſit.*

Circa quartum principalem articulũ. ſ. qualiter fieri debeat moderatio per iudicem dilationis legalis ex cauſa.

1 ¶Primò quæro, quæ erit iuſta † cauſa moderandi talem dilationem legalem. dic ꝙ multiplex, vt ponit Bart. in d. Auth. qui ſemel. C. quomodo & quando iudex. & in d. l. 2. ff. de re iudi. Domi. Anto. in c. præterea. de dila. & Abba. in c. 1. de dila. i. ſi cõſuetudo fori hoc habeat, vt noc. per Cy. in d. Auth. qui ſemel. facit l. 3. ff. de teſtibus. ¶Secunda, ſi iuriſdictio erat modico tempore duratura. exemplum in cauſis ſindicatus officialium, quę debẽt terminari infra quinquaginta dies, l. 1. C. vt omnes cauſæ tam ciui. quàm crimi. nam ex quo ſtatuitur tẽpus modicum, videtur data poteſtas iudici alterandi terminos legales, argu. c. præterea. de offi. delega. l. 2. ff. de iuriſdict. om. iudi. no. in c. de cauſis. de offi. delega. de quo latius dixi ſupra in tertio articulo principali. in q. 9. ¶Tertia. ſi quæſtio eſt modicæ quantitatis, ſeu vilis. Auth. niſi breuiores. C. de ſenten. ex pericu. reci. & quæ dicatur modica cauſa, relinquitur arbitrio iudicis ſecundùm qualitatẽ perſonarum, vt dicit glo. in c. ſi. de re iudica. lib. 6. facit glo. in c. illicitas. §. ne tenuis. ff. de offic. præſid. & in l. ſed ſi ſuſceperit. ff. de iudi. & ita tenet Abb. in c. 1. de dila. Tu melius dicas illam dici cauſam breuẽ, in qua ſi ordinariè procederetur, maior eſſet expenſa ſcripturarum, quã valor rei petitæ, ita ſingulariter Bar. per illum tex. in l. mediterraneæ. C. de anno. & tribu. lib. 10. ſequitur Abb. in cap. 1. col. 10. de libel. obla. quod eſt bene notandum. ¶Quarta eſt. ſi res, de qua agitur, eſſet tẽpore modico peritura; puta ſi eſt qõ inter duos, quis eorum debeat eſſe rector pro duobus futuris menſibus: nam tunc, cum tempus citò labatur, iuſta erit cauſa moderationis. facit quod no. in c. ſi. de iudi. &

di.& in l. 1.ff.de glande legenda. ¶ Quinta eſt ex qualitate cauſæ;pu
ta eſt cauſa in ciuitate,in qua ſolet fieri conſilium,antequam delibe-
retur caſus.nam iſta erit iuſta cauſa prorogationis,vel moderationis
dilationis legalis.cap. fi.de dila. ¶ Sexta,ſi eſſet quæſtio ſuper equo,
qui ſuper hoſpitio magis comederet,ſi ſeruaretũ dilatio legalis,quàm
valeret.d.l.mediterraneæ.ſecundum Bar.in d. l. 2. & domi. Anto. in
d.c.præterea.col.pen.de dilatio. & Abb.in d.c. 1.eod. titu. ¶ Septi-
ma ſi agitur de alimentis;quia dilatione legali expectata, quis poſſet
interim fame perire ſecundùm Doct. vbi ſupra. ¶ Octauò in cauſa
dotis, quæ eſt multum priuilegiata,l. 1. ff.ſoluto matrimo. l.aſsiduis,
C.qui po.in pig.ha. Et ita in dote Bar.in d.l. 1. ff.ſolu.matrimo.exem
plificat.l. 2. ff.de re iudi. ¶ Nona ſi iudex,præſentibus partibus, plu
ries audiuit allegationes eorum.iſta erit iuſta cauſa, ꝙ poſsit ſtatue-
re dilationem vnam,& breuem cum peremptorio ad audiendum ſen
tentiam l.nonnunquam.ff.de iudi. ¶ Decima eſt qualitas perſona-
rũ. nã maior dilatio eſt danda ſecundùm co.opin. iuueni,l.cõtinuus.
§.cum quis.ff.de verbo.obliga.& in d.l.nonnunquam. ¶ Vndecima,
qñ quis fecit quicquid potuit:tũc.n.poterit ex hoc dilatio prorogari,
d.l.2. ¶ Duodecima eſt contumacia eius, qui potuit, ſed non vult.d.
l. 2.& idem dicendum de ſimilibus,quæ habent mouere animum iu-
dicis ad moderandum,vel prorogandum. Et has cauſas ponit Bart.
in d.l.2. Abbas in d.c. 1. Domi.Anto.in d.cap.præterea. quem tacet
Abb.faciunt quæ no.Inno.in c.quærenti.de offi.delega. Bal.in l. 1.C.
de temp.ap.& domi.Ant. in c.cum ſit Romana. de ap. ¶ Sed iuxta
2 prædicta quæro,quid ſi iudex † arctat dilationem legalem ſine cau-
ſa,data tamen cum miniſterio iudicis,& ſine cauſæ cognitione?Iaco.
de Are.dicit, ꝙ hoc caſu lex ſupplet,per l. 4.§.ſi quis cõdemnatus.ff.
de re iudi. Cõtrarium eſt verius;patet,quia hoc caſu permittitur par
ti appellare.c. 1.de dila.quod nõ permitteretur,ſi lex ſuppleret,cum
tunc in nullo grauaretur. ¶ Nec ob.d.§.ſi quis condemnatus. quia
loquitur in dilatione legali conceſſa ſine miniſterio iudicis.& ita no-
tanter Bar.in d.l.2.quem ſequitur Abb.in d.c. 1. & domi. Ant.in d.c.
præterea.& Doct.in c.quod ad conſultationem.de re iudica.vbi tex.
hanc concluſionem limitat,vt non habeat locum,quando pars ab ini
tio talem dilationem breuem,& arctatam ſuſcepit:quo caſu nec au-
ditur appellans,vt ibi.facit quod no. Bal.in l.2.circa prin.C.quomo
do & quando iudex.poſt Specu.tit. de citatione.§.nunc de tempore.
in fi.& Cy. in l. 1.C.de dila. ¶ Sed an ſufficiat contradictio ſine ap.

vide pulchre Inno. domi. Anto. Ioã. de Imo. & Abb. in d.c. quod ad
conſultationem. ¶ Ex prædictis apparet non bene fuiſſe locutum
Pet. de Ancha. in commento c. canonum ſtatuta. col. 154. dicentem,
ꝙ ſtante ſtatuto, ꝙ non comparens ponatur in banno, in quo aſsigne-
tur ſibi terminus octo dierum, infra quem ſi non compareat, habea-
tur pro confeſſo: tunc ſi iudex in banno aſsignauit terminum ſex die-
rum, ꝙ nihilominus poſt octo dies habebitur pro confeſſo; quia lex
ſupplet per d.l. 4. §. ſi quis condemnatus. Sed an bene dixerit Pet. de
Anch. ex prædictis colligitur, ꝙ nõ. ¶ Secundo quæro, an iudex mo-
derans, debeat exprimere cauſam moderationis. glo. in cap. 1. de di-
la. tenet, ꝙ ſic: vt pars non habeat cauſam appellandi. Sed hoc limi-
tat ibi Abb. procedere, vbi in loco conſueuerunt ſeruari dilationes
legales: quo caſu ſi non apparet de iuſta cauſa receſſus, videtur iu-
ſta cauſa appellandi. facit quod no. Innocen. in cap. præterea. eodem
titulo. Secus vbi de conſuetudine fori non ſeruantur tales dilatio-
nes, iuxta no. per Innocen. in cap. ad petitionem. de accuſatio. con-
cludentem, ꝙ prudenter facit iudex, ſi in moderatione dilationis in-
ſerat cauſam, & ſuper illa interloquatur. ſ. ꝙ iuſta ſit cauſa modera-
tionis, ad hoc vt amplius non poſſet dici contra. etiam ſi ſit contra
ius litigatoris. d.c. quod ad conſultationem. & ita interloqui poteſt,
etiam parte non citata. quod eſt perpetuò notandum. & Inno. ſequi-
tur Bald. in c. 1. col. 1. ver. Dixit inde. de mili. vaſal. qui contu. eſt. facit
quod no. Inno. in c. querelam. de procu. dicens, ꝙ non in omni inter-
locutoria requiritur citatio partis. & vide Specu. titu. de citatione. §.
viſo. verſ. 7. Sed Abb. in c. 1. de dila. ſentit, ꝙ immo talis interlocuto-
ria non valeat, abſente parte, quod etiam ſentit Bal. in l. 1. in fi. col. C.
quomodo, & quando iudex. dicens ꝙ ſicut in danda dilatione requi-
ritur cauſæ cognitio, & ſic citatio partis, ſic in dilatione alteranda, l.
1. & l. à procedente. iuncta gl. 1. C. de dila. Idem tenuit Bald. in d.l. 1.
circa princi. vbi dicit, ꝙ ſicut non eſt in arbitrio iudicis dare, vel ne-
gare dilationes: ita non eſt in eius arbitrio dilatio. reſtringere, ſed de-
mum cauſa cognita. Conſidera pro concordia fortè poſſe dici, ꝙ in
actu diſcutiendi, an moderatio dilationis ſit fienda, vel non, requiri-
tur citatio partis: & ſic procedant dicta Bal. ſed in actu ipſo interlo-
quendi, quem ſuper dicta cauſa moderationis facit iudex, non requi-
ratur citatio partis: & ſic loquatur Inno. Moueor ex his, quæ in ſimi-
li no. Car. in Clemen. in pleriſque. in 8. col. de elect. & Roma. plenius
in conſi. 482. dicens, ꝙ licèt in actu diſcutiendi factum, ſuper quo re-

quiritur

quiritur declaratoria iudicis, vt in caſu.c.cum ſecundum. de hære.li.
6. requiratur citatio partis, vt dixit in glo.in Clementi.multorum, in
ver.conſtiterit.de pœnis.& in Clemen. præſenti.de cenſi. quæ glo.ſic
debent intelligi. tamen in ipſa declaratoria ferenda non requiritur
citatio per tex.in c.reprehenſibilis.de appell.licèt malè intelligentes
aliter dicant.ſ. ꝙ in tali declaratoria requiratur citatio. facit etiam
quod voluit Bal.in l.1.& l.fi.C.de ſen.ex peri.reci.& Abb.in c.2.col.
antep.de teſti.quod eſt bene notandum. Et ad prædicta faciunt quæ
infra dicam in q.ſequē. an in moderatione dilationis requiratur par
tis citatio. ¶ Sed iuxta prædicta quæro, cui in cauſa iſta appellationis
5 † incumbat onus probandi, ꝙ moderatio fieri non potuerit? Bar.in l.
2.ff.de re iudi.ſe remittit ad notata per Inno. in d.c. ad petitionem.
Ex cuius mente conclude, ꝙ in dilationibus non arbitrarijs, ſed à le
6 ge taxatis † appellans habet probare iuſtam cauſam moderationis.
nam cum lex limitatè taxauerit dilationem, & non eam commiſerit
arbitrio iudicis. Si ex cauſa iudex voluerit eam moderari, & pars ap-
pellauerit, onus probandi, ꝙ ſic potuerit facere, incumbit appellato.
Sed in arbitrarijs præſumitur iuſta moderatio, niſi probetur contra-
rium. cum præſumatur pro iudice.c.in præſentia. de proba.l.2.C.de
proba.ſecundùm Inno.in d.c.ad petitionem.cum quo reſidet Domi.
Anto.in d.c.cum ſit Romana.de appel.& Abb.in d.c.ad petitionem.
inferens ex dictis Inno.tria. Primum, ꝙ vtile eſt ſemper cauſam mo-
derationis exprimere, & interloqui ſuper ipſa. Si tamē non exprima
tur, ſatis eſt cauſam ſubeſſe. Secundum, ꝙ in dilationibus à iure con-
ceſsis, & taxatis non præſumitur iuſta cauſa moderationis. Tertium,
ꝙ in arbitrarijs præſumitur cauſa, niſi probetur contrarium. Et ideò
cum hodie de ſtilo curiæ non ſeruentur dilationes iuris, ſed arbitrio
iudicis præfigantur. ſequitur, ꝙ appellans habebit probare iniuſtitiā
moderationis, quam oſtendet allegan. diſtātiam locorum, & viarum,
& qualitatem cauſæ; vt quia ardua, & habuit modicum tēpus ad de-
liberandum. Econtra pars aduerſa probabit iuſtam cauſam modera
tionis, allegando modicitatem cauſæ, vel aliam ex cauſis ſupraſcri-
7 ptis. ¶ Tertiò quæro † an in moderatione dilationis requiratur
citatio partis? Vide in primis, quæ dixi ſupra in præcedente ſecunda
quæſtione. quibus adde Roma.in d.l.2.col.62, vbi arguit ad partes,
& primò videtur, ꝙ non, quia augmentum eſt eius naturæ, cuius eſt
id, quod augetur, l.ſi conuenerit.§.ſi nuda.ff.de pigno.actio.l.inter ſo
cerum.§.cum inter.ff.de pact.do.l.ſi ex toto.ff.de leg.1.l.etiam.C.de

iure do.l.epiſcopale.C.de epiſco.audien. facit quod no.Pau.de Caſt. in conſi.8.ponens, an ratione augmenti dotis, hipotheca trahatur etiam ad ea bona, quæ vir habebat tempore dotis, ſed non tempore augmenti. facit etiam quod idem Pau.no.in conſi.413.vbi ponit, quã do mulier pro augmento dotis gaudeat priuilegio prælationis alijs creditoribus. facit etiam quod pulchrè voluit Abb. in conſilio 43. determinans, ſtatutum de dote lucrãda habere etiam locum in augmẽto dotis, vt ibi per eum. Sed dilatio non requirit citationem, vt ſatis debilibus argumentis tenet Specu. titu.de dilatio.§.nunc videamus. ver. Sed pone. ergo nec prorogatio illius. ¶ Contrarium tamen verius eſt: quia quicquid dixerit Specu. dilatio requirit citationem, vt tenet Fede. in conſ. 228. incip. Caſus talis eſt. quẽ ſequitur domi. Anton. in c. licèt cauſa n. de probat. probatur hæc opin. in l. à procedente. C. de dila. vbi patet dilationem eſſe concedendam cauſa cognita, ergo parte citata: quia vbi requiritur cauſæ cognitio, ibi partis citatio eſt neceſſaria, l. ſi deſertã. vbi glo. alleg. concor. C. ſi propter publi. penſit. ¶ Secundò. Conceſsio dilationis eſt quædam interlocutoria non paruui præiudicij; ergo requiritur citatio, patet in l. conſentaneum. C. quo modo & quando iudex. l. properandum. §. & ſi quidem. C. de iudi. no. Bar. plenius Roma. in l. qui opus. ff. de ope. no. nun. Et intellige prædicta vera in dilatione probatoria: ſecus in expectatoria, quia expectatoria, & eius prorogatio nõ requirit citationem partis. tex. eſt in l. ſed ſi interpellatur. §. ſi arbiter. & in l. diein proferre. in prin. ff. de arbi. Et hic repete quæ pro concordia dixi ſupra in q. proximè præce. ¶ Sed
7 quid dicendum de † prorogatione temporis compromiſsi, cuius facultas prorogandi conceſſa eſt arbitro à compromittentibus: an requirat partis citationem? Bal. in l. 1. C. de ſenten. ex pericu. recitan. tenet, ꝙ non: quia talis prorogatio eſt executio poteſtatis arbitro conceſſæ, quæ nõ requirit partis citationem. l. 3. C. de diſtr. pigno. ſecundùm veram lectu. niſi modus excedatur. l. ab executore. C. quorum appella. ¶ Confirmatur hæc opi. ex eo, quod diximus, executionem ſententiæ, quæ fit ſuper eadem re, ſuper qua eſt lata ſententia, non requirere partis citationem, vt no. Inno. in c. ex ratione. de appella. Barto. in l. meminerint. C. vnde vi. & in l. à diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iudicata. Prætereà ad idem caſus eſt in d. l. diẽ proferre. ſecundùm communem intellectum. & ita tenet Roma. in d. l. 2. ff. de re iudica. col 62. Et adde idem tenere Bal. in c. Quintauallis. de iureiuran. in vlti. col. vbi limitat hoc verum in prorogatione, quæ fit per pactum,

vel à

vel à lege: ſecus in prorogatione compromiſsi, quæ fieret à iudice, vel eius mandato, quando arbitro non potuit liquere de cauſa, & ita ſecundùm ipſum debet intelligi l. non diſtinguemus. §. dies. ff. de arbi. Et ſupraſcripta concluſio. ſ. ꝙ prorogatio compromiſsi poſsit fieri ſine citatione partis, maximè procedit, quádo prorogatio fieret vltimo die termini, per ea, q̃ no. Bal. in d. Auth. ei qui. vbi hoc tenet. Et ibi dicam infra ea. Clem. §. & quia. ſuper glo. in verbo ad id. ¶ Quærit etiam Bald. in d. c. Quintaua lis. de pulchra quæſtione, an arbiter
8 † vel delegatus exiſtens extra locum compromiſsi poſsit hanc prorogationem facere. de quo ibi per eum, & per eundem Bal. in Auth. ei qui. C. de tempo. appel. & in conſi. 299. in prima parte. incipiente. Nobiles viri. col. fi. & in conſi. 300. col. fi. incipiente. Omnis poteſtas. & in dictis conſi. Bal. videtur ſibi contrarius. ¶ Aduerte tamen, ꝙ licèt in prorogatione cõpromiſsi non requiratur partis citatio, debet tñ ipſa prorogatio intimari partibus, aliàs talis ꝓrogatio nõ aſtringit partes, & arbiter videtur doloſè prorogare. quod procedit, etiam ſit ſit dictum, ꝙ poſſet procedere, partibus abſentibus, & ignorantibus. & ita notanter decidit Bal. in l. eos. §. apoſtolos, C. de appell. per tex. in Clemen. 1. eo. titu. & in l. 2. C. de decu. lib. 10. in quibus eſt expreſſum, ꝙ vbi termini præfixio poteſt parti nocere, illi eſt fienda intimatio. Accedat bon. tex. in Clemen. cauſam. in fi. de electio. & facit quod in ſimili voluit Specula. de arbitris. §. excipitur. ver. Sed pone, ꝙ ſit actum. dicens, ꝙ licèt ſit actum, arbitrum poſſe ferre ſententiam partibus abſentibus: nihilominus earum citatio in pronũciatione requiritur, arg. d. l. properandum. §. & ſiquidem. & l. fi. §. illud. C. de tẽpo. appella. Et ita reſidet Roma. in d. l. 2. colum. 62. dicens prædicta fore notanda ad l. diem proferre. & l. litigatores. ff. de arbit. ¶ Tu adde, ꝙ idem, quod poſuit Bal. in d. §. apoſtolos. tenet ipſe Bal. in l. 2. C. de ſen. ex pericu. reci. & in Auth. ei qui. C. de tempo. appel. ¶ Et latius hoc diſputans tenet Bal. in prima parte conſiliorũ in coſ. 300. incipiẽte. Omnis poteſtas. & in cõſ. 301. quod incipit. Lex cõpromiſsi. & in conſ. 299. in fin. incipiente. Nobiles viri. facit quod volunt Inno. & Io. An. in c. conſuluit. de offi. delega. ſcilicet, ꝙ quando terminus prorogatur abſenti, debet illi notificari. & Ang. in l. cum non eo die. C. quando prouoca. Bal. in l. 2. C. vbi in rem ac. facit l. ſcire oportet. §. multa. ff. de excuſa. tuto. & l. 1. §. annus. de requi. reis. glo. in c. ſtatutũ. de præben. li. 6. tex. in l. neceſſe. ff. de in diem adiec. ¶ Fortius poſſet forte temptari, ꝙ partes huic intimationi renunciare nõ poſſunt. nam

arbiter non intimando doloſè facit, vt ſupra dixi. Sed dolus de futuro
remitti nõ põt, l. iuriſgentiũ. §. illud. ff. de pac. Niſi dicas propter dictã
renunciationẽ ceſſare dolum in arbitro: vel poſito, ꝙ dolus adſit, eſt
præſumptus dolus, cui põt renunciari ſecundũ no. in d. §. illud. de quo
aliquid ſentit Bald. in præallegato conſ. 300. incipiente. Omnis pote-
9 ſtas. ¶ Quartò quæro, quot vicibus † poſsit per iudicem moderari
arctando, vel prorogando? hanc. q. in iudice non reperio tactã. Sed in
ea ſic concluderem, ꝙ quotiens ſubeſt iuſta cauſa, inſpecta qualitate
rei, cauſæ, & perſonarũ, totiens hoc poſsit, per regulam l. 2. ff. de re iu- 8
dica. & maximè quando iudex nouã poſſet ſtatuere dilationem: quia
tunc à fortiori poſſet antiquã, & iam ſtatutam prorogare. argumen.
notatorũ in l. fi. ff. de ferijs. & in c. vltra tertiam. ff. de teſtibus. & ſupra
ſæpius dixi. ¶ In arbitro aũt ſi quæratur, quot vicibus ex poteſtate
ſibi indefinitè conceſſa prorogãdi valeat prorogare. Spec. tit. de arbi.
§. excipitur. ver. Quid ſi fuerit dictum. tenet, ꝙ ſemel tm̃: quia prolatio
actus affirmatiuè concepta recipit conſumationẽ in primo actu, quo
celebratur. alleg. Specu. l. boues. §. hoc ſermone. ff. de verbo. ſigni. l. fi-
deicõmiſſa. §. ſiquis. 10. ff. de leg. 3. c. cum in multis. de reſcrip. lib. 6.
& hoc, vt euitetur infinitas. d. c. cum in multis. & l. qui bona. in princ.
ff. de damn. infec. ¶ Ego hoc dictum Spe. confirmo auctoritate Bald.
qui eum ſequitur in c. olim ex litteris. de reſcrip. & eiuſdem Bal. in pri
ma parte conſiliorum. conſ. 302. incipien. Dilatio probatoria. & dixi
aliquid ſupra apoſtillando tex. huius Clemen. in verbo. ſæpè. dum ad-
didi, quid de dictione, ſæpiſsimè. Accedit quod in ſimili per glo. ibi in
verbo, q anno. determinat Bal. in l. diuortio. §. ob donationes. ff. ſolu.
matri. dicens, ꝙ ſi vendo tibi roſas, ſeu fructus huius viridarij, & bis in
anno colliguntur, intelligitur facta venditio de primis tantùm. coadiu
uat hoc dictum, quod tradit Bart. in l. hoc articulo. in fi ff. de hære. in-
ſti. vbi dicit, ꝙ ſi ſtatutum dicat. Quicunq; acceperit vexillũ, lucretur
centum, debet intelligi de prima captura tm̃, per d. §. hoc ſermone. fa-
cit ẽt quod no. Albe. de Roſa. in ſecunda parte ſtatutorũ. q. 180. inci-
piente. Per do. fratrẽ Vbertum. & quæ no. Bart. in l. dotis promiſſio. ff.
de iure do. & Bart. in l. 1. ff. ad leg. Iul. maie. dicens per dictum. §. hoc
ſermone. ꝙ vbi indeterminatè petita eſt ſecuritas eundi, & redeundi,
& indeterminatè conceſſa, intelligitur de prima vice tm̃; de quo ibi ꝑ
eum, & per Io. Cal. in diſputatione, quæ incipit. Ex octo ſtudentibus.
& Ang. in l. vtimur. ff. de ſepul. vio. Abbas in c. 2. de treu. & pa. Repe-
rio tñ Roma. in d. l. 2. col. 62. tenere contra Specu. licèt dicat nõ repe

nire contradicentẽ,& ſe mirari, ꝙ Io. An. in addi. nihil addat; ſed potius videatur tacitè eius dictum approbare. Mouetur Roma. primò, quia talis indefinita conceſsio prorogandi æquipollet vniuerſali, l. & ſi pluribus. ff. de lega. 1. l. 1. §. cum vrbem. ff. de offi. præfec. vr. c. vt circa. de electio. lib. 6. importat, ꝙ non ſolum ſemel, ſed etiã pluries poterit fieri prorogatio, quando in tempus præcedens non potuit arbitro liquere de cauſa. ¶ Secundò quia videmus arbitrum, qui nõ potuit infra tempus iudicare, cogi de nouo ſuſcipere arbitriũ. l. & ſi qua alia. § fi. cum l. præce. ff. de arbi. ergo fortius poterit tp̃s cõpromiſsi, quantũ vult, prorogare pro expeditione, conceſſa licentia ſibi prorogandi. ¶ Non ob. d. §. hoc ſermone. & alia ſimilia iura; quia procedunt, vbi per primam actus explicationem voluntas contrahentium ſortita eſt effectũ. aliàs enim ad ſecundam, & vlteriorem vicem proceditur, l. hæc conditio. la grande. ff. de condi. & demon. l. & ſi ſatiſdationem. ff. de ope. no. nuncia. Quod procedit, et ſi diſpoſitio loquatur per verba denotantia certũ numerum; qm̃ ſi per actus in numero cõprehenſos non ſatisfit intentioni loquentis, põt procedi ad explicationẽ actus in numero vlteriori, vt eſt expreſſum in l. veluti. §. hæc vox. ff. de eden. in l. oratione. ff. de ferijs. Prædicta tñ intelligit Roma. vbi ſupra, procedere, niſi arbiter vellet prorogare, vbi prorogatio nõ eſſet expediens. quia tunc non põt, cũ videatur facere, vt litem differat. Sed nõ valet pręceptũ arbitri, per quod inducitur litis non neceſſaria dilatio. tex. no. & ibi Bar. in l. nõ diſtinguemus. §. quæſitũ. ff. de arbi. ergo &c. Præterea facit rõ, quia ſicut partibus volentibus terminũ prorogari,
vbi non eſt neceſſaria prorogatio, non tenetur arbiter aſſentire. l. non 11
diſtinguemus. § dies. ſecundùm vnum intellectũ glo. ergo pari ratione non tenentur partes arbitro conſentire, volenti ſine cauſa prorogare. Accedit quia compromittens, cõcedens licentiã prorogandi præſumitur habuiſſe intentionẽ conformẽ naturæ compromiſsi. in dubio
10 enim voluntas contrahentiũ † præſumitur conformis naturæ actus, qui geritur. tex. eſt no. in l. ſi fundus. in prin. ff. ſolu. matri. & alibi dicitur, ꝙ voluntas principis præſumitur talis, qualis eſſe debet. c. licèt in corrigendis. de offi. ordi. no. Abbas. in c. cũ veniſſent. de iudi. Sed natura compromiſsi eſt, vt faciat finem litibus, & nõ lites inducere, nec ſuperfluas dilationes. l. 1. & l. quamuis. ff. de arbi. igitur &c. ¶ Mihi magis placet de iure opi. Roma. quàm opi. Spe. rationibus ſupra adductis, quæ mea ſententia vrgent contra Spec. & ex ipſis patet reſponſio ad allegata pro opi. Spe. quia omnia ſic allegata iura loquuntur,

quando per primã actus explicationẽ fuit ſatiſfactũ intentioni diſponentium. Alias ſecus. Comprobo hoc auctoritate Bart. in d.l.1.ff.ad leg. Iul. maie. dicentis, ꝙ ſi conceſsio ſecuritatis eundi, & redeundi ſit facta ob certam, & determinatã cauſam (puta ob pacem tractandã) tunc non reſtringitur ad primam vicem. ſed ꝙ durante dicto tractatu ſemper poſſet ire, & redire. alleg. l. cõti. §. qui inſulam. ff. de verb. ob. & l. veteres. cum l. ſeq. ff. de iti. actuq; priuato. eſt tex. iuncta glo. quẽ ad hoc ibi ponderat Abbas in c. 2. de treu. & pace. Ad idem adduco quod voluit Roma. in d. §. ob donationes. vbi limitando dictum Bal. ibi ſupra relatum dicit, ꝙ ſi precium eſſet æquipollens omnibus roſis totius anni: tunc non ſolum natæ prima vice, ſed ẽt ſecunda vice intelliguntur venditæ, per tex. in l. cum in fundo. §. vxor viro. ff. de iure do. quaſi ex ipſo precio intentio contrahentium, ꝙ ita ſenſerint, colligatur. facit quod no. Bart. in l. Paulus. poſt prin. ff. de ſolu. dum dicit, ꝙ ſi vendo rem pro decem florenis, & in ciuitate expenduntur floreni diuerſi valoris, recurritur ad valorem rei venditæ, vt intelligatur, de quibus florenis ſenſerint contrahentes. Prædicta bene notanda ſunt, quia frequenter accidunt, & in actu practico pp auctoritatem Specu. & Bal. difficile foret obtinere. Cogita tñ. ¶ Et ex prædictis colligere habes pulchrã fallentiam ad d. l. boues. § hoc ſermone. vnus ex vobis mihi dixit, præclarũ filium concurrentẽ meum plures ſolere referre fallentias ad d. §. hoc ſermone. ego hominis cõmendo ſtudiũ, & curã exactiſsimam. quid ego ipſe ſuper ipſis ſentiã, non expedit hinc diſcutere. Alio loco, & tempore me dicturũ reſeruo. ¶ Vnum ẽt notabis,
11 ꝙ licèt arbitro† ſit data poteſtas prorogandi; inuitis tamen, & cõtradicentibus ambabus partibus, non põt prorogare. tex. eſt nota. in l. arbiter ita ſumptus. ff. de arbi. tenet Bald. in conſ. 299. incipiente. Nobiles viri. in prima parte conſiliorũ. ver. Venio ad ſecundũ. faciens tres caſus: ꝙ vtraq; parte volente, non valet prorogatio; vtraq; volente valet: altera tantũ volente, & altera contradicente ſecundũ quoſdã non valet, ſed committitur pœna. l. nõ diſtinguemus. §. dies. ff. de arbi. vſq; aũt ad quod tẽpus poſsit arbiter prorogare virtute poteſtatis ſibi indefinitè conceſſæ. Bal. in l. 1. C. vt in poſs. lega. dicit ſe conſuluiſſe, ꝙ non poteſt prorogare vltra menſes tres, quia ad arbitrium itur gratia litium celeriter expediendarum, l. quamuis. ff. de arbi. ſed cauſis, quæ celeritatẽ deſiderant, præfigitur terminus duorũ, vel trium menſium, non vltra, l. fi. C. de ædifi. priua. l. auſertur. §. in compenſatione. ff. de iure fiſci. no. in l. 1. vbi bo. tex. in arg. C. de ope. no. nuncia. ergo &c. Et

ita dicit

ita dicit Roma. in d.l.2. col.63.reperiſſe ſolum Bald.in d.l.1.tangere hanc.q. Dicit tñ ſibi videri, ꝙ exquò non ſtatuerunt certũ tẽpus, vſq; quò poſsit arbiter prorogare: ꝙ in prorogando habeat liberũ arbitrium, arg.l.in venditione.§.de tempore.ff.de bo.aucto.iudi. poſsi.& l.1.§.memini ſſe.ff.de ventre inſpi.& l.1.ff. de iure delibe. Veritas tñ eſt ſecundùm ipſum Roma, ꝙ poſsit prorogare vſq; ad id tempus, qđ bonus vir arbitraretur iuſtum, per id, quod no.glo.ſingularis in ver. reſtituit.in l.Aemilius.ff.de mino.dicens in ſimili, ꝙ, cum ſit prorogatio temporis, & non dicitur quanti, intelligitur facta arbitrio boni viri, & eius temporis, quod magis intellectu percipitur, quàm locutione narretur, l.Vrannius. & l. quod dicimus.ff. de ſolutio. licèt Petr. & Cy.teneant hanc prorogationẽ eſſe nullam ratione incertitudinis, argu.l.cum poſt.§.gener.ff.de iure dotiũ.cum ſimilibus. ¶ Præterea fortè iſto caſu deberet arbiter terminũ præfigere de conſenſu partiũ, arg.l.ſed ſi compromiſſum.ff. de arbi. ¶ Tu adde, ꝙ licèt Roma.dicat ſolum Bal.in d.l.1.tangere hanc q.dicas, ꝙ immo eãdem tetigit Bal. in præallegato cõſ.299.quod incipit.Nobiles viri.ver. Venio ad quintum. vbi conſulendo dicit poſſe probabiliter dici, ꝙ menſura tẽporis prorogata non poſsit eſſe maior, quàm menſura tpis principalis.C.đ fideiuſſo. l.ſancimus. Auth. qui ſemel. C. quomodo,& qñ iudex.niſi fortè prorogatio fieret ex neceſſaria cauſa,de qua cõſtaret.ff.de arb. l.ſi cum dies.in prin.& facit.C.de dilatio.l.1.de qua ẽt quæſtione poſuit ipſe Bal.in c. fi.de conſuetu.& latius in c. Quintauallis.in 11. col. ver. Quæro, data eſt poteſtas. vbi latè tractat hunc paſſum, & refert multas opi.& tandem videtur inclinare in iſtam opi.quòd ſit arbitrarium, vt ibi per eum. Sed quid ſi in cõpromiſſo dicatur, ꝙ poſsit prorogare ſemel, bis, & pluries, quatenus viſum fuerit.Bald. latè tangit.q. & refert opinionem, licèt non bene ſe firmet in rubrica apud quos qõ fœ.termi.debe. ¶ Sed Roma.in d.l.2.col.64.ff.de re iudi. dicit videri, ꝙ poſsit in infinitum; quia latitudo verborũ oſtendit partes ita voluiſſe, quarum conſenſu actus in infinitum durare põt.l. ſi finita. in prin. ff.de dam.infec. Præterea per illa verba [quatenus viſum fuerit] videtur compromiſſum factũ ſine temporis præfinitione, quo caſu arbiter omni tempore ſententiã dicere põt, d.l. ſed ſi compromiſſum.in fi. Et hoc ſi tenemus opi. ꝙ coram arbitro nullà ſit inſtantia, de quo plenè per Doc. maximè Roma.in l.ſi quis arbitratu.ff.de verbo.obliga.per Alberi.in l.properandũ. in prin.C.de iudi.& glo.& Cardi.in Clemen. quãdiu.de ap. ¶ Tu conſidera, quia ad illa verba [quatenus viſum fuerit.]

rit.]pōt dici,ꝙ importent infinitatem neceſſariā,nō autem ſuperfluā. probatur in l.veluti.§.hæc vox.ff.de eden.no.glo.in ver.iterum.in d.l. ſi finita.in prin.¶Præterea verbum, videtur, ſignificat arbitrium regulatum ratione, vt latè dicam infra ea. Clemen.in.§.1. ¶Quid autē ſi dictum fuerit,ꝙ poſsit pluries prorogare.Roma.in d.col.64.tenet,ꝙ duas tm̄ prorogationes facere poſsit, per l.libertus.§ poſt annum.de ma.teſt.& l.vbi numerus.ff.de teſti. & dixi plenius ſupra in principio huius Clem. apoſtillan. tex. dum quæro, quid de dictio. ſæpiſsimè.ibi vide.Si verò dictum ſit,ꝙ poſsit pluries,& pluries prorogare:tunc poterit quatuor vicibus pp dict.pluries,geminatā facit quod no. Bar.in l.gemina arbor.ff.arbo.fur.cæſa.dixi ēt de hoc ſupra in principio apoſtillan.tex. ¶Ibi ēt tetigi, quid ſi dicatur,ꝙ poſsit plurimis vicibus,ꝙ tunc poſſet ter prorogare;quia iſta eſt natura dictionis,plurimi, vt eſt glo.ſingularis.in.§. quod ſæpè.in ver.plurimis. in Auth.de trien.& ſemiſ. tex.in c.Chriſtiano.34. di.Adde bene facere quæ no.per Aret.in tract.maleficio.in verbo,pluribus,& pluribus percuſsionibus. ¶Sed quid ſi dictū fuerit , ꝙ poſſet prorogare, prout voluerit?Roma.in d.l.

ver. 15. quæro. dicens Cy. in d. Auth. offeratur. ita tenere, & dicere tũ tius eſſe adhærere illi tex. in fi. qui dicit, ꝙ ſi libellus non tradatur in ſcriptis, litis conteſtatio non tenet: ex quo videtur, ꝙ non poſſit remitti libellus, nec ſcriptura, per quæ verba ſatis apertè hoc probatur. eandem ſententiam tenet Cardin. in d. c. 1. & Abbas ibi col. 6. mouentur, quia iura generaliter requirentia libellum, de parte non faciunt mentionem, quæ nec ſicnda erat, cum agatur de fauore publico. probatur, quia ſi libellus datur in ſcriptis, datur materia reo conſulendi aduocatos, & cogitandi, an velit cedere, vel contẽdere. & fortè deliberabit cedere: quod non faciet, ſi in ſcriptis non habeat libellum, & ſic detur materia differendi lites, contra. c. finem litibus. de dolo & contumacia. & l. properandum. C. de iudi. quod eſt contra publicam vtilitatem, ob quam ſtatutum eſt, ꝙ partes non poſſint inſtã tiam prorogare, d. l. properãdum. & hoc eſt, quod vult tex. in d. Auth. offeratur. ¶ Tertiò mouetur; quia iura requirunt libellum offerendum ad hoc, vt reus deliberatè reſpondeat, & ne incidat in promptũ periculum; intereſt enim reipublicæ, ne quis re ſua malè vtatur. l. 1. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alie. iur. ¶ Quartò ſpeciale eſt in ſummarijs, vt ſufficiat petitio per modum poſſe: ergo in alijs requiritur ſolemnis libellus, nec eſt bo. ſolu. quam ibi dat glo. dicens, ꝙ eſt ſpeciale in ſummarijs, vt etiam ab initio non exigatur ſolemnis libellus: nec eſt bo. ſolu. quam ibi dat glo. dicens, ꝙ eſt ſpeciale in ſummarijs, vt etiam ab initio non exigatur ſolemnis libellus, etiam ſi pars petat; quia hoc primò eſt diuinare contra. c. 1. vt eccle. benefi. Itẽ dicit tex. in d. c. 1. ꝙ oportet libellũ dare ſm̃ Canonũ auctoritatem: ergo p illud verbũ, oportet, colligitur, d. c. 1. hr̃e locũ, etiam parte non petente: & iſta opi. de iure cõi vr̃: licèt in iudicijs ſeruet opi. ſextadecima prima. ¶ Fallit tñ hæc opi. in quinquaginta caſibus notatis p Spec. ti. de lib. obla. §. nunc videndum. quorum aliquos refert Abb. in d. c. 1. vt ibi per eum, & hic per Doc. & infra aliquid dicam. Nec refragatur huic ſententiæ, ꝙ quotidie ſeruetur contrarium; quia fiunt compromiſſa in arbitros, vt procedatur ſine libello, & ſine ſcriptis. & ſic partes renunciant; quia ſecundùm Abb. in d. c. 1. reſpondetur, ꝙ ſicut quando Papa, vel Imperator ab initio dant iudicem, poſſunt remouere iſtas ſolemnitates. c. paſtoralis. c. ſecundo requiris. de ap. l. 1. §. fi. à qui ap. nõ licet. ita poſſunt partes ab initio dare poteſtatem arbitris, ꝙ vna, vel vtraque parte abſente, procedatur, vel aliter, non ſeruato ordine iuris. nam arbitri habent poteſtatem à partibus, l. diem proferre. §. ſi

quis

quis litigatorum.ff.de arbit. & hanc etiam partem tenet hic Guilel. ¶Secundò non ob.c. ſi quis clerico. 11.q.1. quia ſpeciale eſt in caſu illo in ciuilibus,& modicis cauſis ſecundùm verum intellectum,vt dicit Abb.in d.c.1.col.9. Idem etiam tenet hic Io.de Imo.reſpondens ad c.prout. de dolo & contuma. quia ſecundùm verum intellectum ibi fuit oblatus libellus, & lis conteſtata. ¶ Ex hac tamen prima parte glo. colligit hic Abbas col.2.ſignificatum huius verbi, offerre; quod intelligitur etiam parte non petente,& eſt bene notandum.An autem importet gratuitam oblationem, dicam infra in §. non ſic. in glo.in verbo.forma. ¶ Secunda in hoc articulo fuit opinio Tancre. Vincen. & Philip.dicentiũ,ꝙ de iure canonico libellus nõ eſt neceſſarius,per d.c.ſi quis cum clerico.& d c.prout.&,vt dicit glo.hic, Specu.de hoc tractat in §. vtrum libellus. ſed nihil approbat. hac opin. damnatur per hunc tex.& rationes deductas in præceden.opin. nam dicere aliud de iure canonico,eſt remedium imperitorum,per quod facilè omnia contraria legum poſſunt euadi:quemadmodum & medicus imperitus vno collirio omnium oculos vult curare. tex. eſt, & ibi glo.arguit contra tales,dicentes aliud de iure canonico, vel aliud de iure nouo, in c.fi.29.diſtinct. Ad c.ſi quis cum clerico.& c.prout. patet ſolutio ex dictis in præcedenti opin. ¶Tertia fuit opin.Accur. in d.Auth.tenentis, ꝙ tacitè poſsit omitti, ſed non expreſsè remitti. ſimile dicitur in iurō de calumnia.c.1.de iuramento calum.l.2.§.ſed quia.C.eod.titu.& hanc ſequuntur plures in d.Auth.offeratur.vt dicit Abbas in d.c.1. ¶Quarta fuit opin.eiuſdem Accur.in d.§.illud. in Auth.de exhib. reis. qui vltra medium glo.magnæ tenet, ꝙ etiam expreſsè poſsit remitti:ſed huic opin.refragantur rationes, & iura allegata ſupra in prima opin. ¶Quinta fuit opin.Mar.Sil. præceptoris in legibus Ioan. Andr. qui tenet, ꝙ expreſsè remitti poteſt, ſed non omitti. ¶Primum probatur in Auth.generaliter.in fi.C.de epiſco.& cler.& in l.quotiens.in fi.C.de priuileg.ſcho. lib.12. ¶Secundum probatur in l.prolatam.C.de ſenten.& interlo.& in d.Auth.offeratur.Ex quo infert glo.ꝙ ſi libellus petitur, & offertur, bene proceditur. ſi verò nec petitur,nec offertur, non valet proceſſus; quia tunc nulla eſt remiſsio: vbi verò offertur non petitus, & recipitur, valet proceſſus. Idem vbi offertur non petitus, nec etiam recipitur, quaſi tunc non recipiens renunciet oblationi.quod facere poteſt,cum quilibet iuri ſuo renũciare poſsit, l.ſi quis in conſcribendo.C.de pact. ſed libelli oblatio inuenta fuit fauore rei:ergo &c.¶Et facit,quia in-

uitò non confertur beneficium,l.inuito.ff.de reg.iu. & expreſsè ſatis
dicitur renunciare, non recipiendo oblationem. Contra hanc opin.
ob. quia datio libelli reſpicit etiam fauorem iudicis, vt dixi ſupra in
prima opin. ¶ Sexta fuit opin. ſecundùm glo.hic.& Iaco.de Belui. vt
refert Cardin.col.7.ꝙ etiam tacitè remitti poteſt,ꝙ libellus non tra-
datur in ſcriptis: ſed ꝙ nullo modo tradatur, nec tacitè, nec expreſsè
poteſt remitti,argumen.l.vt fundus.ff.co.diui. & l.ſi præſes.ff.de pœ.
¶ Ex quo dicit glo.hic ſe ſolitam dicere in c.1.de libel. oblat. ꝙ licèt
20 petitio ſit de ſubſtantia, ſi tamen fiat in modum petitionis † apud a-
cta, licèt non in modum libelli,& ſuper ea conteſtetur lis, valet pro
ceſſus; quia tunc ſatis eſt prouiſum menti iuris: parte verò petente,
neceſſe eſt, ꝙ per modum libelli petitio offeratur per allegata ſupra
in prima opinione; nec ſecundum glo.huic opinioni obſtat, ſi dica-
tur ſpeciale eſſe in iſtis ſummarijs, vt non requiratur ſolemnis libel-
lus,vt hic: ergo in alijs non ſufficit petitionem deſcribi apud acta; im
mo erit neceſſe libellum ſolemnem offerre; quia reſpondet glo. dictũ
argumen.facere pro ſua opinione in ea parte, dum dicit, petitionem
neceſſariò deſcribi in actis.probatur;quia ſi iſtud neceſſariò requiri-
tur in ſummarijs,fortius in plenarijs: & ad hunc tex.reſpondet,ꝙ in
ſummarijs bene eſt ſpeciale,ꝙ etiam parte petente,neceſſariò ſolem
nis libellus non ſit offerendus: qui tamen in plenarijs neceſſariò hoc
caſu requiritur regulariter. Fallit tamen in caſibus, quibus ſine libel-
lo proceditur,quorum aliquos no.Hoſtien.in d.c.1.& glo.in §.illud.
in Auth.de exhiben.reis.& plenius Specu.de li.conte.§.dicendum.&
hanc 6. opinionem glo.approbat Ioan.And.in d.c.1. quia per talem
petitionem apud acta eſt ſatisfactum menti iuris, & rationibus in cõ
trarium allegatis.quæ opin.vt inquit Ioan.de Imo.in d.c.1.fortè ſer-
uaretur in practica. plus dicit hic Cardin.ꝙ hæc opinio propter ma-
ximam æquitatem ſeruaretur in iudicijs. ¶ Prima tamen opinio ſe-
cundũ eundem Ioa.de Imo.in d.c.1.de iure verior videtur. & hanc
tenet domi. Anto.in d.c.1.fortius dicens,ꝙ ſi pars ſimpliciter remit-
tat ſcripturam ſolemnem, & iudex petat adhuc, non eſt de ſubſtan-
tia; ſatis enim iudici eſt,ꝙ habeat deſcriptam. vbi verò pars non re-
mittit: tunc etiam ſolo iudice petente, debet ſolemniter offerri: vnde
concludit,ꝙ ſi libellus petitur à iudice,& à parte,eſt de ſubſtantia in
plenarijs: in ſummarijs ſufficit poſtea. Idem ſi petatur à iudice, vbi
pars non remiſit. Sed vbi remiſit,ſufficit poſtea apud acta.cum ex il-
la poſsit iudex ſe informare: vbi autem petitur à parte, & offertur,

ſed

21 ſed nō recipitur, valet † proceſſus. nā modò de petitione conſtat per modū poſſe. Ego hoc confirmo ex eo, quod tradidit gl. in c. 1. de eo, qui mitt. in poſſ. dicens, ꝙ licèt regulariter verbalis oblatio non liberet offerentem. l. ſi mora. vbi no. ff. ſolu. matrimō. tamen quando ille, cui debebat fieri realis oblatio, recuſat illam recipere, & refert quæſtionem, dicendo; ego non teneor recipere, nec tu potes offerre: tunc verbalis oblatio liberat ab omni effectu moræ. Ita Bal. in d. c. 1. & in l. 1. col. 2. C. ne li. ter. prouo. de quo per Bald. in l. 1. C. de his, quæ pœ. no. & in l. fi. C. de indic. vidui. tollen. ¶ Idem tenet glo. fi. in c. paſtoralis. de officio ordi. & facit glo. no. in c. cum veniſſent. de eo, qui mittitur in poſſeſs. dicens, ꝙ appellans comparendo, & offerens cautionem: tunc demum dicitur appellationi renunciare, quando cautio fuit acceptata: aliàs non. quod eſt perpetuò notandum. Verum quia glo. ſupra dixit, ꝙ multi ſunt caſus notati per Specula. in quibus ſine libello proceditur. Doct. hìc aliquos exprimunt. ¶ Et primò, ꝙ coram Papa non eſt opus libello ſecundùm Stepha. & Cardina. hìc col. 8. allegantes Inno. in c. 1. de li. conteſta. ¶ Secundus eſt in cauſa appellationis ab interlocutoria ſecundùm Specu. in d. §. nunc dicēdum. ver. ſed nunquid. vbi dicit Clementem quartum auditoribus præcepiſſe, ꝙ in cauſis appellationum à grauaminibus, vel interlocutoria libellum non recipiant. Sed, vt hic dicit Cardina. Ioan. And. in c. Rainaldus. de teſtamen. tenet contrarium. de quo ibi per eum, & per Cardin. ibi in primo contrario, qui approbat primum dictum. ¶ Tertius eſt, quando epiſcopus cognoſcit de cauſa ciuili inter ſuos clericos. c. ſiquis cum clerico. 11. q. 1. in Auth. vt clerici apud proprios epiſcopos. ¶ Quartus eſt in cauſis matrimonialibus ſecundùm Specula. in d. §. 1. ver. 4. Alios quamplures caſus ponit Specul. vbi ſupra. & Doc. maximè Moder. in d. c. 1. quos ego hic conſultò omitto, ne hæc Clemen. ſatis, ſuperque ſua materia onerata, vltra intētum volatum extendat. ¶ Vnum tamen caſum non omittendum cenſeo. ſ. ꝙ in cauſis leuibus, & breuibus non eſt neceſſarius libellus, ſecundùm gl. in d. c. 1. & Abb. ibi dicentem ſic debere intelligi d. c. ſi quis cum clerico.
22 ¶ Quæ autem cauſa dicatur † breuis, glo. in ver. illuſtrium. in c. ſi. de re iudi. lib. 6. inquit relinquendum arbitrio iudicis, qui hoc arbitrabitur, conſiderata qualitate perſonarum, & rei. quam glo. ſequitur Abb. in c. 1. de dilatio. in 4. col. & in c. quoniam contra. de proba tio. col. 2. bene facit quod de Porcello viduellæ no. glo. in l. illicitas. §. ne tenuis. ff. de offi. præſi. & quod de Comitiſſa Amatilla tradit glo.

ni.] ſed ſi ſuſceperit, in prin. ff. de iudi. quo dicitur aliquantulum terri- 22
ſæ conceſsiſſe Eccleſiæ, ſi centum ad triginta milliaria ſe extenderet, cõceſ-
ſio. facit etiam quod inquit glo. in Auth. quod locum. C. de collatio.
bo. tex. in c. & ſi quæſtiones. de ſimo. cũ enim pauper minus habeat,
quàm diues, illud minus eſt ſibi magis ſeruandum. & hac ratione, ſeu
reſpectu pauper plus habere, quàm diues ſecundùm glo. notandam
in l. inter ſeruitutes. ff. de ſerui. vrb. præd. ¶ Sed Bar. in l. mediterra-
neæ. C. de anno. & tribu. lib. 10. quem ſequitur ibi Ange. & Ab. in c. 1.
de libel. obla. in 10. colum. pulchrè per illum tex. dicit, quòd illa cauſa di
citur breuis, in qua, ſi in ſcriptis procederetur, maior fieret ſumptus
in ſcripturis, quàm eſſet valor rei, ſicut dicit Bar. per illũ tex. Ex quo
eleganter inquit, quòd non imputatur tutori, ſi non exegit debitum pu-
pillorum, in quo plus expendiſſet, quàm eſſet æſtimatio debiti. ¶ Se-
cundò infert, quòd nõ debet iudex ad locum iudicij citari facere teſtes,
quando in eorum aduentu plus expenderetur, quàm ſit æſtimatio cau
ſæ. ſed debet tunc examinationem alij delegare, Auth. apud eloquen
tiſsimum. C. de fide inſtrumen. ¶ Tertiò infert, quòd, quando habendo
recurſum ad ſuperiorem, plus expenderetur, quàm ſit valor cauſæ, nõ
debet tunc poſſe haberi copia ſuperioris; adeò quòd tunc poſſent conce
di repræſaliæ: de quo ſe remittit ad plenius per ipſum no. in tractatu
repræſaliarum. ¶ Tu adde bene facere quod no. Roma. in conſi. 30.
vbi decidit legitimum adminiſtratorem poſſe debitum domini remit
tere, quando in illius exactione maiores ſumptus currerent, quàm
eſſet valor debiti. Item quod no. glo. in c. cum tu. de vſu. & dominus
Ludo. Rodulphi in repetitione c. conſuluit. de vſu. in 1. q. 1. col. dicẽtes, quòd
23 vſuræ extortæ, non ſunt illis, qui eas ſoluerũt, reddendæ, ſed erogan-
dæ pauperibus, quando ſumptus itineris ſummam rei excedit, nec rẽ
petitur, qui gratis ponit. Facit etiam quod no. Pet. de Ancha. in c. cũ
pridem. § ad hæc. in fi. de elect. lib. 6. dicens, quòd licèt iudex, qui poteſt
in pluribus locis de cauſa cognoſcere, habeat elect. debet tamen præ
oculis habere æquitatem, nec pro parua cauſa debet ad remotas par
tes mittere, ne expenſæ litis excedant ipſius litis æſtimationem. quæ
omnia ſunt bene notanda, quia vtilia, & quotidiana. ¶ An autem in 22
iſtis cauſis breuibus, & leuibus, in quibus proceditur ſine ſcriptis,
24 niſi hi ſint breuiores. C. de ſenten. ex pericu. reci. ſtetur aſſertioni iu-
dicis: Bal. in d. Auth. niſi breuiores. tenet, quòd ſic. Ex quo infert, quòd aſ-
ſertioni arbitratoris, cui data eſt poteſtas procedẽdi ſine ſcriptis, ſtã-
dum erit, nam partes ſic concedendo poteſtatem procedendi, tacitè

videntur

videntur velle illi fore ſtandum, facit ratio: nam cum nuncio in his,
quę ſunt ſui officij, credatur, vt no. in c. cum parati. de appella. fortius
erit creden. iudici in dicto caſu. & hanc opi. Bar. ſequitur Pet. de Anch.
in c. fin. col. penul. de re iudi. lib. 6. & Abb. in c. 1. col. 9. de libel. obla.
Ioan. de Imo. in c. cum à nobis. de teſtibus in pa. de iudicijs. dom. An
to. in c. cum ad ſedem. de reſti. ſpol. in c. quoniam contra. de probatio.
in c. ſicut. de ſenten. excommu. & Abb. in c. ex litteris. de probat. Ro-
ma. in ſingulari tertio ſub rubri. de arbi. Abb. in conſi. 65. incip. Viſo
compromiſſo, & laudo, col. 8. in prin. ¶ Contrarium tenuit Ange. in
d. Auth. niſi breuiores dicens, quod ſi dictum Bar. eſſet verum, daretur
materia arbitratoribus malignandi, & circumueniendi alteram par-
tium. vnde cum malitijs hominum ſit obuiandum, c. vt famæ. de ſent.
excomm. l. in fundo. ff. de rei vendi. ſequitur dictum Bart. non verum
eſſe, & contra ipſum allegat gl. in verb. vox vnius. in l. ne in arbitris.
C. de arbit. & no. per Innocen. in c. cum dilectus. de arbit. Confirmo
hanc opin. ratione; quia ſi dictum Bar. foret verum, daretur materia
tollendi recurſum ad arbitrium boni viri; quia diceret arbitrator ali
quid geſtum coram ſe, ex quo apparebit verum eſſe laudum. ¶ Præ
terea arbitrator habet inſtan. proxeneticæ, ſecundum Bal. in c. 1. de in-
uesti. in ma. fac. & Abb. in c. ſuſpicionis. de offic. delega. ſed proxene-
tæ non creditur, niſi vtraque parte conſentiente. c. 1. de teſtib. lib. 6.
no. do. Anto. in d. c. à nobis. vidimus in c. veniens. il. 1. de teſti. no. Bal.
poſt Barto. in l. omnibus. C. de teſti. igitur, &c. Et ſi dicas, hoc voluiſſe
partes. ſ. ſtandum eius dicto, ex quib voluerunt coram eo ſine ſcri-
ptis procedi. reſpondeo hoc neceſſario non proceſſere; quia potius
præſumi debet, partes voluiſſe acta coram tali arbitratore per teſtes
probari. ¶ Vnde in hoc articulo, tertio loco do. Anto. in c. Quinta-
uallis. de iureiuran. col. 30. ver. Venio ad ſextum. quem ſequitur Ab.
in d. c. quoniam contra. col. 2. diſtinguit; quod hoc caſu ſuper actis
iudicij. litis ordinatorijs credatur iudici, & arbitratori, ſed non cre-
datur ſuper actis probatorijs vel deciſorijs. nec tunc procedat dictum
Barto. quia eſſet nimis periculoſum. Præterea licet arbitrator proce-
dat ſine ſcriptura, poteſt tamen de actis coram ipſo factis probari
per teſtes; ergo aſſertioni iudicis, & talis arbitratoris non erit ſtan-
dum; & ita dicit tenere Barto. ſibi contrarium. in l. ſi ſocietatem. § ar
bitrorum. ff. pro ſocio. vbi dicit, quod factum arbitratoris poteſt proba-
ri per teſtes; cum coram eis non requiratur ſcriptura. hanc diſtinctio
nem do. Anto. ſequitur Roma. in l. ſciendum. ff. de verbo. obliga. di-

cens, ꝙ intelligere, ꝙ per talem poteſtatem conceſſam procedendi ſi ne ſcriptis ſit ſtandum eius aſſertioni, eſt interpretatio nimis captio ſa, & inciuilis: ſed verba debent ciuiliter intelligi, l. ſi cui. ff. de ſerui. er go, &c. ¶ Quarto loco Bald. in d. Auth. niſi breuiores. aliter locutus eſt, dicens, ꝙ in litibus paruis creditur, ſi hoc dictat conſuetudo, aliàs non. Hæç opinio mihi non placet; quia ſi verum eſt, ꝙ ex hoc ſedu cerētur homines, & daretur materia delinquēdi, conſuetudo non va leret. c. ſi. ſupra. de conſue. Item, vt infra dicam, in iſtis paruis, etiam ſine conſuetudine creditur. ¶ Quinta fuit opin. celebratiſsimi iuris verticis, do. Fran. de Are. in d. cap. quoniam contra. col. 1. diſtinguen-
25 tis, ꝙ in cauſis † vilib. & modici p̄iudicij, in quibus de iure pōt ꝑcedi ſine ſcriptura, credit̄ iudici de oībus actis corā ſe, ſiue ſit appoſitū pa ctū, ſiue non, per ea, quæ hn̄r in l. diuus. p Bar. ff. de cuſto. reo. & in c. præterea. de teſtib. vbi patet, ꝙ in maleficijs leuib. credit̄ officiali, q at teſtat̄ de maleficio; ergo eadē rōne credetur iudici de geſtis corā ſe. ¶ Tu conſidera, ꝙ in hoc primo ſuæ diſtinctionis membro (cum reue rentia) non eſt par ratio; quoniam ideo creditur dictis officialibus; quia ita teſtificari, pertinet ad eorum officiū. ſecus in iudice, ad quem ſpectat pronunciare, & non teſtificari, iuxta nota. in d. c. quoniam cō tra. de proba. Cogita. ¶ In cauſis verò magni præiudicij, vel nō mo dici, dicit eſſe veram diſtinctionem do. Ant. vt ſit diſtinguendum in ter acta ordinatiua, & deciſiua, cuius primum membrum confirmat ex no. in c. dilecti. de foro compe. & per Bal. in d. l. id quod pauperi bus. C. de epiſcopis, & cleri. vbi dicit, ꝙ ſuper expenſis minutis, quæ frequenter fiunt, ſtatur libro geſtoris vnà cum iuramento; quia agi tur de modico præiudicio, & difficile eſſet in ſingulis adhibere te ſtes, vel poſſe per teſtes probare, quod etiam ſequitur Pet. de Ancha ra. in cap. 2. de teſtamentis. lib. 6. Vel ſic in propoſito, cum in iudicio fiant multiplices actus, quos eſſet difficile probare per teſtes, æquum videtur, quòd ex quò partes voluerunt fore procedendum ſine ſcri ptura, ꝙ ſtetur dicto iudicis, vel arbitratoris. ¶ Nec ob. ꝙ in iudicijs ſit copia hominū, & frequentia, & ſic facultas ſingulis probandi, l. in donationibus. C. de dona. quia hoc non obſtante, cum fiant multipli ces actus, contingere poteſt, ꝙ illi, qui forent præſentes, vel non intel lexerint, ſaltem plenè, vel fuerint obliti aliquid, ad quod vide tex. in l. teſtium. C. de teſti. Secundum verò membrum diſtinct. do. Anto. cor roborat idem Aret. nam cum iſtud pactum partium poſsit importa re aliud, quàm ꝙ credatur ſoli aſſertioni iudicis. ſ. ꝙ acta probentur

per teſtes, debebit ſic intelligi, vt minus deuietur à iure communi; & ſic quò ad merita dicto talis iudicis, vel arbitratoris non erit ſtandū.
26 facit tex. in l. vxori. §. j. & quod ibi per Bar. ff. de lega. 3. vbi verba † teſtatoris in dubio ſunt interpretanda, vt non inducant aliquid exorbitans à iure communi. bene facit c. cum dilectus. de conſue. c. dudum. de decimis. Et ideò pacto fieri poſsit, ꝙ dicto vnius ſtandum ſit pro plena probatione, vt inquit notabilis glo. & do. Anto. in c. cum dilectus. de ordi. cogni. & Roma. in l. 1. §. fi. in 1. col. ff. de verbo. obliga. & Bal. in l. in bonæ fidei. C. de rebus credi. licèt aliter, & non bene dixerit in l. 1. in 2. col. C. de ſen. quæ pro eo quod intereſt. tamen per iſtud pactum, ꝙ procedatur ſine ſcriptura, non debet præſumi hoc fuiſſe inductum; immo tenendo opin. Bal. in l. prolatam. C. de ſen. & interlo. dicentis, ꝙ ſcriptura in dictis teſtium eſt de ſubſtantia, videtur quòd pacto partium remitti non poſsit, nec conſequenter ſit credendum dicto: quod tamen non firmat ipſe Aretin. & bene; quoniam hic caſus non connumeratur per glo. in c. 1. de cenſibus. lib. 6. connumerantem caſus requirentes ſcripturam. ¶ Tu conſidera contra hanc doctrinam obſtare; quoniam ratio, qua mouetur Aretin. quantùm ad acta deciſiua militat etiam in actis ordinatiuis: niſi fortè dicas, ꝙ ex quo proceditur ſine ſcriptis, ad nihilum ponderātur dicta acta ordinatiua: vel ſaltem minus ponderantur, quàm deciſiua, quæ ſunt maioris periculi, & effectus. Et eſt ſciendum, quòd diſtinctionem prædictam inter cauſas viles, & modici præiudicij, & cauſas magni præiudicij ſenſit Ange. in d. Auth. niſi breuiores. maximè in lectura Paduana. ¶ Conſidera tu, quia etiam quò ad prædicta poſſet dici fore etiam inſpiciendam qualitatem perſonæ iudicis, vel arbitratoris, an ſit legalis, & bonæ opinionis. nam in eo poſſet eſſe tanta rectitudo, & legalitas, ꝙ in illo poſſet verum dixiſſe Barto. & procederet dictum ſuum. Moueor per tex. in c. 2. de ope. no. nun. & per tex. in c. expedit. 12. q. 1. dicentem præſumēdum eſſe pro religioſis, ꝙ foueant iuſtam litem, & per dictum Hoſtien. in cap. finem litibus. de dolo, & contuma. do. Ant. in c. poſtremo. de appel. & per tex. optimum cum ibi no. per Ioan. de Imo. & Abb. in c. niſi eſſent. de præben. ¶ Sed tunc iuxta dicta ſupra in glo. quæro: an in caſibus, in quibus non eſt neceſſarius
27 libellus, poſsit iudex † inuitis partibus, procedere ſecūdùm formam huius Clem. glo. iſta in fine tenet, ꝙ non, dicens multa exempla colligi poſſe ex his, quæ notat Specula. in d. §. nunc videndum. Ex quibus patet, ꝙ in multis caſibus non requiritur libellus: & tamen requiritur

litis conteſtatio. Secundò quia ſatis eſt hoc non fuiſſe expreſſum.
¶ In contrarium arguit Guil. hic; quia ſi libellus, qui eſt fundamen-
tum, & origo iudicij, poteſt omitti: fortius poterit omitti litis conteſta-
tio, quæ ſuper petitione recumbit: & ſimiliter ſcriptura ſententiæ, quæ
ſecundùm contenta in petitione debet proferri. ſcilicet Hely. de ſimo.
c. qualiter. il 2. de accuſa. ¶ Secundò adducit ſimile, quia ſine funda-
mento baptiſmi, alia ſacramenta ſunt nulla. c. veniens. de baptiſmo;
ſic ſine libello aliæ partes iudicij. c. 1. de libell. oblat. ergo vbi libellus
omittitur, cætera ſunt extra ordinem pertractanda. Primam tamen
opin. glo. hic ſequitur ipſe Guil. & Cardin. hic col. 7. verſ. 13. quæro.
Ioan. verò de Imo. refert Guil. aliter dixiſſe, quàm ſupra referat Car-
din. ſ. q hoc relinquatur arbitrio iudicis: putat tamen ipſe Io. de Imo.
q debebit arbitrari non fore procedendum ſecundùm formam huius
Clementi. & hoc fortè eſt, quod voluit dicere glo. ¶ An autem vbi
28 proceditur virtute litterarum ſedis Apoſtolicæ, ipſæ litteræ † obti-
neant vim libelli. Archid. dicit q ſic, quod limitat, & intelligit hic Io.
de Imo. col. 9. procedere, quando proceditur ſecundùm formam hu-
ius Clemen. per ea, quæ no. Inno. in c. dudum. it 2. de elect. in ver. teſta-
tione. ſecus ſi procederetur ordinariè, per ea, quæ no. Inno. in c. præ-
terea. de dilat. quod eſt bene notandum pro concordia huius paſſus,
in quo variarunt Doct. nam Bald. in l. eleganter. §. ſiquis poſt. de con-
29 di. indebi. tenet, quòd reſcriptum † habetur loco libelli. Sed Bal. in l.
1. C. qn libel. prin. da tenet q immo non habet vim libelli, ſed requi-
ratur libellus: aliàs ſenten. erit nulla. Hoſtien. vero in d. c. præterea. te-
net, q habet vim libelli tantùm quò ad denegandas inducias delibe-
ratorias: requiritur tamen porrectio libelli, non obſtante, q fuerit
præſentatum reſcriptum, ſed nulla dilatio deliberatoria eſt illi dan-
da, cui dandus eſt libellus, ſi potuit ex reſcripto informari, & deli-
berare. In iſta enim varietate pro concordia poteſt dici, q in ſumma-
rijs reſcriptum habeat vim libelli, etiã quò ad effectũ, vt nullus libel-
lus offerat. ſecus in plenarijs ſecundùm Guil. & Io. de Imo. hic. ¶ Tu
adde, q idem tenet Specula. in titu. de libel. concep. §. qualiter. circa
prin. & in tit. de præben. §. 1. in fi. & do. Anto. Ioan. de Imo. & Abb.
col. 3. in d. c. præterea. Ex quo cognoſci poteſt, q vtile ſit in reſcriptis
apponi clauſulam, ſummariè, ſimpliciter, & ſine figura iudicij. ¶ Et
quia glo. iſta in verbo, neceſſariò, latè tangit ſupradicta de libello.
Pau. hic quærit, quid ſit libellus, & ſe remittit ad Specula. de libel. ob-
30 la. §. 1. vbi ita diffinit, vt refert Card. hic. col. 10. q libellus † eſt bre-

uis ſcriptura actoris, ſeu accuſatoris, clarum eius intentionem continens. Quare in diffinitione ponatur verbum [breuis] patet ex ſignificatione vocabuli: & quia in libello debet compendioſa eſſe narratio, nõ verboſa, l. ampliorē. § in refutatorijs. C. de appel. Verbũ autẽ [ſcriptura] quare ponatur, probatur in Auth. offeratur. C. de li. conte. & in c. 2. de libelli obla. & ſupra dictum eſt ſatis in glo. [Clarum intentionem continens] quare ponatur, probatur in l. ita fidei. ff. de iure fiſci. & in d. § in refutatoriis. ibi [poſſunt explanare] quod enim obſcurum eſt, non explanat cãm rei. d. c. 2. & c. litteræ. de dilatio. ¶ Adde, dũ dictum eſt requiri ſcripturã, ꝙ olim illud procedebat in criminalibus tantùm: hodie et in ciuilibus, vt no. in d. Auth. offeratur. & p glo. in verbo, libellum. in Auth. de exhiben. reis. ¶ Eſt tamen perpetuò notandum, ꝙ in caſibus, in quibus libellus requiritur in ſcriptis, non ſatis eſt, ꝙ actor vadat ad iudicem, & dicat notario actorũ, ſcribe, qualiter ego peto centum à Titio, & liti ſeis eum mihi condemnari: nam licet notarius ſcriberet, non ſufficit, nec diceretur ordinario modo procedi. Ita ſingulariter Bart. per glo. ibi in l. in ſacris. C. de proximis ſacro ſcri. lib. 12. quod dicit Specu. poſſe contingere de facto. Et Bar. ſequitur Roma. in l. 1. ff. de arb. col. 1. Ego idem confirmo per no. per Bal. in l. fi. C. de ſen. ex pericu. reci. dicentem, ꝙ non valet ſententia, quam iudex tulit verbo, licet poſtea eam fecerit in actis tranſcribi, ad quod bo. tex. in c. fi. in prin. de re iudi. lib. 6. ¶ Secundò facit doctrina Ang. in l. à ſententia §. fi. ff. de appel. volentis, ꝙ ad hoc, vt quis dicatur in ſcriptis appellaſſe, debet libellus in ſcriptis offerri coram iudice à quo, & non ſufficeret viua voce appellare, licet in continenti feceris poſtea illam in actis tranſcribi per notariũ corã iudice à quo. Et Ang. ibi ſequitur Io. de Imo. & domi. meus Peruſinus in c. vt debitis. de appel. col. 9. quod eſt diligenter notandum. ¶ In quo autẽ differat libellus

31 & petitio, dic ꝙ libellus debet continere quædam, quę reſpiciunt eius formam, & quædam, quæ reſpiciunt eius intentionem, & in iſtis debet eſſe aptè conceptus, vt per Specu. titu. de libel. conceptio. §. qui libellus. Petitio verò non requirit aptitudinem, niſi reſpectu intentionis, vt concludat in neceſſarijs, omiſsis his, quæ reſpiciũt formam. ¶ Item petitio non debet in ſcriptis offerri, nec à duerſario eius copia dari, & retenta illa opi. ꝙ libellus ſit expenſis actoris offerendus, de qua plenè infra in §. non ſit. vbi glo. tangit. Et ita tenent Paul. hic, & Cardi. col. 11. dicentes, ꝙ etiam in alio differunt: quia in petitione maior ſit acceleratio, & abbreuiatio litis; quia reus per di-

latorias

latorias reſpicientes ea, quæ ſunt de forma libelli, non poteſt litem protrahere. ¶ Item petitioni non habet reus neceſſe reſpondere, ſed libello ſic. Ex quo habes, ꝙ reo per contumaciam abſente, poſſunt probationes recipi, quæ non poſſent, ſi libellus, & conteſtatio litis eſſent neceſſaria, toto titu. vt li. non conte. ſecundùm Paul. & Card. hic col. 11. quærentem ẽt, an libellus poſsit emendari, corrigi, & mutari. de quo plenè in c. 2. de libel. obla. & in l. edita. C. de eden. Ad quæ loca me remitto.

Gloſa in verbo, exigat. In fine pro declaratione primò quæro, an in cauſis commiſsis ſecundùm formam huius Clemen. poſsit libellus offerri, & recipi. reſpondet glo. ꝙ ſic, ſponte, non tamen neceſſariò iudex habet exigere, nec pars cogere offerre. comprobatur hæc opinio. ¶ Primò per tex. hic in verbo, neceſſariò. ¶ Secundò per tex. in fi. huius Cle. ¶ Tertiò per hunc tex. in verbo, exigit: quia natura verbi, exigere, eſt ab inuito extorquere, l. fideicõmiſſa. §. ſi rem. ff. de leg. 3. l. pupillus. ff. de his, quæ in frau. credito. c. parochianos. de deci. l. non ſolùm. vbi no. ff. ſolu. matrimo. l. verbo exactionis. ff. de verb. ſig. no. plenè Io. An. & Domi. per eum in c. 1. de iudi. li. 6. vbi ponũt, quot modis ſumatur verbum, exigen. Et hanc opi. glo. ſequuntur hic Paul. & Car. col. 7. Io. de Imo. & Gemi. dicentes, ꝙ iudex ẽt poteſt de voluntate partium, ſi vult, ſeruare ordinem iudiciarium. voluntas tamen vnius partis non ſufficeret, de quo infra in. §. fi. vbi glo. & facit. §. ſtatutũ. & §. in nullo. de reſcrip. lib. 6. ¶ Secundò quæro, quare per iſta verba, ſummariè, ſimpliciter, de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij,
32 ſit ſublata neceſsitas oblationis libelli, † & litis cõteſtationis? reſpondet glo. rationem eſſe, quia per formam prædictã tollitur forma iudicij: quia figura cuiuſcunq; rei eſt ipſius apparens forma, vel facies, in qua rei ſubſtantia figuratur. ff. de actio. & obliga. l. non figura. c. cum Martæ. de celebra. miſ. vẽr. ex eo. Iudicium aũt eſt trium perſonarum, iudicis, actoris, & rei, c. forus. de verbo. ſigni. l. 1. in fin. C. de aſſer. tollen. cuius ſubſtantia fingitur, & conſiſtit principaliter in prædictis. nã altero eorum deficiente, non propriè dicitur figura iudicij, ſed quaſi figura, probatur in l. 1. §. ſimili modo. C. de lati. liber. tollen. vbi ex eo, ꝙ ſolũ erant duæ perſonæ, veluti iudicis, & domini nominantis ſeruũ filium, non erat propriè figura iudicij, ſed quaſi figura. ex quibus concludit glo. ꝙ ſublata forma iudiciorum, vel cõmiſsione, vel conſtitu-

tione in forma huius Cle. non videtur iudex quodammodo eſſe aſtri-
ctus ad aliquas formas, ſeu figuras iudiciorum, niſi inquantum habe-
re exprimitur. ¶ Aduerte tamen ſecundùm Car. hic col. 10. quia dũ
glo. dicit, ꝙ in figura rei ſubſtantia fingitur, melius dixiſſet econtra. fi-
gura enim eſt qualitas, & ponitur in prædicamento qualitatis. & ſic 1
non poteſt eſſe ſine figura, vt inquit Philoſophus 2. Cęli & mundi. Vbi
dicit, ꝙ ſubſtantiæ ſeparatæ à materia (vt intelligentiæ cœleſtes) non
ſunt figuratæ. Dicit tamen Card. glo. bene eſſe notandam in eo, ꝙ de-
clarat, quid ſit figura: de quo ēt dixi ſupra in principio, apoſtillando
verba tex. ſine figura. ¶ Item in alio ſecundùm Io. de Imo. eſt no. hæc
glo. dum dicit, ꝙ hic expreſſa in tex. quæ debent obſeruari, potius re-
ſpiciunt figuram negocij, vel facti, quàm iudicij. ¶ Tertiò quæro,
33 an per † verbũ, de plano, ſolum remittatur libellus? glo. primò refert
quoſdam dicere, ꝙ ſic, per l. de ſummerſis. C. de naufragijs. Sed alios
dicit tenere contrariũ, & ſe remittit ad no. in l. leuia. ff. de accuſa. & in
l. necquicquàm. §. vbi decretum. ff. de officio procon. & ad tractatum
Io. Faxioli, quem fecit de ſummaria cognitione: quem ponit Spec. tit.
de offic. iu. §. 1. Ego latè de hoc dicam infra poſt oẽs glo. huius Clem.
dum tractabo materiam. Iſte Io. Faxiolus fuit Piſanus, legum doctor,
vt inquit glo. ſequens in verbo, litis conteſtatio. de quo gloriari habet
hæc inclita vrbs.

S V M M AE.

1 *Induciæ deliberatoriæ in iudicijs ſummarijs an ſint dandæ.*
2 *Facultatem recuſandi iudicem an poſſit princeps tollere, remiſſiuè.*
3 *Litis conteſt. an inducatur per reſponſionem in caſibus, in quibus litis conteſt. eſt neceſſaria, vbi in libello eſt ſola narratio, & non concluſio.*
4 *Litis conteſtatio an poſſit fieri per petitionem, & reſponſionem affirmatiuam.*

Glo. in ver. litis conteſta. In fi. quia clarũ
eſt, ꝙ in iſtis
cauſis ſummarijs petitio eſt in actis ſcribenda, vt infra. §. non ſic. & di
xi ſupra in glo. in ver. neceſſariò. Item certum eſt, ꝙ in iudicijs plena-
rijs induciæ deliberatoriæ, ſi petantur, ſunt de ſubſtantia, vt no. 2. q. 1.
& eſt glo. clara in c. vxor fœlicis. 19. q. 4. probatur in d. Auth. offera- 2
tur. canonizata. 3. q. 3. ſentiunt Inno. & Hoſti. in c. 1. de libel. obla. &
Io. An. ibi in prima glo. vbi dicunt deliberatorias inducias poſſe ar-
ctari, ſed non in totum denegari, intellige ſi petantur, nam expreſſè,
& tacitè

& tacitè pōt illis renunciari, l. 1. ff. de ferijs. l. generaliter. C. de epiſc. & cle. de quo no. in c. 1. de dila. & dixi plenè ſupra in 3. artic. principali, in q. 12. vbi ēt poſui, an in criminalibus iſtæ induciæ deliberatoriæ ſint concedendæ. ¶ Nunc ad declarationem glo. quæro, an in iſtis
1 † iudicijs ſummarijs induciæ deliberatoriæ ſint dandæ? arguit glo. ꝙ non. nam ex quo in iſtis non requiritur litis conteſtatio, talis deliberatio non videtur neceſſaria. probatur per ſimile, quia in iſtis requirentibus ſummariā cognitionem interdū ſimul petitur, & iuratur, l. quædam. §. fi. ff. de eden. ¶ In contrariū arguit, quia ēt in his caſibus exigitur iuramentū de calumnia, vt infra ea Clemen. Item reus poteſt reconuenire actorem, vt infra ea. Cle. ſed indeliberatus non pōt commodè iurare, nec reconuenire; ergo ad hoc cogi non debet, niſi habitis prius deliberatorijs petitis. ¶ Secundò facit, quia per hanc formam non tollitur recuſatio iudicis, patet quia hic reſeruantur exceptiones, & defenſiones legitimæ, vt infra. §. nō ſic. ergo vt circa hæc poſsit deliberare, debet habere deliberatorias. Confirmatur, quia iniquius eſſet, iudicem, qui pōt procedere ſine figura iudicij, nō poſſe recuſari, quàm procedentē ordinariè. patet, quia procedēs ſine figura, pōt plus lædere; ergo à fortiori iudice procedente ſummariè, erunt dandæ tales deliberatoriæ, ne ſequatur dictum inconueniens. Item ne quis arctetur præcipiti feſtinatione ſuſcipere iudicium, argumen. l. tutor qui repertorium. ff. de admi. tu. l. edicto. §. cum aūt. ff. de iure fiſci. Et in hanc partem inclinat glo. hìc: quæ opinio verior eſt, & eam ſeruat curia, vt dicit Stepha. & Ioan. de Imo. col. 12. Pau. & Cardi. col. 10. ſecuundum quos non obſtat d. l. quædam. §. fi. quia non loquitur de iuramento calumniæ præſtando in tota cauſa, ſed de iuramento, ne quis calumnioſè petat editionem, vt ibi no. glo. Credit tñ Ioan. de Imo. ꝙ in iſtis ſummarijs breuior dilatio ad deliberandum dari poſſit, quàm in plenarijs. ¶ Tu conſidera huic dicto ob. quia cum induciæ tales dentur ēt ad recuſandum iudicem, & æquius ſit in ſummarijs iudicem poſſe recuſari, quàm in plenarijs: videtur ex hoc, ꝙ minor, quàm in plenarijs, dilatio dari non poſsit. ¶ Notanda tamen eſt iſta glo. ſecundùm Abb. in eo, quod dicit, ꝙ recuſatio iudicis ſapit defenſionem, quia facit ad quæſtionē, an per principem poſsit tolli fa-
2 cultas † recuſandi iudicem. de qua in c. ad hæc. ſupra de reſcrip. in c. ex parte. de offi. deleg. plenè per Dominicū in c. iudex ab apoſtolica. de offic. deleg. in 6. & per dñm meum Peruſinum in c. poſtremo. de appel. col. 2. per glo. & Doct. in l. apertiſsimi. C. de iudi. Inno. & Abbas
in c.

3 in c.ex tranſmiſſa.de foro compe. ¶ An aũt in caſibus,† in quibus eſt neceſſaria litis conteſtatio, vbi in libello eſt ſola narratio,& non concluſio, per reſponſionem fiat litis conteſtatio? Matth. & Io.de Imo. col. 12. tenent, ꝙ ſic, adducentes no.per Inno.in c.1.de li.conte.quo ẽt caſu poſſet ſequi condemnatio. alleg. Archi.2. q.1.c.notum.& c.in primis.quod eſt notandum. ¶ Sed pulchra eſt quæſtio, an litis conte-
4 ſtatio † poſsit fieri per petitionem,& reſponſionẽ affirmatiuã? videtur,ꝙ ſic, vt no. in c.dudum.il 2.de elec.& in c.1.de li.conteſta.in l. 1. eod.titu. ¶ Quidam legiſtæ,vt dicit Paul.tenent contrarium. Primò per l. rem non nouam. §. patroni. C.de iudi. Ibi [& contradictionis obiectum.] ¶ Secundò per l. ſi reus paratus. ff.de procur.vbi ſi reus actore agente, per procuratorem confiteatur,& paratus ſit ſoluere, ordinarius præcipit pecuniã exponi,non aũt delegatus,qui bene hoc poſſet, ſi eſſet litis conteſtatio inducta, vt ibi no. ¶ Tertiò,vbi lis conteſtatur,fertur diffinitiua,quæ imponit finem controuerſiæ. l. 1. ff. de re iudi.c.1.eod.tit.Sed vbi eſt confeſsio,non dicitur controuerſia, igitur &c. ¶ Primam tamen opi.dicit Paul.veriorem, quam ẽt tenet hic Cardi.& in d.c.dudum.& in c.1.de li.conte. ¶ Ad contraria reſpondet Paul.Primò,ꝙ tex.in d.§.patroni. non intendit formam conteſtationis dare,ſed intendit ſtatuere,ꝙ aduocati iurent de calumnia, lite conteſtata per obiectũ contradictionis: quia tunc debet in cauſa aduocatus officium ſuum præſtare,& non qñ pars confitetur:quia in cõfeſſum nullæ ſunt partes iudicis, niſi in condemnando.l.proinde.ff.ad leg.Aqui.c.1.2. q.1.Ad l.ſi reus paratus. reſpondet,ꝙ loquitur de cõfeſsione,quæ non inducit litis conteſta. quia facta ante libellum oblatum,vt ibi,ſecus ſi libello oblato.de quo per Spec.de officio iu. §.fin. ver.5.& per Io.An. ibi in addi. ver. ſi reus. ¶ Tu dicas in hoc articulo glo.in d.l.1.tenere,ꝙ etiam ſi reus reſpondeat cõfitendo, conteſtatur lis, ſi reſpondeat in figura iudicij libello oblato. Idem tenet glo. in d.c.dudum.& ſic debet intelligi glo.in d.c.1.& glo.in c.nos in quẽquam.2.q.1.facit ratio, quia lex 2.C.de iura.calum. quæ dicit, ꝙ per interrogationem actoris, & reſponſionem rei fit litis conteſtatio, nec diſtinguit, an reſpondeat negando, vel confitendo, ergo vtroq; caſu intelligetur.c.ſi Romanorũ 19.di.l.de pretio.ff.de publicia. põt enim eſſe, ꝙ confitetur reus animo ſubeundi iudicium,& litem. videmus.n. multotiens,ꝙ reus confitetur, & tamen vult litigare; patet in iudicio fami.hercíſ.quod datur inter volentes,& hanc opi.ſequuntur Bart.& Doct.in d.l.1.& Io.An.in d.ver.quid ſi reus.vbi dicit,ꝙ ſi reus fatetur

debitum,

debitum, tamen negat velle ſoluere, fortè pp pendentiam dilationis, vel prorogationis termini ad ſoluendum, vel allegat inopiam: tunc clarum eſt, ꝙ inducitur litis conteſtatio, tum quia iura non requirunt aliud, quàm interrogationem, & reſponſionē, d.l. 2. tum ēt, quia in hoc caſu nō ſimpliciter confitetur, vt infra dicam. Et Io. An. ibi aliter reſpondet ad l. ſi reus paratus. ꝙ non loquitur in confeſsione, quæ eſt actus iudicialis, ſed in oblatione ſolutionis, quæ eſt extraiudicialis actus. hanc etiam opi. ſequitur Bald. in d. l. ſi reus. & in d. l. 1. dicens, ꝙ quando non apparet, ꝙ confeſſus fuerit animo ſoluendi, vel ſubeundi iudicium, in dubio debet attendi, quod dicit glo. ibi. quia ſi oblato libello confiteatur in figura iudicij, præſumitur animo litem conteſtādi, & tunc requiritur diffinitiua, vt ibi dicit glo. & no. in d. l. proinde. Aut confitetur non in figura iudicij: & non requiritur diffinitiua, ſed ei fiet præceptum de ſoluendo. l. debitoribus. ff. de re iudi. & l. ſi debitori. ff. de iudi. Io. de Imol. in d. c. 1. dicit, ꝙ niſi conſtet de animo, vel interſit confitentis condemnare diffinitiuè fortè pp regreſſum de euictione, vel aliud intereſſe, nulla ratio ſuadet, ꝙ in dubio ſit præſumendum, ꝙ reſpondeat animo litem conteſtandi, cum iſte animus foret ſibi magis damnoſus. Et hoc verum, vbi ſimpliciter confiteretur. ſed vbi confitetur debitum, & allegat dilationem ſoluendi pendere, cum ſic aliqualiter contradicat, tūc ſine dubio procedit cōmunis opinio. Et hæc opi. Io. de Imo. non eſt paruifacienda, quia conſonat rationi naturali. Secundā tamen opi. de qua ſupra fecit mentionem Paul. tenuerunt Pet. & Cyn. in d. l. 1. adducentes d. l. ſi reus. pro quibus facit l. ſi domus. §. in pecunia. ff. de lega. 1. Tu ſequere communē opi. quàm etiam tenet Abb. in d. c. 1. colum. 9. Ad §. in pecunia. reſpondeo, ꝙ ibi fuit confeſſus ante libellum porrectum. vnde cum non præceſſerit petitio, non poteſt dici, per reſponſionem introductam litis conte. fuerat enim ibi citatus, & comparens fuit confeſſus, antequàm ſibi offerretur libellus.

SVMMAE.

1 *Iudex, cui fuit commiſſa cauſa de plano cognoſcenda, an poſſit illam expedire feriato tempore ob neceſſitatem hominum. Et quid indicat ver. de plano ibidem.*

2 *Iudex non tenetur in cauſis ſummarijs ſedere pro tribunali.*

Glo. in verbo, feriarum. In fi. quæro, an iudex, cui cauſa cognoſcen-

gnoſcenda de plano tantùm committitur, poſsit illam expedire tempore feriato ob neceſsitatem hominum. reſpondet glo. ſub dubio forte, ꝙ ſic; quia hoc inducit verbum, de plano: cum idem ſit dicere de plano, quod in domo ſua, vel non ſedendo pro tribunali, & per conſequens tali tempore feriato. allegat l. 2. ff. de ferijs. l. miles. §. ſexaginta. ff. de adulte. & cum hac glo. tranſit Stepha. adducens l. nec quicquam. §. de plano. ff. de offic. proconſul. & §. ſit tibi. in Auth. de man. princi. Idem tenet Barto. in Extrauang. ad reprimen. in verbo, de plano, & Ioan. de Imo. hic. col. 12. & Cardin. col. 11. & Abb. dicens hanc
1 glo. eſſe notandam ad duo. Primum in eo, ꝙ † ponit éthimologiam
2 verbi, de plano. Secundum, ꝙ † in ſummarijs index non tenetur ſedere pro tribunali. de quo dicam infra. in §. & quia. ver. verùm. vbi eſt bo. tex. Et de ſignificato verbi, de plano, dixi ſupra apoſtillando tex. in verbo, de plano, & ita etiam dicam poſt glo. in materia.

SVMMAE.

1 *Feriæ introductæ ob neceſsitatem hominum, quæ dicantur; & an talibus ferijs poſſint partes renunciare. ibid.*

2 *Cauſæ ſummariæ à plenarijs quid differant quantùm ad ferias, ob neceſſitatem hominum introductas.*

3 *Iudex an poſſit in ſummarijs cauſis procedere tempore feriato in honorem Dei, vel Sanctorum.*

4 *Cauſæ decimarum, matrimonij, beneficiales, vel vſurarum licèt poſſint tractari tempore feriato ob neceſsitatem hominum: in eis tamen non poteſt procedi tempore feriato in honorem Dei.*

5 *Iudex, cui commiſſa eſt cauſa ſummariè, & ſine figura cognoſcenda, an poſſit in ea procedere in repentinis ferijs. Et quæ ſint repentinæ feriæ, ibid.*
Et an per partes poſsit eis renunciari. nu. 6.

7 *Ferijs inductis ob neceſsitates hominum partes renunciare poſſunt. hæc communis opin. fallit, vt nu. 8. & 9.*

10 *L. ſi ita. de auro, & argen. lega. & l. ſi feriatis. ff. de fer. & l. ſi ſeruitus. ff. de ſeruit. vrba. præd. quomodo intelligantur per Barto. & alios.*

11 *Feriarum tempore ob neceſsitatem hominum poſſe in cauſa ſummaria procedi, etiam inuitis partibus, limitatur non habere locum in ferijs inductis ab homine, ſtatuto, vel conſuetudine ob eandem neceſſitatem.*

12 *Feriarum renunciatio, an noceat teſtibus, vt tali tempore poſſint ad teſtimonium compelli.*

13 *Feriæ ſunt à iure introductæ, ſed tempus illarum præſtituitur à præſidibus*

ſecundùm diuerſitatem locorum.

14 *Iudice, non conſiderata partium vtilitate, volente tempore feriato procedere, pars, de cuius præiudicio tractatur, non poterit appellare.*

15 *Iudex an poſſit in cauſis plenarijs, ſicuti in ſummarijs, dilationum numerum amputare.*

16 *Poteſt, verbum, intelligitur de honeſtate.*

17 *Iudex, cui eſt ſine ſtrepitu commiſſa cauſa, an poſſit exceptiones fruſtratorias reijcere.*

Gloſa in verbo, neceſsitatem.

In fi. quæro, quæ
1 dicant † feriæ introductæ ob neceſsitatem hominum. glo. dat exem
plum in ferijs meſsium, & vindemiarum. ¶ Secundò quæro, an par
tes poſsint iſtis ferijs renunciare. & gl. tenet ꝙ ſic, per l. fi. C. de ferijs.
2 ¶ Tertiò quæro, quantum † ad iſtas ferias in quo differãt cauſæ ſum
mariæ à plenarijs? reſpondet glo. ꝙ in ſummarijs, inuitis partibus, iu-
dex poteſt procedere: ſed in plenarijs proceſſus, & ſententia tali tem
pore prolata, altera parte inuita, vel abſente, non valet. l. 1. ff. de fe-
rijs. ¶ Quartò quæro, † an in ſummarijs iudex poſsit procedere tem
pore feriato in honorem Dei, vel Sanctorum? gl. reſpondet, ꝙ non,
3 per huuc tex. à contrario, ibi [ob neceſsitatem hominum.] Ex quo
decidit glo. q. de qua. 15. q. 4. in ſumma. Spec. tit. de ferijs. §. 2. ad fi. ſ.
4 ꝙ licèt cauſæ decimarũ, † matrimonij, beneficiales, vel vſurarum ſint
tractandæ tempore feriato ob neceſsitates hominum, Clem. diſpen-
dioſam. de iudi. non tamen in eis poteſt procedi tempore feriato in
honorem Dei, & cum hac glo. tranſit Pau. Ioan. de Imo. & Cardi. Ste
pha. tenet contrarium propter pietatem, & neceſsitatem, quæ militat
in prædictis cauſis: ſed primam opin. veriorem, & magis communem
5 dicit hic Cardin. ¶ Quintò quæro, an † in ferijs repentinis. (i. quæ re-
pentè inducũtur propter principis coronationem, vel victoriam, ſeu
aliud proſperè geſtum, ſeu aliam ſimilem cauſam. ff. ex quib. cau. ma
io. l. ſed ſi per prætorem. §. ſi feriæ. C. de dilat. l. ſiue pars. l. 1. C. de fe-
rijs.) poſsit iudex, cui cauſa eſt commiſſa ſummariè, & ſine figu-
ra, procedere, & cognoſcere. glo. reſpondet, ꝙ non; quia hoc non re-
peritur permiſſum, ergo prohibitum, c. nonne. de præſump. ¶ Secun
dò à principe ſolo induci poſſunt, & non ab alio, l. alumno. C. de fe-
rijs. ergo ſeruandæ ſunt, prout ab ipſo inducuntur. Et hoc tenet
6 glo. maximè tenendo illam opinionem, ꝙ talibus † ferijs repentinis

renunciari non poſsit, de quo per Specul. titu. de ferijs. §. fi. in prin. & tenet hic Pau. & Abb. in c. fi. col. 7. de ferijs. ¶ Tertiò facit ſecundùm Ioan. de Imo. ꝙ tales feriæ non ob hominum neceſsitatem, ſed propter principis reuerentiam inducuntur: ergo aliud in iſtis eſt dicendum, quàm in inductis ob neceſsitatem hominum. ¶ Et ex hac glo. ſunt notanda plura. Primum, ꝙ triplex eſt ſpecies feriarum. ¶ Secundum, quòd in ferijs repentinis non habet locum hæc Conſtitutio. quod etiam tenet Pau. Mathe. Abb. hic. Ioan. de Imo. col. 13. & Cardina. colum. 11. ¶ Tertium, quòd feriæ repentinæ æquiparantur ferijs introductis in honorem Dei: & in hoc ſecundùm Cardina. glo. eſt ſingu. ¶ Quartum, ꝙ ferijs inductis in honorem Dei, vel repentinis
7 partes non poſſunt renunciare. ſecus in introductis † ob neceſsitates hominum, quod ſine dubio procedit in renunciatione, quæ fit in iudicio. ¶ Sed dubium eſt, an in contractibus ſit idem? videtur, ꝙ non; quia iuri de futuro renunciari non poteſt. l. 1. C. de pact. cap. ex multiplici. de deci. Et ſuper hoc valde inſtant Pet. & Cyn. in l. 1. C. de ferijs. ¶ Contrarium tenet hic Pau. quia cum iſtæ feriæ concedantur à lege, earum exceptio competit, etiam antequam ſint; ideò eis poteſt renunciari: & hanc partem tenet Specul. titu. de ferijs. §. fi. ver. Quid ſi renunciatio. & ibi Ioan. And. in addi. Barto. in l. 1. de ferijs. ¶ Confirmatur hæc opinio; quia ſicut in contractu quis poteſt renunciare appellationi. l. fi. C. de tempo. appel. ſic debet poſſe ferijs prædictis renunciare. Cardin. hic col. 11. aliter refert Ioan. And. in addi. velle. ſ. ꝙ renunciatio non valeat, ſed ꝑ ſimplex pactum poſsit remitti. l. 1. C. de pactis. quæ opin. tutior eſt: ſed prima etiam vera eſt, prædicta ratio-
8 ne, vt inquit Cardina. ¶ Hæc autem communis † opin. fallit, vbi ſuperueniret aliqua cauſa, quæ nõ aderat tẽpore renunciationis; puta renuncians tempore renunciationis erat pauper (& ſic non occupabatur in vindemijs, & meſsium collectione) nũc eſt factus locuplex, argumen. l. de ætate. §. ex cauſa. ff. de interro. actio. Ita Bart. in l. 1. ff.
9 de ferijs. & Abb. in d. c. fi. col. 9. ¶ Secundò fallit in ferijs † futuris; 11
quia dicta renunciatio reſtringitur ad ferias, quæ erant tunc de pñti, non autem ad futuras, arg. l. ſi ita. ff. de au. & argen. lega. vnde cautela eſt, ꝙ in renunciatione fiat mentio etiã de futuris. Ita Bar. in d. l. 1. & Abb. in d. c. fi. & do. Anto. ibi allegans tex. in c. cum inter. P. de re-
10 nuncia. Idem † tenet Bal. in l. ſi feriatis. ff. de ferijs. Rapha. tamen Ful. in d. l. 1. tenet contrarium per tex. in l. ſi ſeruitus. ff. de ſerui. vrba. prædio. vbi ſeruitus inducta, ne officiatur luminibus domus, porrigitur

etiam ad lumina futura. Et reſpondet Rapha. ad d.l. ſi ita. ꝙ ibi hoc operatur pronomen, meum. ¶ Tu ſequere Bar. quia ſi etiam ibi non eſſet pronomen, meum, tamen diſpoſitio teſtatoris referretur ad tempus præſens; quia teſtator tempore teſtamenti non poterat præuidere, quæ futuræ eſſent veſtes, quas legabat. & ita illam. l. declarat Barto. in l. fina. C. quæ res pig. ob. poſs. & in d.l. ſi ita. verſicu. ſecundò eſt videndum. & in l. ſerui electione. §. fina. ff. de lega. 1. probatur in l. fi. §. qui indiuiſam. ff. de lega. 2. Ad l. ſi ſeruitus. reſpondet Guil. de Cu. in d.l. ſi feriatis. ꝙ ibi agebatur, vt de omnibus luminibus intelligeretur. Sed in caſu noſtræ quæſtionis ſuberāt feriæ præſentes, quæ de præſenti præſtabant impedimentum. ratio intelligitur de illis tantùm. hæc ſolu. violat d.l. ſi ſeruitus. quare do. Alexan. in d.l. 1. ſuſtinendo. Bart. dicit, ꝙ in q. noſtra non poterat renuncians præuidere, quot futuræ ſint feriæ, quæ obſtarent expeditioni cauſæ; quia neſciebat quāto tempore foret duraturum iudicium. ſecus eſt in d.l. ſi ſeruitus. quia promittens ſeruitutem, videbat latitudinem parietis; ex qua poterat præuidere futura lumina. vnde licèt feriæ vindemiarum, & meſſium ſint certæ, & à iure limitatæ. l. 2. C. de ferijs. ita ꝙ videantur poſſe præuideri: tamen prædicta ratione incertitudinis durationis iudicij, dicuntur per renunciantem non potuiſſe præuideri, iuxta notatā per Barto. in l. fi. C. quæ res pi. ob. poſs. ¶ Hæc ſolu. mihi non placet; quia etiam ſimilis incertitudo militat in caſu d.l. ſi ſeruitus. quia licèt præuidere poſsit latitudinem parietis, erat tamen incertus, an noua lumina haberent ibi fabricari. Et ibi cogitabam limitationem Bart. de qua ſupra, fore aliter intelligendam. ſ. de ferijs futuris, & de nouo introducendis, non autem de futuris iam à iure, ſtatuto, vel conſuetudine introductis: quoniam licèt earum curſus ſit de futuro, ius tamē ipſarum nobis de præſenti competit, vt ſupra dixi ex mente Specula. Et ſic debere intelligi prædictam limitationem, ſentit Abb. in d.c. ſi. vtens verbo, de nouo introductis. Cogita tamen. ¶ Quintum ex hac
11 glo. iuncto tex. no. ꝙ tempore † feriarum ob neceſsitatem hominum poteſt procedi in cauſa ſummaria, et inuitis partibus. quod limita verum ſingulariter in ferijs ob neceſsitatem hominum à iure introductis: ſecus in inductis ab homine, ſtatuto, vel conſuetudine ob dictā neceſsitatē, per hunc tex. ibi [à iure introductarū] à contrario ſenſū facit ratio; quia per hanc litteram non derogatur prædictis. c. cum veniſſent. de eo, qui mit. in poſs. c. 1. de conſtitu. lib. 6. Et ita declarat ſingulariter Lap. hic, quem refert, & ſequitur Cardina. col. 11. quod

eſt no.

eſt no.dignum. ¶ Ego puto veritatem iſtius limitationis pendere ab illo articulo, an appellatione iuris comprehendatur etiam ius municipale, vel conſuetudinis, de quo plenè per Doc̃to. in rubr. de conſuo. per Specula. & Ioa. And. de arbi. in §. finitur. plenè per Rom. in rubr. ff. de arbi. col. 5. & ſequenti. & in conſi. 251. ¶ An autem renunciatio † feriarum à partibus facta noceat teſtibus, vt poſsint compelli tali tempore ad teſtimonium? glo. in l. omnes dies. C. de ferijs. & in l. 1. ff. eo. tenet, ꝙ nõ. Idem Specula. in d. §. fi. & Abbas in d. c. fi. col. 7. & hoc, ne renunciatio alij perſonæ præiudicet, contra l. id quod noſtrũ. ff. de regu. iu. Et idem tenet Aretin. in §. appellantur. Inſtit. de exceptib. col. 27. & ibi col. 28. ponit, an talis renũciatio noceat fideiuſſoribus. ¶ De materia feriarum, & pluribus notabilibus quæſtionibus, vide per Hoſtien. in ſumma. & per Docto. in d. c. fi. per Aret. in d. §. appellantur. col. 22. & ſequen. Pau. de Caſt. in conſi. 214. vbi ponit, qualiter intelligatur ſtatutum diſponens, ꝙ geſta tempore feriato non valeant.

12 (margin number beside "tio † feriarum")

Gloſa in verbo, à iure. Oppo. contra tex. dicẽtem, ferias ob neceſsitates hominum introductas eſſe à iure; quia immo à præſide ſunt inducendæ. l. præſides. ff. de ferijs. ¶ Solu. dicit glo. verum eſſe, ꝙ à iure eſt ſtatutum † ferias fore introducendas: ſed non eſt ſtatutum tempus, quod tempus debet induci per præſidem: qui ſecundum diuerſitatem locorum citius in vno loco inducet, quàm in alio, cum ſic expediat. nam in Tuſcia feriæ vindemiarum inducuntur poſt feſtum S. Michaelis: licèt alibi prius inducantur.

13 (margin number beside "re eſt ſtatutum † ferias")

Gloſa in verbo, valeat. In fi. quæro, an tali tẽpore feriato poſsit iudex non procedere. gl. dicit, ꝙ ſic, per verbum, valeat, in tex. poſitum, per quod conſtat iſtud eſſe conceſſum poteſtati iudicis, & ſic non eſſe iuris neceſsitati ſubiectum, l. non quicquid. ff. de iudi. c. conſuluit. de offic. delega. l. ſæpe. ff. de officio præſidis. Ex quo inquit gl. ꝙ ſi per proceſſum tali tempore fiendum iudex comprehendit partes nimis grauari, honeſtum eſt, ꝙ ſuperſedeat; quia debet prouidere ſaluti partium. c. accedens. il 2. vt lit. non conteſta. c. ſtatutum. §. inſuper. de reſcrip. in 6. ff. commu. diui. l. iudicem. Ad quod bene facit quod no. Spec. de arb. §. fi. ver. ſed nunquid. dicens, ꝙ arbiter, licèt in compro

 miſſo

miſſo ſit renunciatum ferijs, non tenetur, ſi non vult procedere tali tempore. & cum hac glo. tranſit Ioan. de Imo. Pau. Stepha. & Cardin. col. 12. & Abb. hic, dicens hoc dictum glo. eſſe notandum ad multa.

14 Dicit etiam diligenter notandum, q; ſi iudex † partium vtilitate non conſiderata vellet tali tempore procedere: q; non poteſt pars, de cuius damno tractatur, appell. quia iſtud conceditur non arbitrio iudicis, ſed eius poteſtati: quo caſu licèt aliquando concedat, q; ab arbitrio iudicis, ſi malè arbitretur, poſsit appellari. c. 1. de dila gl. in c. ſup his. de accu. tamen quando committitur voluntati, ſeu poteſtati iudicis, non poteſt appellari; quia vtitur poteſtate ſibi à iure conceſſa. d. c. conſuluit. c. qui peccat. 23. q. 4. l. Seiæ. ff. de offi. præſi. Confirmatur hoc dictum. nam ſi appellari non poteſt in his, quæ iudicis conſcientiæ committuntur, vt eſt glo. & ibi plenè Doct. in c. ſtatutum. §. aſſeſſorem. de reſcrip. lib. 6. multò minus poterit in his, quæ voluntati, & poteſtati iudicis committuntur ſecundùm Abb. hic. quod eſt bene, & perpetuò notandum. ¶ Tu conſidera, quia fortè hoc dictum non eſt bene tutum; quia iſta verba [voluntati, vel poteſtati] relata ad habentem iuſtitiam miniſtrare, intelliguntur de voluntate regulata ratione; & ſic arbitrium ſignificante, ſecundùm Hoſtien. & communiter Doct. in c. ſignificauerunt. de teſtib. & dicam infra in §. ſequen. ſu per verbum, volo. Præterea poteſtas conceſſa per verba, liberam poteſtatem, & arbitrium liberum ſignificantia, non excludunt ſolemnitates iuriſgentium, vt tenet Barto. in Extrauagan. ad reprimen. in verbo, ſine figura. & dicam in §. ſequen. Non eſt etiam indiſtinctè verum, quòd in his, quæ conſcientiæ committuntur, non poſsit appellari, vt dicam infra in §. ſequen. Cogita, quia auctoritas Abb. eſt excellens.

Gloſa in verbo, amputet.

In fi. Op. q; hoc non ſit ſpeciale

15 in ſummarijs, vt ſonat litera; quia etiam in plenarijs † iudex tenetur numerum dilationum amputare. l. properandum. C. de iudi. c. finem litibus. de dolo. & contu. l. 1. C. de dila. Solu. glo. fatetur contrariũ, & dicit, q; licèt in plenarijs ad hoc teneatur; fortius hoc dicendum in ſummarijs. Et in hoc, q; fortius poſsit, ſtat ſpecialitas. Ad quod bene facit quod no. Spec. de offic. iudi. §. fi. ver. tertio. & cum glo. tranſeunt hic Doct. & vide quæ dixi ſupra in 4. no.

Gloſa

Gloſa in verbo, poteſt. In fin. Op. de ver. non ſic, vbi ponuntur multa, quæ neceſſariò ſunt ſeruanda in cauſa ſummaria; ex quibus nõ poteſt iudex, quantum vellet, litem abbreuiare. Solu. dicit glo. ꝙ hoc ver
16 bum, poteſt, debet honeſtè intelligi, cũ † id dicatur poſſe fieri, quod honeſtè põt. ẽ. faciat homo. 22. q. 2. l. filius. ff. de condit. inſti. l. nepos Proculo. ff. de verbo. ſignific. Sed poſita in d. ver. non ſic. honeſtè non poſſunt omitti: igitur, &c.

Gloſa in verbo, exceptionem. In fin. Quæro
17 an iudex, cui cauſa eſt cõmiſſa † ſine ſtrepitu, poſsit has exceptiones fruſtratorias reijcere? reſpondet glo. ꝙ ſic; quia talia propter quendam clamorem, & tumultum ſolent examini, & veritati habẽdæ obſtaculum præſtare. nam dicit canon, ꝙ cultum ſuum iuſtitia perdit, quando ſolẽnia iudicij obſtrepentium turbo profundit, dicente Propheta; Erit cultor iuſtitiæ ſilentium. 5. q. 4. c. in loco benedictionis. facit l. ſi quis in ſuo. C. de inoffi teſta. & l. 1. C. de conſor. eiuſdem litis. l. adulterij. C. de adulter. l. 1. C. de ſtud. vrbis Roma. libro 11. & de tali ſtrepitu habetur in cap. 1. de ſindico. & c. quorundam. de electio. in 6. Et cum hac glo. tranſeunt Paul. Ioan. de Imo. & cæteri Doctores.

SVMMÆ.

1 *Iudex, cui eſt commiſſa cauſa cognoſcenda ſine figura iudicij, an poſſit reijcere exceptionem recuſationis iudicij, impetrationis reſcripti, & his ſimiles.*

2 *Iudex, cui eſt commiſſa cauſa ſine figura iudicij, quam earum exceptionem reijcere poſsit, quas ordinariè procedens teneretur admittere.*

3 *Iudex, cui eſt commiſſa cauſa ſecundùm formam Clementi. ſæpe. fortius poteſt reijcere exceptiones, & appellationes interpoſitas gratia protelandi iudicium, quàm in plenarijs.*

4 *Appellationem eſſe fruſtratoriam: vel cauſam appellationis, ſeu exceptionis non fore legitimam, nec admittendam, ad quem ſpectat iudicare.*

5 *Iudex, an poſſit ita dilationes in ſummarijs cauſis reijcere, ſicuti appellationes, & exceptiones fruſtratorias.*

6 *Iudex, cui committitur cauſa ſummariè, & ſine figura cognoſcenda, an poſsit*

reijcere exceptionem diſcuſsionis oppoſitam per fideiuſſorem conuentum.

7 *Exceptio diſcuſſionis reijcitur, vbi agitur de bona fide, & ratio.*

8 *Campſor fideiubens ob eius præcipuam fidem excep. diſcuſsionis pōt opponere.*

9 *Tertius poſſeſſor ab vxore hypothecaria conuentus non poteſt opponere exceptionem, quòd prius bona mariti diſcutiantur, cum ſit exceptio de apicibus iuris.*

10 *Quæ ſunt de apicibus iuris, non poſsunt opponi in cauſa, in qua agitur de bono publico.*

11 *Cauſa ſummariè iudici commiſſa, eas tantùm exceptiones reijcere poteſt, quas ipſe poſſet ordinariè procedens, licèt fortius.*

12 *Exceptiones requirentes altiorem indaginem, quando in alio iudicio non poſſunt reſeruari, & examinari, ſunt per iudicem, cui eſt commiſſa cauſa ſine figura iudicij, admittendæ.*

13 *Exceptio diſcuſsionis, quæ eſt legitima defenſio, non debet tolli reo.*

14 *Clauſula, ſola facti veritate inſpecta, intelligitur de illa veritate, cui ius patrocinatur.*

15 *L. ſi mancipium. §. 1. ff. de euictio. in quibus terminis loquatur, & quomodo intelligenda.*

16 *Ius canonicum non admittit apices iuris.*

17 *Iurgium quid eſſe dicatur.*

18 *Quatuor in aduocato conſiderantur, nempè perſona, cauſa, modus, & ſalarium. & ratio.*

19 *Aduocatus ſi per infidelitatem, vel negligentiam, aut imprudentiam cauſam amiſit, tenetur ad reſtitutionem.*

20 *Aduocatus tenetur aduerſæ parti reſarcire damnum, ſi propter eius pertinaciam ceciderit à cauſa.*

Item ſi acceperit ſalarium à quo non debuit, vel vltra quàm debuerit.

21 *Aduocatus qua ſit pœna plectendus, qui, viſis inſtrumentis vnius partis, efficiatur aduocatus alterius partis. remiſſiuè.*

Gloſa in verbo, dilationes.

In fin. Quæro, an iudex, cui

1 cauſa eſt commiſſa † cognoſcenda ſine figura iudicij, poſsit reijcere exceptionem recuſationis iudicis, ſurreptionis, vel nullitatis reſcripti, vel dilatoriam ſolutionis, vel his ſimilem? glo. reſpondet, ꝙ non, ponderando literam, quæ dicit, exceptiones, appellationes, vel dilationes fruſtratorias, non autem dicit, exceptiones dilatorias. Ex quo patet, ꝙ hæc Conſtitutio non intendit repellere exceptionem recu-

ſationis

ſationis iudicis, exceptionem ſurreptionis, vel nullitatis contra reſcriptum, exceptionem dilatoriam ſolutionis, nec his ſimiles: ſed ſolum intendit repellere omnem exceptionem fruſtratoriam ad differendum iudicis proceſſum malitioſè oppoſitam. ¶ Sed tunc quærit glo. quam † exceptionem, vel appellationem poſsit iudex, cui cauſa eſt commiſſa ſine figura iudicij, reijcere, quam iudex ordinariè procedens teneretur admittere? reſpondet glo. ſe hoc non videre, nec percipere, ſed libenter vellet edoceri. ¶ Guil. verò hic declarando, dicit hanc Conſtitutionem ſolum repellere exceptiones fruſtratorias, quæ ſecundùm eum, dicuntur. ſ. exceptio recuſationis iudicis ex ea cauſa, ꝙ aduocatus alterius partis eſt familiaris iudici. allegat. c. 1. de officio iudicis. vel ſi opponitur exceptio excommunicationis contra eũ, qui ſe defendit, vel appellationem proſequitur, vel petit ſe abſolui contra. c. cum inter. c. dilect. c. ſignificauerunt. de excep. & generaliter vbicunque lex repellit exceptiones, vel vbicunque iudici videbitur, ꝙ cauſa ſubterfugij opponatur, iudex datus in forma, de qua hic, illas repellet. ¶ Hæc exempla, & declaratio Guil. non eſt bona; quia nihil ſpeciale oſtendit eſſe in ſummarijs, cum idem ſit in plenarijs, in quibus & exceptio, & appellatio fruſtratoria eſt reijcienda. Primum probatur in c. 1. de offic. iudicis. Secundum in c. cum appellationibus friuolis. de appel. in 6. Vnde ſecundo loco Stepha. vt hic refert Cardina. colum. 4. dicit, ꝙ in ſummarijs iudex reijcit except. & appel. quas ius dicit non admittendas: & hoc ſiue exceptiones ſint dilatoriæ. d. c. 1. ſiue peremptoriæ. c. aduerſario. c. cum eccleſiaſticæ. de exceptionibus. & etiam non reprobatas à iure, ſi ex ſufficientibus præſumptionibus videat eas proponi animo protelandi litem: ſecus ſi coniecturæ non ſint ſufficientes, ſed veriſimiles: quia tunc non repellet, ſed nec recipiet, niſi proponens ſe obliget ad certam pœnam, ſi defecerit. pro hoc facit, quod in glo. magna. ver. inſuper nota. inquit Compo. in c. quod ſicut. de elect. Ad cognoſcendum autem, quæ appellationes, & exceptiones dicantur fruſtratoriæ, ſe remittit ad notata in Clemen. 1. de dolo, & contumacia. ¶ Prædictis accedat dictum nota. Innocen. in c. poſt electionem. de conceſs. præben. vbi dicit, ꝙ ſi iudex vehementer ſuſpicatur contra opponentem exceptionem, & petentem dilationem, ꝙ opponat animo dilatandi iudicium, non debet exceptionẽ admittere, licèt in ſe ſit probabilis, nec debet de appellatione curare, ſi eſt falſa, & non poſsit iuſtificari. c. interpoſita. de aplatio. nec friuolæ appellationi iudex debet deferre. cap. cum appellationibus,

latıonibus.de appella.lib. 6. Sed debet iurgantium lites celeri expeditione finire.c.1.de re iudica. & Inno.ſequitur Pet.de Ancha.in Clemen.fi.in prin.de appella. & Roma. in conſi.273. de quo per Abb.in c.conſtitutus.de fideiuſs.& in c.licèt cauſam.de proba. vbi latius per Aretin. Hæc ſecunda opin. non ſatisfacit contrario;immo laborat eodem morbo, quo præcedens. ¶ Quare tertia fuit opin. Cardin.hìc
3 col.4.ꝙ † iudex, cui cauſa eſt commiſſa in forma, de qua hìc, reijcit exceptiones, & appellationes cauſa protelandi iudicium interpoſitas,& fruſtratorias fortius,quàm in plenarijs:& erit ſenſus, quòd licèt iudex ordinariè procedens prædictas exceptiones repellere debeat,tamen iudex ſummariè cognoſcens fortius debebit illas reijcere. ¶ Hanc opin.comprobat, quod in ſimili dixit glo. ſupra in verbo,amputet.& glo.infra in verbo, multitudinem.eandem opin.tenet hìc Abb.colum.5.& Ioan.de Imo.col.15.dicens poſſe etiam dici, ꝙ hìc excluduntur exceptiones,quæ magis fruſtrantur, & differunt iudicia, quàm concernant veritatem. exemplum ponit in exceptione: tu non potes eſſe procurator;quia miles, vel fœmina:nam iſtæ exceptiones non ſunt de iure naturali,ſed illi repugnant. facit. l.ſi fideiuſſor.§.quædam.ff.mādati.vel (dicit ipſe) iſta Conſtitutio excludit omnes exceptiones, ſi iudex ſuſpicatur de malitia retardandi proceſſum,etiam ſi ſit oblata probatio,niſi veritas probetur. argumen. nota per Innocen.in d.c.poſt electionem.& ſupra dixi.ſecus eſt in cauſis plenarijs,c.interpoſita.de appella. Vel excludit exceptiones requirentes altiorem indaginem, quæ tamen poſſunt in alio iudicio reſeruari,& examinari.& ita Barto. in Extrauag. ad reprimen. in verbo, ſine figura, per l.ille à quo.§.ſi de teſtamento.ff.ad Trebell. & l.3.§. ibidem.ff.ad exhi.Secus ſi non poſſent in alio iudicio examinari:quo caſu ne auferatur ius parti, ſunt admittendæ; faciunt notata in c.veniens.il 2.de teſtibus. & in c.quoniam.§.ꝙ ſi ſuper. in glo. in verbo. ſummatim.vt li.non conteſta.in c.ſollicitæ. de reſti. ſpo. Quæ autem dicantur exceptiones requirentes altiorem indaginem, no. Bart.vbi
4 ſupra.& dicam infra poſt glo.in materia. ¶ Sed tunc quæritur † quis iudicabit appellationem fruſtratoriam, vel cauſam appellationis, ſeu exceptionis non fore legitimam, nec admittendam? videtur, ꝙ nemo,non primò appellans; quia quamlibet diceret iuſtam, non appellatus; quia quamlibet diceret iniuſtam,non iudex à quo; quia diceret contra appellationem. c.ſi quis præpoſtera.50. diſtin. c.ſuſpitionis.de offic.delega.Contrarium concludit Matthæus,dicens, ꝙ quilibet

libet iſtorum iudicabit, primò appellans quantùm ad appellandum; quia debet exprimere cauſas legitimas, & probabiles in appellatione. appellatus quò ad excipiendum; quia debet excipere contra appellationem, & cauſas in ea inſertas. iudex à quo quantùm ad deferendum: non tamen hoc cognoſcet in figura iudicij, ſed extraordinariè. Can ſit iuſta, vel iniuſta appellatio. Iudex enim appellationis quātùm ad appellationem recipiendam. ff. de appellat. l. ſciendum. facit quod no. in Clem. 1. de electio. & ad ipſum ſpectat verum iudicium. c. vt debitus. de appella. c. Romana. §. ſi verò. cum duobus ſequentib. eod. titu. in 6. Et cum ipſo modo prædicto iudicabit iudex à quo, cui poterit eſſe notum, an ſit deferendum, non per cauſæ cognitionem; quia illam non habet, ſed per euidentiam facti, ſuper quo iudicatum eſt; vel quia in illo caſu à iure prohibetur appellatio; vel quia in appellatione ante ſententiam non fuit expreſſa cauſa, vt debuit, vel minus legitima. d. c. vt debitus. & c. 1. de appella. in 6. facit quod no. Inno. in c. paſtoralis. § præterea. de appellatio. & Archid. in c. ſi à iudice. eo. ti. & ita tranſit hìc Ioan. de Imo. col. 15. & Cardina. colum. 12.

5 ¶ An autē † ſicut iudex in ſummarijs poteſt reijcere exceptiones, & appellationes fruſtratorias, vt hìc; ita poſſit reijcere dilationes? Stepha. hìc & Cardi. col. 4. diſtinguunt, ꝙ aut eſt iuratum de calumnia, aut non. ¶ Primo caſu ſi dilatio, quæ petitur, conceditur à iure, non poteſt iudex reijcere, per regulam, indultum. lib. 6. c. de his. 28. diſtin. Aut non conceditur à iure: & tunc iudex admittet, vel negabit, prout ſibi videbitur, ꝙ iuſtè, vel malitioſè petatur, vt ſupra dictum eſt de exceptione. ¶ Secundò verò caſu quando non eſt de calumnia iuratū, exigitur iuramentum, ꝙ malitioſè non petit: qđ ſi præſtare noluerit, ab inſtituta cadet actione, c. fi. §. penul. de iuramen. calum. nam materia dilationum eſt amputāda vt hìc, & l. 1. de appella. de quo per Hoſti. in ſumma de dilationi. §. ſed quando. & §. nunc videamus. ¶ Quæ tamen ſupra dicta ſunt in glo. iſta, ſunt notanda, quia conferunt ad q. in qua anno præterito conſului: an iudex, cui cauſa committitur

6 ſummariè &c. & ſine figura, poſſit reijcere † exceptionem diſcuſſionis, oppoſitam per fideiuſſorem conuentum. qui dam excellentes aduocati ciuitatum Taurini, & Alexandriæ tenebant, ꝙ poſſit, & debeat. mouebantur. ¶ Primò quia, ꝙ tela vnius iudicij præcedat futuram quæſtionē, dicitur eſſe ſolemnitas de apicibus iuris, vt inquit glo. ſingularis in l. ſi mancipium. §. 1. ff. de euictio. Sed iudex cognoſcens ſine figura, debet hos apices reijcere, vt hìc: ergo talis exceptio diſcuſ-

ſionis

ſionis prius fiendæ de principali non erit admittenda.& ita dicebant tenere Bald.in apoſtilla in d.l.ſi mancipiũ.per glo.ibi. ¶Secundò,vbi
7 agitur de bona fide,exceptio † diſcuſsionis reijcitur;quia in tali iudicio apices non admittuntur. l. ſi fideiuſſor. §. quædam. ff. mandati.
8 ¶Item † campſor,qui fideiubet,pp eius præcipuam fidem,exceptionem diſcuſsionis pôt opponere.glo.eſt notabilis in.§.argentarios. in Auth.de fideiuſſo.quam ibi ſequitur Bart.& Bal.in l.fruſtra.C. de non nume.pecu. & Roma. in conſ.392. Areti.in.§.ſiquis in fraudem.col. 12.Inſt.de actio.& in.§. 1.col. 18.Inſti.de excep.Ergo in hoc iudicio, ſine figura iudicij, in quo agitur de bona fide, non erit admittenda. ¶Tertiò eorum opi.firmabant auctoritate Are.in d.§.ſi quis in fraudem. Hæc eorum opi.confirmari videtur ex eo,quod dicit Rom. in l.
9 ſi conſtante.in prin.ff.ſolu.matri.ſe conſuluiſſe.ſ.ꝙ tertius † poſſeſſor conuentus ab vxore hypothecaria non pôt opponere exceptionem, ꝙ prius excutiantur bona mariti,per glo. ſingularẽ in d.l.ſi mancipiũ. quæ dicit exceptionem diſcuſsionis eſſe de apicibus iuris: & ea,quæ
10 † ſunt de apicibus non poſſunt opponi in cauſa, in qua agitur de bono publico,per l. ita vulneratus. ff. ad leg. Aquil. ergo cum in cã dotis verſetur bonum publicum,l. 1. ff. ſolu.matr.l. aſsiduis. C.qui po.in pig.ha.talis exceptio erit reijcienda. Præterea ꝙ exceptio diſcuſsionis ſit inuenta ad rigorem iuris conſeruandũ, & non ad perimendam actionem,vel ius partis: ſed ſolum ad modũ,ſeu facultatẽ conueniendi,tenet Bart.in l.cum quis.in fin.C.de iuris & fac.igno.& in l.1.in fi. ff.de condi. inde.Et Bald.in d.l. ſi mancipium. §. 1. in apoſtilla. Ego conſului contrarium,& obtinui.mouebar. Primò per hanc glo.dicentem,ꝙ in iſto iudicio ſummario &c.ſolum repelletur fruſtratoria exceptio. Sed exceptio diſcuſsionis non eſt huiuſmodi; ergo &c. ꝙ aũt non ſit fruſtratoria,patet;quia ius,ẽt in plenarijs, non admittit exceptiones fruſtratorias.d.c.1.& ſupra dixi,& tamen admittit exceptionem diſcuſsionis, Auth.præſente. C.de fideiuſſo.cum ſimi.ſequitur ꝙ non eſt fruſtratoria, ergo per conſequens admittenda. ¶ Secundò retenta opi. Guil.de qua ſupra,volentis, ꝙ ab iſto iudicio ſummario duntaxat repellantur exceptiones,quæ alias à lege repelluntur,& nõ aliæ.ſequitur, ꝙ cum exceptio diſcuſsionis à lege non repellatur,immo admittatur, vt ſupra,ꝙ ẽt in iudicio ſummario erit admittenda. ¶Tertiò ſecundùm opi. Steph. de qua ſupra,in iſto iudicio ſummario repelluntur exceptiones,quas ius dicit non admittendas. Sed exceptio diſcuſsionis non eſt talis, Auth. præſente.ſupra allega.ergo ad-

mittenda, maximè cùm nulla ſufficiens præſumptio habeat animum
iudicis mouere ad credendum, ꝙ cauſa protelandi litem opponatur,
ſed potius cauſa euitandi iudicium,& vt ab illo ſe releuet. ¶ Quartò
retenta cõmuni opi. glo. hic, Cardi. Ioan. de Imo. & Abb. hic, de qua
11 ſupra, iudex,† cui cauſa eſt cõmiſſa ſummariè &c. ſolùm põt reijcere
illas exceptiones, quas poſſet iudex ordinariè cognoſcens, licèt for-
tius hoc poſsit, & debeat: ſed iudex ordinariè cognoſcens exceptio-
nem diſcuſsionis non repellit, ſed admittit, d. Auth. pñte. igitur,&c.
¶ Quintò. Iudex in iudicio ſummario ſolũ repellit exceptiones, quæ
magis fruſtrantur iudicium,& in longum protrahunt, quàm defenſio
nem concernant, vt ſupra dixit Ioan. de Imo. ſed iſta exceptio non
12 eſt talis, vt de ſe patet, igitur. ¶ Sextò. exceptiones † requirentes in-
daginem altiorẽ, quando in alio iudicio non poſſunt reſeruari,& exa-
minari, ſunt per iudicem, cui cã eſt commiſſa ſine figura iudicij, admit
tendæ, vt ſupra dixi ex mente Bart. Sed iſta exceptio diſcuſsionis à fi-
deiuſſore opponenda non põt in alio iudicio reſeruari: quia facta cõ-
demnatione, & executione, nullum remanet iudicium inter ipſum fi-
deiuſſorem, & creditorem; cum ſolutione eius, quod debetur, ſublata
ſit obligatio. Inſti. qui. mo. tollitur obliga. in prin. in quo quidem iudi
cio poſſet denuò examinari iſta exceptio, igitur &c. ¶ Septimò facit
13 ratio ſtringens. clarum eſt, ꝙ in iudicio † ſummario reo non tollitur
legitima defenſio, vt infrà ver. non ſic. ergo exceptio diſcuſsionis cũ
ſit defenſio, erit admittẽda. ꝙ ſit defenſio, probo ſic. Illa dicitur defen
ſio, quæ oſtendit actorem de facto agere, iure ſibi non ſuffragante.
glo. eſt ſingularis in verbo, defenſionis, ponens differentiam inter ex-
ceptionem,& defenſionem in c. 1, de lit. conte. lib. 6. ſed iura non per-
mittunt regulariter agi contra fideiuſſorem inuitũ, niſi prius excuſſo
principali,& inuento non idoneo in totum, vel in parte, d. Auth. præ-
ſente. ibi [non permittitur interceſſorem] &c. Quinimmo, antequam
poſsit conuenire fideiuſſorem, etiam facta excuſsione, eſt ſuper ipſa
neceſſaria declaratoria, vt no. Bart. in l. ſtipulatio. §. hoc autem. ff. de
noui oper. nuncia. quem ſequitur ibi Ang. & Rom. Et idem Roma. in
conſ. 93. & in conſ. 211. & Are. in d. §. ſi quis in fraudem. col. 9. ergo
cum conſtet, ꝙ agens contra interceſſorem, non excuſſo principali,
agit ſine actione,& iure agendi de facto. ſequitur, ꝙ talis exceptio, im
mo defenſio, per iudicem ẽt cognoſcentem ſummariè &c. eſt admit-
tenda. quin fortius cum (vt ſupra dixi) defenſio foret admittenda
ẽt per iudicem cognoſcentem ſola facti veritate inſpecta: quia per di

ctam

ctam clauſulam nō tollitur defenſio, vt tradit Rota Rom. in deciſ. 73. incip. Quando cauſa cōmittitur in palatio. & in dec. 96. incip. Item diuiſionem. Sequitur Rom. in conſ. 519. Et facit ratio, quia iudex co gnoſcens ſola facti &c. habet cognoſcere vt Deus, ſecundùm Bal. pul chrè in l. fin. col. 3. C. de iure deli. ſed Deus non tollit defenſionē, Cle. paſtoralis. de re iudi. igitur &c. facit ēt ſingularis determinatio Bald.
14 in l. nemo. C. de ſen. & interlo. om. iudi. dicentis, ꝙ clauſula † ſola facti veritate inſpecta, intelligitur de veritate, cui ius patrocinatur, inferen tis, ꝙ virtute dictæ clauſulæ non poſſet condemnare ad id, quod nudo pacto debetur, vel iam erat præſcriptum: qm̄ licèt veritas ſit iſtos debere, tamen tali veritati ius non patrocinatur. ¶ Nec ob. ſupra in
15 oppoſitū allegata rectè conſideranti. Et primò ad glo. in d. l. † ſi mā- cipiū. §. 1. reſpondeo dupliciter. ¶ Primò, ꝙ relata ad tex. loquitur, qn̄ tela iudicij præambuli erat cum eodem tractanda, & diſcutienda. nam ibi dicitur, ꝙ licèt agens communi diuidundo debeat primò agere rei vendica. vt conſtet de illius dn̄io, l. fundi. ff. de except. rei iudi. tn̄ ſi is, contra quem agitur cōmuni diui. non opponit exceptionem dicti præambuli iudicij, & ab eo res fuerit euicta iudicio communi diuidundo, ſuccumbens habet regreſſum de euictione: licèt omiſerit dictam exceptionē opponere, cum ſit de apicibus iuris, ſecundùm glo. ibi. ecce ꝙ ibi & tela præambuli iudicij, & futura quæſtio erat cum eodem tractanda: quo caſu, ſi talis exceptio fuiſſet opponenda, capitur præſumptio, ꝙ animo fruſtrandi aduerſarium opponitur; nam per illam ſe non eximit à iudicio. quæ ratio ceſſat in exceptione diſcuſſionis, per quam excipiens eximitur; & eſt præſumendum eo animo excepiſſe, & non animo fruſtrandi, arg. l. meritò. ff. pro ſocio. Ponderanda eſt, & notanda hæc ratio, quia eneruat fundamentum tenentium oppoſitum. ¶ Vel ſecundò licèt glo. ibi dicat non eſſe imputandum reo, quando omiſit exceptionē præpoſterationis iudicij: non tn̄ dicit, ꝙ ſi opponenda fuerit, non ſit admittenda. ¶ Confirmatur hæc ſolutio; quia ſimile habemus, ꝙ licèt proceſſus inquiſitionis ſuper crimine contra præſentem, non præcedente tela iudicij ſuper infamia, ſit nullus. c. 2. de accuſa. lib. 6. tamen ſi opponatur, debet opponi exceptio. d. c. 2. & c. qualiter, & quando. de accuſa. ¶ Aduerte tamen, quia
16 dicta iura probant contra glo. in d. l. ſi mancipium. patet, nā ius † canonicum non admittit apices iuris. c. dilecti. de iudi. Sed ius canonicū permittit, & diſponit inquiſitionem ſuper crimine debere præcedere inquiſitionē ſuper infamia: ergo ſequitur non eſſe bonam conſequentiam

tiam dictæ glo. dicentis, quia præpoſteratio eſt de apicibus. Et ideò fortè dici pôt, q̄ quædam tela reperitur ad rigorem iuris conſeruandum. d. l. ſi mancipium, §. 1. & iſta dicitur de apicibus: quædam requiritur ad veritatis indaginem, & conſeruandum defenſionē partis: & iſta non dicitur de apicibus iuris. Sed exceptio diſcuſsionis eſt huiuſmodi, igitur &c. q̄ autem ſit huiuſmodi, probatur: quia licèt non tollat, nec perimat ius, vel actio. partis, reſpicit tamen defenſionem opponentis. l. moſchis. in prin. ff. de iure fiſci. l. 1. C. de decurio. lib. 10. vbi probatur, q̄ etiam contra fiſcum, & rempublicam admittitur exceptio diſcuſsionis, id que fore æquum inquit tex. in d. l. moſchis. ergo ex hoc capite, q̄ defenſionem partis reſpiciat, erit exceptio diſcuſsionis admittenda. ¶ Comprobo hanc ſententiam ex eo, q̄d in ſimili inquit Bal. in l. fi. §. 1. circa prin. C. cōmunia de leg. dicēs, q̄ quando agatur contra tertium poſſeſſorem hypothecaria, arbitrator, qui procedit ſecundùm æquitatem, non poteſt reijcere diſcuſsionem exceptionis. quod dictum Bald. commendat, & ſequitur domi. Alexan. in d. l. ſi conſtante. in prin. col. 15. dicens ſe hoc alibi non legiſſe. ff. ſolu. matr. quia talis exceptio non tm̄ iuris ordinem concernit, ſed etiam partis beneficium, & hoc perpetuò commenda memoriæ. ¶ Non etiam refragatur quod inquit ſupra Rom. ſe conſuluiſſe, qm̄ malè conſuluit, & ſeipſum Rom. reprehendit, fatendo morbum ſuum in d. l. ſi conſtante. vbi Bart. tenuit contrarium in terminis de muliere agente contra tertium poſſeſſorem hypothecaria. Et ad argu. Rom. de d. l. ita vulneratus. patet ſolutio per d. l. moſchis. & d. l. 1. Præterea licèt tex. in d. l. ita vulneratus. dicat multa propter publicam vtilitatem recepta eſſe contra iuris ſubtilitatem: non tamen neceſſariò ſequitur, q̄ exceptio diſcuſsionis ſit reijcienda; quia contrarium probatur in d. l. moſchis. & d. l. 1. Et ita cum Rom. in lec. quicquid dixerit conſulendo, reſidet dom. Alex. in d. l. ſi conſtante. in princi. col. 14. ¶ Nec etiam verū eſt, q̄ Areti. in d. §. ſi quis in fraudem. teneat contrarium. nam loquitur in alijs terminis, ſcilicet qn̄ cauſa venit decidenda ſecundùm veritatem. quo caſu ſecundùm ipſum exceptio excuſsionis non eſt admittenda, quod etiam ſequitur Rom. in conſ. 416. & in conſ. 430. de cuius tamen dicti veritate pro nunc ſubſiſto; maximè quia contrarium innuit Bald. in d. l. fin. §. 1. C. communia de lega. Et adde quæ latius dicam infra in. §. 1. vbi pono effectum horum verborum, ſecundū veritatem, & æquitatem, de quorum ſignificatione per Rom. in rub. ff. de arbi. col. 4. & in conſ. 205. per Abb. & do. Anto. in c. litteras. de iuramen.

men. calum. ¶ Adde etiam quæ dico infra.§.1.in q.quid ſi dicatur, procedas iuris ſubtilitate, & apicibus non ſeruatis: ex quibus habes diſcuſſum hunc paſſum de except. diſcuſsionis melius, quàm alibi inuenies.

17 **Gloſa in verbo, iurgia.** In fin. Quærit, quid ſit † iurgium, & ſe remittit ad no. in c.forus.§.iurgium.de ver.ſig. alias in §.negocium, dixi aliquid ſupra, apoſtillando tex.remiſsiuè tamen.

Gloſa in verbo, multitudinem.

In fi.Op.ꝙ ēt in plenarijs multitudo teſtium ſit refrænanda, cap.ſigni ficauerunt.& c.ſequen.de teſti.in l.1.in fi.ff.de teſtib.ergo non eſt ſpe ciale in ſummarijs, vt inquit litera. Glo.fatetur cõtrariũ, dicens, ꝙ ſpe cialitas cõſiſtit in hoc.ſ.ꝙ licèt in plenarijs multitudo teſtiũ ſit refrę nanda, fortius hoc eſt faciendum in ſummarijs: & cum hac glo.re ſi-
18 dent omnes. ¶ Extra glo. quærit Mat. quot requirantur in † aduo cato. reſpondet ꝙ quatuor, perſona, cauſa, modus, & ſalarium. Perſo na primò; quia non debet eſſe hæreticus, vel excommunicatus. 4.q. 1.c.perſonæ.c.vergentis. c.excommunicatos. de hæreti. nec mona chus.de poſtu.c.ex parte.tales enim peccãt aduocando, niſi pro mo nacho, & mandato prælatorũ. 16.q.1.c.monachi.c.2.de poſtula.nec in ſacris conſtitutus, vel minoribus.bene facit.d.c.1. ¶ Secundò at tenditur cauſa, quia non debet aſſumere cauſam iniuſtam. l.rem non nouam.C.de iudi. ¶ Tertiò attenditur modus.ſ.vt non producat fal ſa inſtrumenta, vel teſtes: nec alleget falſa iura, nec dilationes non ne ceſſarias petat in grauamen partis. Et ꝙ fideliter, quantùm iuſtitia permittit, iura ſui clientuli foueat, nihil de contingentibus omitten do.33.q.4.c.1.2.q.6.c.ſi quis. Item ꝙ non procaciter, nec cum iniu ria dicendo, vel vociferando patrocinetur, dicente Propheta; Erit iu ſtitiæ cultus ſilentium.5.q.4.c.in loco.& ſupra in gl.in ver.exceptio nes. ¶ Quartò attenditur ſalarium, vt non petat, à quo non debet, nec vltra quàm debet.l.1.§.in honorarijs.& quod ibi no.ff.de var. & extraordina.cognitio.l.ſumptus.ff.de pact. tenetur enim ad reſtitu-
19 tionem, ſi per † infidelitatem, negligentiam, vel imprudentiam cau-
20 ſam amiſit. Item ſi propter eius † pertinaciam pars aduerſa iniuſtè amiſit, tenetur ad reſtitutionem damni. Item ſi acceperit ſalarium, à

quo non debet, vel vltra quam debuit, tenetur reſtituere. de quo ſecundùm Cardin.hic colum.12.plenè per Roma. in ſumma de rapto ribus.§.contra aduocatos.Iſta videntur aliqualiter impertinentia:volui tamen tangere, vt de his, quæ hic ſcribunt Docto. nihil omittat.

21 ¶Qua autem pœna ſit plectendus † aduocatus, qui viſis inſtrumentis vnius partis, poſtea efficitur aduocatus aduerſarij. Et quod crimē committat, vide Barto. formantem quæſtionem de aduocato Florentino.in l.1.ff.de præuarica. & latius Ioan.de Ana. in rubri. de calumniato. Barto.in l.1.§.is depoſitum.ff.de fal. & ſupraſcripta velim ſatis eſſe pro commento principij huius Clementinæ. Sequitur §. non ſic tamen.

SVMMAE.

1 *Probationes neceſſariæ admittuntur in cauſis ſummarijs, ſicuti quæ non releuant probantem, non admittuntur.*

2 *In cauſis ſummarijs admittuntur legitimæ defenſiones.*

3 *Acta factum litis, vel cauſæ concernentia, ſeruari debent in cauſis ſummarijs: licèt acta iudicij, continentia ſolemnitatem non ita obſeruentur.*

4 *Citatio fieri debet etiam in ſummarijs, à qua iudicium inchoatur.*

5 *Iuramenti triplex eſt ſpecies, nempè calumniæ, malitiæ, & de veritate dicenda. Et quid differant.*

6 *Pœna impoſita perſiſtenti vſque ad litis conteſtationem, per iuramentum de calum. ſurgit idem effectus, ſi eſt cauſa, in qua non ſit lit.conteſt. ac ſi lis ipſa fuiſſet conteſtata.*

7 *Iudex elaborare debet, ne veritas occultetur.*

8 *Sententia debet eſſe conformis libello. & in quibus conſiſtat talis cōformitas.*

9 *Sententiam eſſe latam in eo, quod eſt petitum, & iuxta id, quod eſt petitum, valde differunt.*

10 *Iuxta, verbum, licèt quandoq; capiatur pro propè, ſiue à latere, tamen poteſt etiam ſumi pro, ſecundùm.*

11 *Sententia lata ſuper eo, quod venit in conſequentiam rei in libello petitæ, valet: licèt ſuper principali non ſit ei conformis.*

12 *Credens iuris errore ductus ſententiam pro ſe latam, contra ſe latam, & petat illam infirmari, an iudex poterit illam confirmare.*

13 *Sententia à iudice lata, valet, quando id, ſuper quo pronunciatur, eſt ſucceſſiuum, ſiue annexum ei, quod principaliter petitur.*

14 *Iudicium dicitur quid vniuerſale quò ad omnia capitula, quæ illi inſunt.*

15 *Iudex ſi re petita, implorato officio, prius condemnat in æſtimationem, non dicitur*

citur facere iniuſtitiam, ſiue æſtimatio, quæ ſuccedit loco rei, ſit in obligatione, ſiue veniat arbitrio iudicis.

16 *Iudex magis conformare ſe debet cum materia libelli, quàm cum eius forma, dummodo quod petitur, poſſit in iudicio includi.*

17 *Re ſimpliciter ſine ſolitis pertinentijs in libello petita, valebit tamen ſententia ſuper illis, quamuis non petitis.*

18 *Sententia lata ſuper re non petita in libello valet, quando res ipſa, ſuper qua eſt lata ſententia, veniret in iudicio ex natura, & aptitudine actionis intentatæ, & ratio.*

19 *Actore, ſiue reo petente pro ſe ferri ſententiam, valebit eadem ſententia tam in expenſis non petitis, quàm etiam in cauſa principali in libello deducta.*

20 *Sententia lata ſuper exceptione rei in libello deducta, videtur etiam pronunciatum ſuper petitis ab actore.*

21 *Papa, Imperator, & quilibet alius Princeps non recognoſcens ſuperiorem, exiſtentes iudices inter partes, petitionis modum excedere poſſunt. & ratio.*

22 *Arbitratoris ſententia valet, licèt non ſit conformis libello.*

23 *Sententia de conſenſu partium vltra petita valet. & hoc quomodo intelligatur, ibidem.*

24 *Reus quando iudicio pendente, ſine dolo deſijt poßidere (puta quia res petita fuit pro parte confiſcata) valebit quidem ſententia ſuper alia parte.*

25 *Sententia iudicis condemnantis debitorem ad ſoluendum, valebit, etiam ſi condemnauerit creditorem ad reſtituendum pignora, quamuis in libello non fuerit petitum. & ratio.*

26 *Re in libello petita ex cauſa neceſſaria fit quãdoque per iudicem condemnatio in eius æſtimationem, & ad æſtimationem deuenitur. licèt hoc non fuerit in libello petitum.*

27 *Sententia à iudice prolata ſuper eo, quod incidit, vel emergit, valebit, licèt non fuerit petitum in libello.*

28 *Iudex in criminalibus petitam in libello pœnam ex cauſa poteſt alterare. remißiuè.*

29 *Actione, quantò magis, in libello intentata, ferri poteſt ſententia in redhibitoria, licèt non ſit in libello petita.*

30 *Libellus in dubio talis præſumitur, qualis reperitur eſſe ſententia.*

31 *Petitio ſicuti per ſententiam ſuppletur; ita etiam ſuppleri debet per probationes, cum ſententia, & probationes æquiparentur. quod verum, vbi non cõſtaret de ineptitude libelli.*

Iudex

32 *Iudex non poteſt ſupplere, ſi plus ſit probatum, quàm petitum.*
33 *Petitio fieri poteſt in ſummarijs verbo tantùm, ſed oportet, ꝙ in actis redigatur per modum memorialis.*
34 *Quæ aguntur in iudicio, debent ſiue ſcriptura, ſiue verbis in actis redigi.*
35 *Poſitiones, & articuli formantur ſuper petitione.*
36 *Petitio ideo ſcribitur, vt clarior fiat diffinitio, quæ in actis debet inſeri per ſcriptorem actorum.*

§. *Non ſic tamen.*

1 NOn ſic tamen. No. † primò, ꝙ in ſummarijs probationes neceſſariæ admittuntur. Ex quo dicto neceſſe infert Gemi. ꝙ illa, quæ non releuant probantem, non admittuntur: ſed hoc non eſt ſpeciale in ſummarijs; quoniam idem diſponitur in plenarijs, l. ad probationem. C. de prob. c. cum contingat. de offi-
2 cio delega. ¶ Secundò nota, ꝙ in ſummarijs † defenſiones legitimæ admittuntur. de quo per gl. infrà in verbo, legitimæ. probatur in Clemen. paſtoralis. §. cæterùm. de re iudi. Nam etiam excommunicato, & hæretico non denegantur. c. cum inter. de excep. c. filij. de hæret. in ſexto. Et eſt ſecundùm Matthæum aduertendum, ꝙ licèt alibi inter exceptiones, & defenſiones notetur differentia, de qua per glo. no. in cap. 1. de litis conteſta. libro, ſexto. & dixi pridie in rubrica de exceptio. tamen hic verbum, defenſiones, largè accipitur, vt comprehendat exceptiones: probatur, quia de exceptionibus dixerat ſupra in principio, vbi excludit exceptiones fruſtratorias. ergo non fruſtratorias admittit. facit c. qualiter. il 2. §. debet. de accuſationib. ¶ Ter-
3 tiò nota, ꝙ acta † factum litis, vel cauſæ reſpicientia in ſummarijs ſunt ſeruanda, licèt acta iudicij continentia ſolemnitatem per omnia non obſeruentur. de quo per Innocen. in c. cauſam quæ. ſupra de te-
4 ſtib. ¶ Quartò nota, ꝙ etiam in ſummarijs † debet fieri citatio, à qua inchoatur iudicium. c. quoniam contra. de proba. Inſtit. de pę. te. liti. in fi. facit; quia etiam in notorijs requiritur citatio. c. ad noſtram. il 3. de iureiuran. de quo in c. veſtra. de cohabi. cleri. per domi. Anto.
5 in repeti. & Cardina. ibi. q. 14. ¶ Quintò no. triplicem ſpeciem † iuramenti. ſ. calumniæ, malitiæ, ſiue de veritate dicenda, inter quæ ſecundùm Pau. & Geminia. differentia eſt; quia primum tantùm ſemel præſtatur. Auth. hoc ſacramentum. C. de iuramen. calum. ſecundum

pluries præſtari poteſt.c. 1.in fi.de iuramen. calu.in 6. Item primum tantùm poſt litem conteſta. præſtatur ab vtraque parte; ſecundum, quandocunque præſumptum fuerit de malitia, d.c.1.in fin.& l.1.& 2. C.de iuram.calum. ¶ Ex quo infertur, quòd ſicut litis conteſtatio præcludit viam dilatorijs. c.inter monaſterium. de re iudi. Ita in cauſis, in quibus non fit litis conteſta. hoc faciet iuramentum de calumnia in dictis caſibus, in quibus lis non conteſtatur. Primus actus, qui ſolet fieri poſt litis conte. habet vim litis conte. vt notanter inquit glo. in verbo, abſentia.in c.1.de elec.in 6.Inno.in c.præterea.de dilatio.in c.duobus.de appel.Spe.de appel.§.qualiter.ver.ſed pone.Cy. Bart. & Doct.in l.nulli.C.de procura.Cy.Bar.& Bald.in l.2.C.de conſor.eiuſdem li.in l.poſt litem.C.de procu.in l.ab executore. §.fi. de appell. in Extrauagan.ad repri.in verbo, ſine figura.Cyn.Bald.& Saly.in l.properan. in prin.& Bart.in ea.l.§.& ſi quidem.C.de iudi.Roma.in conſ. 174.quod incipit.Spectabilis do.Collecteral.Bart.in d.l. defuncto.ff. de publi.iudi.Bal.in additio.Spe.tit.de arbi.Ang.in l.Pompo.§.rati.ff. de procu. Doc.in l.ſi pluribus.ff.de leg.1.do.Ant.in c.cum M.de conſtitu. Abb. in c.1.de ordi. cogni. colum. 2. ex quo infert hic Paul.de
6 Eleaza.quòd quãdo imponitur † pœna perſiſtenti vſq; ad lit.conte. vt in l.in criminali, C.de iuriſdi.om.iu.in c.inolita 11.q.1.in c.ſi diligenti.de foro compe.ſi cauſa eſt, in qua non fit litis conteſta. per iuramentum de calum. ſurgit idem effectus, ac ſi lis conteſtaretur.aliàs eſſet deterior conditio cauſarũ, in quibus proceditur ſummariè, quàm aliarum, cõtra mentem huius Conſtitutionis. & ita tenet Cardi. hic colum.6. de quo vide Dominicum in d.c.1.ſuper glo.in verbo, abſentia. ¶ Sex-
7 tò nota, quòd iudex debet elaborare, ne† veritas occultetur.c. quoniam.§.1.vt li. non conte. c. dilecto. in fi. de teſti.c.cum Ioannes. de fid.inſtru.l.is
8 apud quẽ. C.de eden. ¶ Septimò no.ex ver.verum.quòd ſententia † debet eſſe conformis libello. concor.l. vt fundus.ff.cõmuni.diui.l. fin.C. de fideicom.liber. c.licèt Ely. de ſimo.c.qualiter.2.de accu.circa fin. Et talis conformitas debet eſſe in tribus, ſcilicet in re, cauſa, & actione. ¶ Primum probatur in l.hæreditas materteræ.ff.de petitio.hære. & in d.l.fin.fatuus eſt enim iudex, qui in alijs, quã petitis, cõdemnat, vt ibi. ¶ Secundum, ſcilicet de cauſa, probatur in l.edita.C.de edendo. Et ita pulchrè Bald.in l.1.col.2.C.ſi plu.vna ſen.vbi et ponit, nunquid in concomitantijs, ſcilicet loci, & temporis, ſententia debeat eſſe conformis libello, ibi vide per eum. Et amplia prædictam regulam procedere, ſcilicet quòd ſententia debeat eſſe conformis petitioni, etiam

vbi

vbi iudex ex officio procedit pro intereſſe publico. c. ad noſtram. 2. de iureiu. quo caſu debet dari copia inquiſitio, d.c. qualiter. §. debet, & tunc inquiſitio ſuccedit loco libelli, & iudex loco actoris: nec poſſet iudex ſecundùm veritatem iudicare, ſed tm̃ ſecundùm acta. c. paſto. §. quia verò. de offi. delega. & ita Cardi. hic col. 2. ¶ Prędicta tamen regula fallit, primò, quandò agitur de matrimonio carnali, vel ſpirituali, vel de alijs concernentibus periculũ animæ. quo caſu ratione iuris publici, quod ex eo reſultat, non attenditur forma petitionis, nec voluntas partium, ſed rei veritas tm̃; & ſecundùm veritatẽ fertur ſententia, quæ non tranſit in rem iudicatam. c. cum nobis olim. c. nihil. c. dilecta. de electio. c. ſi forte. eo. tit. in 6. c. lator. c. tenor. c. conſanguinei. c. cum Bertoldus. de re iudi. facit quod no. in c. cum olim. de dolo, & contuma. in c. ex conqueſtione. de reſti. ſpoliato. c. ſicut ex literis. de ſponſa. & hanc fallentiam tradidit hic Lapus, quem ſequitur Cardi. col. 2. ¶ Secundò fallit in cauſis ſummarijs, in quibus proceditur ſine figura iudicij; quia in illis ſufficit, ꝙ pronuncietur iuxta illud, quod eſt petitũ, licèt non in eo, quod eſt petitum. tex. eſt hic, ibi [iuxta petitionis formam] per quem tex. ita firmat Bart. in d. Extrauagan. ad reprimen. in verbo, ſine figura. col. 2. quem ibi ſequitur Ioan. de Ligna. & Io. de Imo. col. 36. Io. de Ana. in d. c. licèt Ely. in vltima car. & dom. Alexan. in l. vinum. ff. ſi cer. peta. col. penul. Ex quo infertur, ꝙ in omnibus caſibus, de quibus in Cle. diſpendioſam. de iu-
9 di. valebit ſententia, licèt non ſit lata † in eo, quod eſt petitum, dũmodo ſit lata iuxta petitionem. Aliud enim eſt petitum, aliud iuxta petitum. tex. eſt in l. an tamen. §. quod tamen. ibi [quid iuxta mandatũ, & ſi non mandatum fuerit] ff. iudica. ſolui. Ad quod facit glo. notabilis in l. ad legatum. ff. de procurato. vbi conſtitutus ad petendũ legatũ põt agere edicto de tabu. exhi. quia, vt dicit ibi glo. ſufficit fieri iuxta mandatum. Et glo. elegans in verbo, intellexiſſet, in c. ſi ſoli. de cõceſ. præben. lib. 6. notanter dicit, ꝙ id, quod eſt vicinum mandato, intelligitur incluſum mandato. hæc fallentia eſt ſummè notanda pro ſaluandis ſententijs latis in caſibus, quibus proceditur ſine figura iudicij. ¶ Sed tamen mihi non videtur bene tuta, & pondero obſtare tex. in d. c. licèt Ely. & in d. c. qualiter. in fi. vbi tex. ẽt loquens in cauſis, quæ cognoſcuntur plenariè, vtitur huiuſmodi verbis [iuxta formam iudicij dictetur ſententia] oportet ergo dicere, hanc fallentiam non verã. præterea ſi rectè conſideretur tex. noſter, clarum eſt auctorem in eo, ꝙ dicit [verum quia iuxta petitur formam] &c. voluiſſe aliquid no-

ui ſtatuere circa hoc in ipſis cauſis ſummarijs, ſed ſolùm referre iuris
diſpoſitionem, vt relatio ipſorum verborum clariſsimè ſonat. egit.n.
auctor ſolum prouidere circa poſitiones, & alia, quæ ſequuntur, vbi
10 ſine figura iudicij cauſa tractatur. ¶ Præterea verbum, iuxta † licèt
quandoq; capiatur pro propè, ſiue à latere. c. ſolitæ. verſi. ſicut autē. &
ff. de incen. rui. nau. l. ſi ædes. & l. fi. ff. finium regun. facit quod no. glo.
& Bal. in l. militis codicil. in prin. ff. de teſtam. mili. tamen etiam capi
poteſt iuxta, ideſt, ſecundùm, c. maiores. de baptis. & no. plenè Alber.
in alphabeto ſuo in verbo, iuxta. vbi ēt ponit, ꝙ alijs diuerſis modis
exponitur: cum igitur diuerſimodè capi poſsit, non eſt ſumenda in-
terpretatio, ꝙ per hoc verbum hic voluerit auctor in ſummarijs cau-
ſis ſtatuere contra iuris regulas: velim tamen ſuper hoc bene cogi-
tes; quia noua eſt mea conſideratio, & fortè non irrationabilis: licèt
maxima ſit auctoritas tenentium oppoſitum, à quorū opi. non eſſet
in iudicando tutum recedere. ¶ Tertiò fallit, quando id, ſuper quo
11 pronunciatur, venit in conſequētiam petiti: † quo caſu valet ſententia,
vt pulchrè declarat Pet. de Anch. in Clem. pe. in 4. no. de appel. con-
cludens, ꝙ ſi appellatus petat ſententiam confirmari, & iudex viderit
illam infirmandam, pōt infirmare: & econtra ſi appellans petat con-
firmari, pōt iudex confirmare, licèt hoc non ſit petitum. all. no. per
Inn. in c. cum contingat. de offi. delega. & notatur in c. oblatæ. de ap-
pel. facit ſimile, ꝙ eo ipſo, ꝙ iudex pronūciat rem eſſe tuam, videtur
pronunciare meam nō eſſe, l. Pomponius. §. ſed & is. ff. de procu. & ſic
ſufficit, ꝙ id, ſuper quo pronunciatur, veniat in conſequētiā petiti. Ex
quo ēt ſequitur, ꝙ ſufficit, ſi pronunciatur tacitè ſuper petitis. Ita de-
clarat Io. de Ligna. poſt Inno. quem alij ſequuntur in c. ex conqueſtio
ne. de reſtitu. ſpolia. & idem per Abb. in 10. col. in illo dubio, an peti-
tio actoris ſit cōmunis, adeo ꝙ ſi reus probet de iure ſuo, poſsit fieri
declaratio pro ipſo. & concludit, ꝙ ſic: quia eo ipſo ꝙ pronunciatur
rem ſpectare ad reum, in conſequētiā pronunciatur non ſpectare ad
actorem; cum duo non poſsint eſſe domini eiuſdem rei inſolidum eo-
dem tempore, l. ſi vt certo. §. ſi duobus. ff. commo. facit quod habetur
in l. circa. ff. de proba. & per Bal. in l. fin. C. de fideicom. liber. & quæ di
cam infra in ſe. fallentia. & in octaua, & 15. fallentia. Tu adde, ꝙ ean
dem fallentiā ſequitur Io. de Ana. in d. c. licèt Ely. in fi. charta. ¶ Item
adde, ꝙ id, qđ ſupra dixi tenere Inno. in d. c. cum cōtingat. tenet ēt Io.
An. licèt Inno. non alleget, in c. ſi delegatus. de offi. deleg. & ſequitur
Ang. in l. ſed & ſi poſſeſſori. in prin. ff. de iure iu. facit quod no. Bart. in

l. ſi ex-

l.ſi expreſſim.in fin.ff. de appel. Abb. in c. cum ſuper.de offi. delega.
col.6.& quod pulchrè no.Bal.in l.1.in 6.col.C.quando prouo.& Bal.
in l. præſes.in fi.C.de ſen.& interlocu.vbi quærit,an ſi quis errore iu-
12 ris ſententiam† pro ſe latam credat contra ſe latam,& petat illam in-
firmari,an iudex poſſet illam cõfirmare?& determinat, ꝙ ſic,per tex.
vnicum,& mirabilem in l.Titiæ amicæ.in fi.ff.de auro, & argen. lega.
Addo idem tenere Bal.in c.ſuper eo.de appel.in c.ſignificauerunt. de
excep.in c.cum dilecta.& in c.ex parte.il 2.de reſcrip.in c.2. de pro-
batio.in c.veritatis.de iureiuran.quod eſt ſingu.no. dignum. ¶ Quar
13 tò fallit,quando†id,ſuper quo pronunciatur,eſt ſucceſſiuum eius,qđ
principaliter petitur,vel eſt ei ſubrogatum,vel annexum. caſus eſt no
ta.in c.conſtitutus. de relig. do.vbi fuit facta condemnatio ad penſio
nem,ſeu cenſum:licèt id non eſſet petitum. Et ita tenet Ioan.de Ana.
in d.c.licèt Ely.in vlt. char. ¶ Ad quod bene facit quod inquit Bal.in
l.fi.in 1.col.C.de fideicom.liber.dicens, ꝙ quædam veniunt in conſe-
quentiam,vel acceſſoriè petitorum: & iſta ſiue veniant iure actionis,
includuntur in libello,ſiue veniant officio iudicis,ſunt de tacitis apen
ditijs libelli; & ideò ex quo talia veniunt in compromiſſo,vt no. in l.
qui aliter.ff.de arbi.& in mandato iuriſdictio.quod eſt ſtricti iuris.C.
ſi à non compe.iudi.l.ſi de proprietate .& in mandato procuratoris,
cuius forma eſt ſtrictè interpretanda.l.qui proprio.§. idem quæritur.
14 ff.de procura. fortius in iudicio clauduntur:quia † omne iudicium eſt
vniuerſale quò ad omnia capitula,quæ illi inſunt,l.ſolemus.ff.de iud.
15 vnde excepto caſu libertatis,de quo in d.l.fi.ſi † iudex re petita,prius
implorato officio, condẽnat in æſtimatio. non dr̃ iniuſtitiam facere,
ſiue æſtimatio,quæ ſuccedat,ſit in obligatione,ſiue veniat arbitrio iu-
dicis.l.ſtipulationes non diuiduntur.ff.de verbo.obli.l. qui reſtituere.
16 ff.de rei vendi. Iudex † enim ſe magis debet conformare cũ materia
libelli,dummodo id poſſit in iudicio includi , quàm cum eius forma.
l.1.§.biduum.ff.quando appel.ſit.l.cum eorum.C.de ſen.& interlo.ra
tionem autem, quare aliud ſit in cauſa libertatis, & ſic in caſu.d.l.fin.
ponit Bal.in d.l.fin. ¶ Confirmat prædicta, ꝙ æſtimatio non eſt om-
nino extranea, ſed ſolet ſuccedere loco rei;ideo valet ſententia in æſti
matio.licèt res ſit petita,ſecundùm Bal.in d.l.fin.per l.vinum.ff.ſi cer.
17 peta. ¶ Quintò fallit, vbi petitur † res, quæ ſolita eſt habere pertinen
tias: quo caſu licèt non ſit petita cum pertinentijs, valet tamen ſentẽ-
tia ſuper illis,probatur in c.inter dilectos.de dona.vbi per Io.de Imo.
non enim eſt nouum, ꝙ vnum petatur,& in alio fiat condemnatio,l.1.

ff. de in li.iurān.l.qui reſtituere.ff.de rei ven.vbi petitur res, & fit cō-
demnatio,quantum in litē fuerit iuratum:licèt hoc non ſit petitum,&
ita notanter declarat Bald. in l. & ſi ſeuerior. C. de his,qui no.infa.in
ver. Quartò opponitur. vbi allegat tex. in d.c.licèt Ely.vbi ſic reſidet
18 Io.An.in vltima charta. ¶ Sextò fallit,quando non petitum † ſuper
quo eſt lata ſententia, venit in iudicio ex natura,& aptitudine actio-
nis intentatæ; nam id dicitur tacitè ineſſe. Et ideò ſi agitur actione le
gis aquiliæ,& ſimpliciter petitur damnū emendari, poterit fieri con-
demnatio ad duplum contra negantem, licèt id non ſit petitum. Ita
ſingulariter Bal.in l.contra negantem.C.ad leg.falc.in ver.3.opponi-
tur. vbi eſt bo. tex. ſequitur Ioan. de Ana. in d. c. licèt Ely.in vltima
charta. ¶ Ad quod bene facit, quòd dicit Bal. in l. ſi ea.C.de adulte.
volens,ꝙ ſi in libello accuſet quis de adulterio;probato ſtupro, valet
ſententia ſuper ſtupro; quia nomen adulterij ēt ſub ſe comprehendit
ſtuprum: niſi verba ſint adeò coarctata, ꝙ comprehendant virum, &
vxorem. & Bald.ſequitur Io.de Ana.in rub.de adul.in fin.ad quod vi
de quæ dicam infra poſt decimam nonam fallentiam. ¶ Septimò fal
19 lit,qñ † id, ſuper quo fertur ſententia, tacitè; & implicitè fuiſſet pe-
titum. ¶ Ex quo infero, ꝙ ſi actor, vel reus petit pro ſe ferri ſenten-
tiam,includitur cauſa principalis,& expenſarū;ideo valet ſententia ſu
per expenſis,licèt non ſint petitæ.Et ita pulchrè Bal.in l.properandū.
§. ſinautem alterutra. C. de iudi. allega. Inno. in c.grauis.de reſtitu.
ſpolia.qui hoc tenet,ſalua reuerentia ſui præceptoris, ſcilicet Dini.ad
quod etiam facit quod no. Inno. in c. ſæpe. de appel.& ita reſidet Io.
20 de Ana.in d.c.licèt Ely.in fi.char. ¶ Octauò fallit,quando † pronun-
ciatur ſuper cauſa exceptionis rei: quia tunc videtur pronunciatū ſu-
per petitis per actorem. ¶ Ex quo infero, ꝙ ſi peto à te. 10.& tu op-
ponis pactum de non petendo, ſufficit pronunciare exceptionem pa-
cti non competere; quia tacitè videtur declarare debitum ſubeſſe.
hoc probatur in c.cum inter nos.de conſue.vbi hoc tenet do. Anto.&
Io.de Imo.allegans quod habetur in l.quod tamen.§.ſi aliæ.ff.de ar-
bi.Et idem tenet Ioan.de Ana.in d.c.licèt Ely.charta fi. ¶ Nonò fal-
21 lit in † Papa,vel Imperatore. & idem de principe non recognoſcente
ſuperiorem, qui exiſtens iudex inter partes,poteſt excedere modum
petitionis ſecundùm Spe.tit.de actio.& peti.§. ſupereſt.colum. 3.ver.
Sed nunquid de ſequen.quem ſequitur do. Ant.in d.c.licèt Ely.& Ioa.
de Ana.ibi in fin. ¶ Adde idem tenere Bart.in l. Aemilius. ff. de mino.
in aliquibus lec.& Archi.in c.2.de reſti.ſpo.in 6. Areti. Inſti. de act.

§. curare. in col. 10. do. Alex. in d. l. vinũ. col. fin. Et eſt ratio. quia tales principes non arctantur ad obſeruantiã ſolemnitatum. immo in ipſis omnis ſolemnitas circumſcribitur, vt latè dicam infra in §. & quia. ſuper glo. in verbo, peremptoriè. in articulo, an valeat ſententia Impe-
22 ratoris ſine citatione. ¶ Decimò fallit in † arbitratoribus ſecundùm do. An. & Ioan. de Ana. in d. c. licèt Ely. per no. in c. conſtitutus. de relig. domi. ſed ſecundùm eos eſt tex. clarus. in c. niſi eſſe viri prouidi. de præben. & no. Bar. in l. cum Aquiliana. ff. de tranſac. facit quod no. in l. 4. §. hoc autem iudicium. ff. de dam. infec. & in c. bonæ. de poſtu. prælato. & vide Bal. in l. fin. §. 1. in 4. col. C. cõmunia de leg. do. Anto. in d. c. conſtitutus. & in c. Quintauallis. de iureiuran. Ang. in l. de his. ff. de tranſac. ¶ Vndecimò fallit de conſenſu partium, quo accedente
23 valet ſententia † vltra petita ſecundũ Bart. in l. 1. ff. de actio. emp. facit quod poſt glo. no. Bart. in l. ſi conuenerit. ff. de re iudi. vbi de voluntate partium valet ſententia ſuper parte petitorum. Et hoc ſequitur D. Alex. in d. l. vinum. col. fi. conſidera tu huic dicto obſtare, quia in eo, quod non eſt petitum, ſententia erit lata ſine litis conteſta. ergo nulla, quia hoc partes non poſſunt remittere. l. prolatam. C. de ſen. & interlo. Intellige, vt valeat vt ſententia, quia vt pactum valebit ſecundùm glo. in l. 1. C. cõia vtriuſ. iudi. veritas tamen pendet ab eo, ſ. an partes poſſint renunciare ſolemnitati iudicij, de quo latè in d. l. prolatam. & per Doc. in c. de cauſis. de offi. deleg. per Abb. in c. 1. de libel. obla. per glo. & Doct. in c. fi. de re iudic. in 6. ¶ Duodecimò fallit,
24 quando † pendente iudicio, ſine dolo reus deſiit poſſidere; puta quia res petita pro parte fuit confiſcata: quo caſu valet ſententia ſuper alia parte, nec eſt neceſſaria abſolutio pro parte publica; quia pro illa parte inſtantia eſt perẽpta, & ſic valet ſententia pro parte, licèt nõ ſit petitum. Ita Bart. per tex. ibi in l. ſi conſtante. §. fi. ff. ſolu. matr. de quo ibi per Io. de Imo. & plenius in c. cum inter. de re iudi. per Bart. & Moder. in l. 1. C. ſi aduer. rem iudicatam. per Matheſilanũ in ſuo no. 138. vbi limitat prædictã doctrinam Bart. in d. l. ſi conſtante. Item & hoc caſu, quando reus poſſeſſor conuẽtus reali ſine dolo, & colluſione deſijt poſſidere (quia pendente iudicio eijcitur de poſſeſsione) põt iudex condemnare conuentum ad cedendũ actori interdictum vnde vi contra illum violentum, licèt hoc non fuerit petitum. tex. eſt notandus in l. quod ſi in diem. §. Iulianus. in verbo, cedere debet. ff. de petit. hæredi. vbi hoc colligit Ang. & alleg. Spec. titu. de interroga. quæ fiunt ante litem conteſta. §. nunc de interroga. ver. ſed ecce reus. ¶ Tertiodecimò

decimò fallit in interloquutoria, † quæ fertur pro emergentibus ſecundùm Bald. in l. fin. in princ. ff. de fideicom. liber. ¶ Quartodecimò fallit in condemnatione, in qua pôt modificare libellum ſecundùm Bald. in d. l. fin. in princ. per tex. in l. cum is qui legatum. ff. de petitio. hæredi. vbi dicitur. cum is, qui legatū ex teſtamento percepit, hæreditatem petit: ſi legatum quocunq; modo redditum non ſit, iudicis officio côtinetur, vt victori, deducto eo, qđ debetur, reſtituatur hrđitas. ¶ Quintodecimò fallit in correlatiuis, ſeu correſpondentibus, quorum origo de vno fonte proficiſcitur. Exemplum; creditor petit à de-
25 bitore, ꝙ ſoluat. Iudex † condemnato debitore ad ſoluendum, condemnat etiam creditorem ad pignora reſtituendum: per quod dicitur feciſſe id, quod cauſa deſiderat, & ſic valet ſententia, argum. l. quiſquis. C. de poſtulan. ſecundùm Bad. in l. cum eorum. C. de ſenten. & interlo. ver. Tertia lectu. eſt. facit bo. glo. in verbo, iudicium, in c. cum Eccleſia. de cauſa poſſeſs. & proprie. & bo. tex. in l. qui id quod. ff. de donatio. [Ibi cauſam enim, & originem.] &c. faciunt quæ dixi ſupra in 2. & 3. fallentia. ¶ Sextodecimò fallit ex cauſa neceſſaria,
26 qua accedente † ex neceſsitate rei fit condemnatio in æſtimatione, & ad æſtimationem deuenitur. l. ſi ſeruum. §. fi. ff. de verb. obliga. l. in re furtiua. ff. de condi. furti, Ita Bal. poſt Iaco. Butri. in l. & ſi ſeuerior. C. de his, qui no. infa. & Bar. in l. vinum. col. pen. verſi. Veniamus ad vltimam partem. ff. ſi cer. peta. vbi idem tenet domi. Alex. & allegat ad hoc Bar. in l. ſtipulationes non diuiduntur. in 9. q. ff. de verb. obli. & eſt glo. in l. fi. ff. quæ ſen. ſine appel. ponit Bal. in l. fi. C. de fideicommiſſa. liber. facit quod no. Bar. in l. ſi ex Pamphila. ff. de leg. 2. in prin. per tex. ibi, & in l. fideicommiſſa. §. ſi ſeruo. ff. de leg. 3. vbi dicit Bal. ꝙ ſi illud, qđ eſt petitum, non poteſt præſtari, iure, vel conſuetudine obſtante, poteſt condemnari in alio. probatur hoc, quia in iudicio deciſorio licèt ſit petita diuiſio omnium, iudex poteſt dare vni rem, alij æſtimationem. §. pen. Inſti. de offi. iudi. cum ſimilibus. ¶ Decimoſe-
27 ptimò fallit, quando illud aliud, ſuper quo fertur † ſententia, incidit, vel emergit. nam in illo poteſt ferri ſententia, licèt non fuerit petitum: cautius tamen eſt à principio illud in libello petere, no. in l. 2. §. item ſi in facto. ff. de verborum obligat. l. ſi quis miſſum. §. 1. ff. de damno infect. vbi dicitur formaliter. Iudex, qui de damno infecto cognoſcit, etiam alienato fundo ab eo, cum quo actum fuerit, damnum æſtimare ſolet omne, quodcunque ante iudicium contingit. & glo. ibi ſupplet, fortius idem eſſe, ſi contingit poſt iudicium; quia illud etiam

nõ petitũ ſpectat ad iudicis offm.& ita tenet Bar. in d.l.& ſi ſeuerior.
¶ Decimooctauò fallit in criminalibus, in quibus poteſt iudex ex
28 cauſa pœnã † petitam alterare ſecundùm Bar. in l.quod ergo.§.pœ
na grauior.ff.de infa. quem ſequitur domi. Alex. in d.l.vinum.col.fi.
& rõ eſt,quia in ciuilibus iudicium fundatur in pace:in criminalibus
verò eſt fundatum in vindicta,ſecundùm Bart.in d.§.pœna grauior.
ver.Opponitur.in fine. ¶ Adde idem tenere Iaco. Butrig. & Bal.in
d.l.ſi ſeuerior.limitãtẽ hoc procedere, vbi ageretur criminaliter per
tex.ibi: ſecus ſi de crimine ageretur ciuiliter, quicquid dixerit Iac.
Butrig.ibi,tenens contrarium,per d.§.pœna grauior.ſed malè,quia
non erat in illo.§.ſpecialiter actum. vnde ſententia ibi potuit confor
mari libello,nec per alterationem pœnæ receditur à forma libelli,li
cèt recedatur à iuſtitia pœnæ imponendæ. & ita dictum.§.declarat
Bal.in d.l.& ſi ſeuerior.facit quod no.Inno.in c.1.de libel.obla.Et ita
reſidet Areti.in §.curare.Inſti.de actioni. col.10.quod nota. ¶ De-
29 cimononò fallit in actione quantò minoris † intentata, quia poteſt
ferri ſententia in redhibitoria.l.bouem.§.aliquando.ff.de ædil.edic.
ſecundùm Roma.in ſingula.38.ſub rub. de re iudicata.vbi per illum
tex.dicit pulchrè,ꝙ vbi ſunt proditæ duæ actiones, quarum vna ten-
dit ad reformandum, alia ad reſcindendum: licèt ſit intentata illa,
quæ tendit ad reformandum, poteſt iudex ferre ſententiam ſuper a-
lia reſcindente,licèt non intentata:quod dicit notandum, & poſſe po
ni exemplũ in l.2.C.de reſcin. vend.¶ Circa prædicta etiã notabis,ꝙ
licèt regulariter ſententia debeat eſſe conformis libello.In dubio ta-
30 men libellus † debet præſumi talis,qualis reperiẽ ſententia; quia ta-
lia ſunt ſubiecta,qualia prædicata demonſtrant, vt dicit ſingulariter
glo.fi.in c.dudum.de deci.per quam do.Anto.ibi dicit,ꝙ talis præſu
mitur libellus,qualem ſententia demonſtrat, quod etiam tenet Ab.
in c.cum olim.de cauſa poſſeſs.& proprie.col.10. & in c. cum ad ſe-
dem.col.13.de reſtitu.ſpo.& dictam glo.ſequitur Hoſtien. in c.que-
relam.de elec.per quam dicit,ꝙ ſæpe ſuppletur petitio per ſnĩam:qđ
dicit valde notandũ.& eo modo dici põt, † ꝙ ſicut petitio ſuppletẽ p
ſnĩam,ita etiam ſuppleatur per probationes;cum ſententia,& proba
tiones æquiparentur.l. lege Iulia Patromina.ff.de manumiſsio. quã
dicit ſingularem Bal.in c.1.§.1.hic fi.lex Corne.incip.conſue. & in l.
cum magiſtratus.C.quando prouo.vbi dicit per dictam l.ꝙ ſicut in-
ter plures ſententias præualet ſententia pro libertate lata; ſic inter
plures teſtes præualet dictum pro libertate. quod etiam tenet Rom.

licèt.

licèt d.l.non alleget in conſi.156.& ſequen.& Aret.in c. in noſtra.de teſti.Et conferunt prædicta ad ea,quæ determinat Bal.in l.ſi ea.C.de adulte.volens, ꝙ probato ſtupro, valeat ſententia ſuper ipſo ſtupro: licèt libellus loqueretur de adulterio. nam ipſe libellus declaratur per ſententiam, & probatur, vt in ipſo libellans ſenſerit de ſtupro: quod etiam comprehendi poteſt ſub verbo,adulterij, vt etiam dixi ſupra in ſexta fallentia.& ſequitur Ioan.de Ana.in d.c.licèt. il. col. fi.dicens prædicta facere ad q.quam vidit Mutinæ.f.ſi actor petit decem florenos:ꝙ valeat ſententia lata in decem ducatis;quia per eam declaratur libellus,& petitio.quod eſt nota dignum. ¶ Quod tamen dictum eſt,libellum ſuppleri per ſententiam,intellige verum,quando non conſtat de ineptitudine libelli. nam ſi de ea conſtaret, aliud eſſet;quia libellus, exceptio, articulus ineptus non poteſt ſuppleri per probationes,vt notanter dicit Bal.in l.1.in fi.ff.de iuriſdict. om.iudi. allegat Ioan.An.in c. examinata de iudi.& in addi.Specu.titu. de iuriſdict.om.iudic.§.deponit.ver. Quid ſi libellus.idem tenere. Et ipſe Bal.in l.1.ff.ſi mēſor fal.mo.dix.refert Din.notare in l.libellorum.§. quòd ſi libelli.ff.de accu. ¶ Et hoc verum, niſi talis probatio reſultaret ex partis cōfeſsione:talis enim ſupplet libellum, licèt ineptum, ſecundùm Bal. no.in d.l.1.allegat tex. in Clemen.1.ſed debuit allegare Clemen.conſtitutionem.de elect.in c.Piſanis.de reſtit.ſpolia. & ita Bar.in l.ſi confeſſus.ff.de cuſto.reo. & Roma.in l.1.ff.de arbi.col. 7.bene facit quæſtio formata hic per Matthæum,quam ponam infra ſuper glo.in verbo,defenſiones,in fi. ¶ Adde quæ plenius circa præmiſſa tanguntur in tractatu malefi.per Areti.in verbo, de anno præſente.col.7.& ſequen.Et rememora glo. auream in l. verbum oportere.ff.de verbo.ſignifica. de qua meminit Bal. in c.1.de milite vaſal.
32 qui contu.eſt.ver.Item no.ꝙ iudex.dicens,ꝙ iudex † non poteſt ſupplere,ſi plus eſt probatum,quàm petitum, per l.1.C.ſi à non compe. iudi.& per no.in §.ſi minus.Inſti.de actio.vbi Ioan.Fab. hoc tenet, & etiam ſequitur Roma. in l. quidam æſtimauerunt. ff.ſi cer. peta. dum quærit. quòd ſi petij.10. & probaui de 20.non valet ſententia,niſi in
33 10.ibi vide. ¶ Octauò nota, ꝙ in ſummarijs † petitio poteſt fieri verbo,ſed oportet, ꝙ redigatur in actis per modum memorialis, ſiue poſſe, vt dictum eſt ſupra in princip.Clemen.in glo.in verbo, neceſſariò. Et ex hoc tex.dicit Stepha.excluſam eſſe curioſitatem, & formulam concipiendorum libellorum in huiuſmodi cauſis: ſufficit enim,ꝙ petatur ſimpliciter,ſine expreſsione cauſæ,& actionis.In ar-

ticulis

ticulis tamen oportet exprimere cauſas,ex quibus iuſtificetur petitio; quia neminem ſine cauſa audit prætor.ff.de tranſactio.l.cum hi. §.in cauſa. aliàs articuli eſſent impertinentes, & non admittendi.c. cum contingat.de offi.delega.no.in l. 1. & 2.de confeſsis.in l.ſi duo. §.idem Iulianus.ff.de iureiuran. ¶ Nonò nota, ꝙ ea, quæ agũtur in
34 iudicio † ſiue verbis, ſiue ſcriptura debent in actis redigi. ¶ Deci-
35 mò nota,ꝙ ſuper petitione formãtur † poſitiones,& articuli, de quo
36 infra ea.glo. ¶ Vndecimò nota, ꝙ petitio † ideò ſcribitur,vt clarior fiat diffinitio. Et ponderat Guiliel. literam, quæ dicit [diffinitio] & non dicit [ſententia] vt ſit ſenſus, quòd omnia,quæ fiunt in iudicio, iudex poſsit oretenus dicere, & poſtea in actis inſeri facere.c. Albericus.ſupra de teſtib. ſententia verò debet recitari in ſcriptis.c.fi.de re iudi.quod eſt bene notandum. Per quem autem debeat petitio in actis inſeri. dicit Pau. ꝙ per ſcriptorem actorũ.c.quoniam contra.de probatio. inferens contra quoſdam ſcriptores cauſarum, qui exceptiones, & alia, quæ in ſcriptis neceſſariò non debent offerri, nolunt in actis ſcribere, niſi in ſcriptis illis dentur. malè enim faciunt,cum ad hoc partes non teneantur, vt hic. ¶ In exceptione tamen voluit glo.contrarium in d.c.quoniam contra. volens illam debere proponi in ſcriptis,ſed communiter tenetur contrarium. Dicit etiam hic Pau.ꝙ deſcriptio in actis fit ad finem, ne in poſterum poſſet dubitari.memoria enim hominis labilis eſt, l.peregre.ff.de acqui ren.poſſeſs.C.qui teſta.fac.poſs.l.hac conſultiſsima. ¶ Item alia ratione fit,vt in ſententia poſsit exprimi petitio, ſicut habet cõſuetudo. de quo plenè habetur infra,in glo.in verbo, expedit.

Gloſa in verbo, probationis.

Quærit de quibus probationibus loquatur tex. & reſpondet, ꝙ tam actoris, quàm rei.

SVMMAE.

1 *Defenſiones legitimæ in ſummarijs cauſis admittuntur.*
2 *Legitima defenſio cum ſit de iure naturali,nemini eſt auferenda, nec etiam poteſt illi renunciari,quæ reg.recipit quinque fallentias,vt ibi.*
3 *Exceptionibus dilatorijs à lege, vel ſtatuto inductis in fauorem rei criminis capitalis, an poſſit renunciari,remiſſiuè.*
4 *Appellationi an poſſit in cauſa criminali renunciari.*

Acta

5 *Acta cauſa, litis, vel iudicij quæ dicantur.*

6 *Arbitrium in procedendo alicui dare, & cõmittere cauſam ſine figura iudicij, idem importat.*

7 *Poteſtas habens arbitrium in procedendo, iuſtitiam denegare nequit, nec vti voluntate ſua, & ratio.*

8 *Differentia inter liberam voluntatem, & arbitrium boni viri.*

9 *Volo, verbum liberam, denotat voluntatem, quandoq; etiam arbitrium, & voluntatem rationabilem, vt num. 10.*

11 *Libet, ſeu libuerit, verbum, liberam denotat voluntatem.*

12 *Arbitrium, verbum cum hac dictione, plenum, vel liberum, liberam denotat voluntatem. Idem ſi dicatur mero arbitrio, ibid.*

13 *Verba, liberum, plenum, merum, ſunt tantæ efficaciæ, ꝙ alterant naturam verbi, arbitrio.*

14 *Statuto dictante, ꝙ debitor ex inſtrumento guarentigiato poſſet capi ad meram voluntatem creditoris, poterit ipſe creditor debitorem non citatum facere detineri.*

15 *Iudicium, verbum, an importet liberam voluntatem, vel arbitrium, & quæ ſit eius ſignificatio. Et an æquiparetur diſcretioni, quæ ſignificat arbitrium boni viri, ibid. num. 16.*

17 *Verbum, diſcretè, ſeu diſcretio, denotat arbitrium regulatum.*

18 *Verbum ſuo ſenſu, propriam importat voluntatem. ſicuti verba, æſtimaueris, ſi placuerit, & ſimilia.*

19 *Verbum, vt viderit expedire, denotat arbitrium ratione, & iure regulatum.*

20 *Verbum, prout ſibi videbitur, importat arbitrium ratione regulatum.*

21 *Verba, ſecundùm conſcientiam tuam, an liberam voluntatem ſignificent. Et quid ſit hic terminus, conſcientia, ibid. per totum. §.*

22 *Conſcientia eſt duplex, nempè facti, & faciendi.*

23 *Iuſtitia triplex eſt, conſcientiæ, iudicij, & compoſitionis.*

24 *Conſcientia triplex cadit in homine.*

25 *Glo. in §. aſſeſſorem. c. ſtatutum, & glo. in ver. oneramus. in Clem. prima de iure patro. quomodo concordentur circa intelligentiam verborum, ſecundùm conſcientiam tuam, vt nullus poſſit conqueri.*

26 *Sententia ſine citatione lata ab eo, cui fuit commiſſa cauſa, terminanda ſecundùm conſcientiam ſuam, an valeat.*

27 *Cauſa alicui commiſſa, ſecundùm eius conſcientiam terminanda, non poterit ab eius ſententia appellari, niſi apponatur in commiſſione aliquod verbum, quod præſeferat arbitrium boni viri.*

Actus

28 *Actus quando committitur alicuius conſcientiæ, debet actum præſentialiter facere: nec ſufficeret conſenſus ex poſt facto, ſeu illius ratihabitio.*
29 *Actus vbi committitur alicuius conſcientiæ, an dicatur electa induſtria perſonæ, ita q; non poſſit alij ſubdelegare.*
30 *Verba, committo me miſericordiæ, & gratiæ tuæ, arbitrium boni viri ſignificant.*
31 *Receptio, quam quotidie faciunt domini temporales, vel eccleſiaſtici, quando recipiunt alios inferiores ſub eorum protectione, quid operetur.*
32 *Verba, promitto ſtare dicto tuo, includunt arbitrium boni viri.*
33 *Verba, prudentiæ tuæ, liberam voluntatem important.*
34 *Verba pro libito tuæ voluntatis, important liberam voluntatem.*
35 *Libet, verbum, liberam voluntatem importat, nec ratione gubernatur.*
36 *Beneplacito tuo, verbum, regulatum ſignificat arbitrium.*
37 *Verba, damus tibi licentiam procedendi in tali cauſa, important arbitrium boni viri.*
38 *Verba, committimus, q; poſſis omnia, quæ nos poſſumus, ſi præſentes eſſemus, an importent liberam poteſtatem.*
39 *Cupio, verbum, liberam voluntatem ſignificare videtur.*
40 *Verba, ſecundùm cor tuum, liberam voluntatem ſignificant.*
41 *Verba, ſecundùm ſpiritum tuum, regulantur ſecundùm rationem.*
42 *Verba, ſecundùm carnem tuam, liberam voluntatem ſignificant.*
43 *Verbum, libera facultas, importat liberum arbitrium ratione regulatum.*

Glo. in verbo, defenſiones.

Diuiditur in duas partes. In prima allegat concordantes. In ſecunda infert ad q. legiſtarum. ſecunda ibi [& facit.]

In eadem, ibi.

[l. quotiens.] dicitur in tex. q; defenſiones † legitimæ admittūtur in ſummarijs.
1
2 Iuſtificat hic Stepha. hoc ideò eſſe, quia legitima † defenſio eſt de iure naturali, & ſic nemini eſt auferenda, d. l. quotiens. & Cle. paſtoralis. §. ceterùm. de re iudi. bene facit l. 1. §. cum arietes. ff. ſi quadru. pau. fe. di. hinc eſt, quòd talibus defenſionibus renunciari non pōt, vt notanter inquit glo. in l. pactum, quod inter hæredem. ff. de pactis. nam volens mori non auditur, l. 1. §. ſiquis vltro. ff. de quæſtio. cum non ſit dñs mēbrorū ſuorū. l. liber homo. ff. ad leg. Aquil. 55. diſtin. c. ſi quis abſciderit. Et ideò clamat Ang. in d. l. pactū malè facere iudices maleficio-

leficiorum, qui faciunt reos renunciare ſuis defenſionibus. ¶ Fallit hæc concluſio ſecunda primò, quando conſtaret reum nullas habere defenſiones, ſecundum Ange. in d.l. pactum. per tex. cum glo. in l. 1. ff. de furibus balnearijs. facit quod no. Bal. in l. raptores. C. de epiſc. & cler. dum intelligit l. non tantum. ff. de appell. non habere locum, vbi crimen eſſet notorium. facit etiam quæſtio notabilis Bar. in l. 2. §. ꝙ ſi de frumentaria. ff. de admi. re. ad ciui. perti. dicens, ꝙ vbi conſtat alicui ius non competere, eius non requiritur citatio. de quo per dom. Anto. & Ioan. de Imo. in c. fi. quod metus cauſa. per Doct. in c. olim. de re iudi. Ab. in c. 1. col. 21. de iudi. no. in c. cum ſit Romana. in prin. de appella. lib. 6. ¶ Secundò fallit in publico, & famoſo latrone, ſecundùm Bal. in l. prouinciarum. C. de ferijs. ¶ Tertiò fallit in repeꝛto in fragranti crimine ſecundũ Bal. in l. vt vim. ff. de iuſti. & iur. Nam tunc etiam de facto talis puniri poteſt, l. penulti. ff. de condi. ob cauſam. not. glo. in l. ictus fuſtium. ff. de his, qui no. infa. ¶ Quartò fallit, vbi agitur de crimine per inquiſitionem. probatur in c. dilecti. de accuſa. vbi renunciat̃ atteſtationibus, & teſtibus productis in cauſa criminali. & ratio eſt, quia cum tunc non imponatur pœna ordinaria perſonæ, cauſa dicitur ciuilis. c. per tuas. de ſimo. quod procedit de iure canonico. ſecus fortè de iure ciuili, ſecundùm quod eadem imponitur pœna in inquiſitione, quæ in accuſatio. de quo tamen vide no. in l. 2. §. ſi publico. ff. de adulte. & in c. qualiter. & c. inquiſitio. de accuſa. ¶ Quintò fallit, quando is, qui renunciat defenſionibus, fuiſſet confeſſus delictum ſecundùm Pau. de Caſt. in d. l. pactum. qui hoc probat per tex. in l. addictos. C. de epiſc. audien. Item quia confeſsio facit notorium, vt ibi per eum. Tu intellige hoc verum, quandò in tali confeſsione concurrunt requiſita ad effectum, vt confeſsio faciat notorium: de quibus pulchrè per do. Ant. in rep. c. veſtra. de coha. clericorum, & mulierum. col. 25. ver. Secundum exemplũ ponunt. ¶ Et prædicta ſine dubio procedunt in defenſionibus à iure naturali introductis. in alijs verò iure poſitiuo inuentis, Bal. in l. 1. in 7. carta, C. qui accuſ. non poſſunt. eleganter diſtinguit, ꝙ aut per illas excluditur crimen: & renunciari illis non poteſt, l. non tantum. ff. de appel la. Aut crimen non excluditur, ſed ſunt ideo inductæ, vt facilius reus rñdere poſsit; puta ꝙ infamis admittatur ad defendendũ, vt diſponitur à ſtatuto: tunc tali defenſioni poteſt renunciari ſecundùm Bal. in
3 d. l. 1. & in l. accuſa. in prima glo. circa fi. eod. titu. ¶ An autem † exceptionibus dilatorijs, inductis à lege, vel à ſtatuto in fauorem rei

criminis

criminis capitalis renunciari poſsit, Bar. in l. cuſtodias. ff. de publi. iudi. tenet, ſub dubio fortè, ꝙ nõ. Sed Ang. & Bal. in l. in pecuniarijs. ff. de ferijs. tenet cõtrarium, qđ etiam tenet Bal. in c. cum veniſſent. in fi. ſupra de teſtib. Roma. in rubrica. ff. de arbi. colum. 16. ſic concordat, ꝙ aut per renunciationem dicta in contrarium renunciatur defenſioni: tunc procedit opinio Barto. quia prohibito conſequenti, antecedentia videtur prohibita. l. oratio. ff. de ſponſ. Aliàs procedat opinio Bal. & Ang. de quo etiam no. Modet. Areti. in d. c. cum veniſſent.
4 quem vide. An autem in cauſa † criminali poſſet renunciari appella. Barto. in l. qui vltimo. in fi. ff. de pœnis. tenet, ꝙ ſic: & idem dicit in l. addictos. C. de epiſcopa. audien. Sed contrarium videtur verius; quia appellatio eſt legitima defenſio. patet, quia excommunicato non denegatur, cui ſolum permittitur defenſio legitima. c. cum inter. de exceptio. rei iudi. eo. titu. Sed defenſioni in cauſa criminali regulariter renunciari non poteſt, vt vult glo. in d. l. pactum, & ſupra dixi, igitur. Præterea quis non eſt dominus membrorum ſuorum, l. liber homo. ff. ad legem Aquil. c. contingit. de ſenten. excommuni. ¶ Tertiò talis appellatio non ſolum eſt inducta in fauorem ſolius condemnati, ſed etiam in fauorem publicum. probat tex. in d. l. non tantum. ergo renunciari non poteſt. c. ſi diligenti. de fo. competen. Et hanc partem tenet Bal. in d. l. pactum. & in l. fina. §. fi. C. de tempo. appella. vbi dicit idem eſſe in cauſa ſtatus, in qua etiam inuitus defendi poteſt; & ideò renunciari appellationi non poteſt. l. 2. & 3. C. de liberali cauſa. Eandem opinio. in effectu ſequitur Saly. dicens, ꝙ maius periculum vertitur in criminali, quàm ciuili. ¶ Prædicta tamen intellige procedere in expreſſa renunciatione, non autem tacita; quia quis permittendo labi tempus ad appellandum datum, poteſt ſic tacitè renunciare appellationi. Nam hoc tacitum pactum curſu temporis roboratum plus operatur, quàm expreſſum. l. facta. §. ſi quis bonorum. ff. ad Trebell. auctoritas enim præſcrip. à l. ſumpta hoc operatur. Ex quibus Bal. vbi ſupra, videtur etiam innuere, ꝙ ſententia in cauſa criminali, & capitali tranſit in rem iudicatam, vt poſt decem dies non poſsit appellari. de quo articulo vide pulchrè Abb. in c. de his. de accu. vbi dicit ſe aliàs ſecutum fuiſſe opin. ꝙ non; quia nemo eſt dominus membrorum ſuorum, vt dictum eſt; & ſententia tranſit in rem iudicatam conſenſu condemnati. c. quod ad conſultationem. de re iudicata. Sed poſtea diligentius inueſtigata veritate, illam opinionem non credit veram. Primò per tex. quem dicit ſingularem, in l. diui fratres. ff. de

pœnis. Secundò quia condemnatus virtute veræ confeſsionis appellat, l. qui ſententiam. C. de pœnis. facit tex. & glo. in c. Romana. §. ſi verò poſt ſententiam. de appell. lib. 6. ¶ Tu adde pro iſta antiqua opin. Abb. videri tex. in l. vinum. §. fi. ff. de quæſtio. non violando literam, vt ibi violat glo. nam ibi dicitur, quòd quocunque tempore, reo poſtulante, defenſio denegari non debet. ¶ Alia tamen opinio ſaluari poteſt, quando abſens eſſet condemnatus ex forma ſtatuti in cauſa capitali, per ea, quæ no. Tancre. in ſua compendioſa in 8. rubri. q. 4. ¶ Et ad de prædictis Bal. in l. raptores. C. de epiſco. & cleri. intelligentem d. l. non tantum procedere, quando crimen non erat notorium: ſecus ſi eſſet notorium. & ſic inquit, quòd hoc caſu poſsit appella. renunciari. Ex quibus collige concordiam inter prædictas opin. & vide quæ dixi ſupra in prin. huius glo.

In eadem glo. ibi, quædam ſunt acta cauſæ. ¶ Nota, & ſigna hanc glo. ex qua habes, quæ dicantur a-
5 cta † cauſæ, & quæ acta litis, vel iudicij.

In eadem glo. in fine. Duo habes ex hac glo. quòd idē importat dare alicui
6 † arbitrium in procedendo, & committere cauſam ſine figura iudicij. quod perpetuò notandum eſt. ¶ Secundum habes, quòd Poteſtas habens arbitrium in procedendo, nō poteſt iuſtitiam denegare, & vti voluntate ſua; quia ſicut iudex procedens ſine figura iudicij non poteſt denegare legitimas defenſiones. ita nec talis habēs arbitrium in procedendo. Et cum hac glo. tranſit Stepha. adducens vltra iura allegata in glo. l. ſi libertus. ff. de oper. liberto. & l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum. ff. pro ſocio. vbi arbitramentum iniquum reducitur ad arbitrium boni viri, & Auth. generaliter. C. de epiſco. & cleri. Idem tenet Barto. in l. filiusfamil. ff. de donatio. & in l. 1. ff. de teſtamen. milita. & Ioan. de Imo. hic. Idem Barto. in Extrauagan. ad reprimen. in verbo, videtur vbi dicit, quòd ideò nón poteſt tollere defenſionem; quia eſſet contra naturalem æquitatem: faciunt quæ dixi ſupra in ſecundo notabili. Plus dicit ibi Bart. in fi. quòd licèt non teneatur ſequi regulas iuris ciuilis in procedendo, vt infra dicetur: non tamen poteſt reijcere exceptionem præſcriptionis, vel aliam procedentem ex mero rigore iuris ciuilis; quia non poteſt immutare ius alij legitimè quæſitum. l. bo-

na fides.ff.de po.& hoc dictum Barto.ſequitur hic Cardina.colum.4.
& Ioan.de Imo.col.fin.faciunt quæ dicam infra. Et prædicta proce-
dunt, quando alicui conceditur arbitrium : ſecus ſi concedatur, ꝙ fa-
ciat, vt velit, vel alijs verbis ſimilibus. ¶ Et pro intelligentia aduerte ;
8 quia differentia † eſt inter liberam voluntatem, & arbitrium boni vi
ri: licèt tale arbitrium includat etiam voluntatē. nam de eſſe volunta
tis eſt, ꝙ ſit libera, nec poſsit cogi neceſsitate pręciſa, l.cū proponas.
C.de hære.inſti. 1 1.q.2.c.merito.1 5.q.2.in principio. de pœnit. diſt.
2.c. ſi enim.24.q.4.c.viſis. Sed bene cog.quandā neceſsitatem conſe
quentiæ; Exemplum. Si quis vult fugere tormenta, hoc vult liberè : &
tunc non vult id, per quod tormenta inferuntur, ſicut dicit Barto. in
d.verbo, videtur.quem declara, ꝙ neceſsitas conſequentiæ eſt, quan-
do quis, ne incidat in vnum, quod ſibi omnino diſpliceret, eligit v-
num, qnod etiam diſplicet, ſed non tantum.c. ſacris. quod metus cau
ſa. hinc dicitur, ꝙ voluntas coacta voluntas eſt, l.mulier.§. ſi metu.ff.
quod metus cauſa. Præterea ſecundùm Philoſophos, & Theologos
voluntas de ſe non habet niſi bonum, vel apparens bonum : licèt
quandoque velit aliquid, quod intellectus iudicat eſſe malum, ſed vo
luntas illud vult ſub ratione boni delectabilis, ſeu apparentis ipſi vo-
luntati. In propoſito ergo, voluntas conſiderata reſpectu ipſius volen
tis, & ab extrinſeco non coacta, dicitur libera. ¶ Alió verò modo
conſiderata. ſ. vt regulatur ratione, dicitur arbitrium boni viri ; quia
bonus vir ſic arbitraretur, l.vir bonus.ff.iudi.ſol.l. ſi ſocietatem.§.ar-
bitrorum.ff.pro ſocio. Verum quia voluntas quandoque exponitur,
& exprimitur per verba liberam voluntatem importantia, quandò-
que per importantia arbitrium, operæ pretium eſt videre, quæ ſint
verba deſignantia liberam voluntatem, & quæ arbitrium.

9 Verbum, volo, Liberam † voluntatem ſignificat.l.
cum quidam.ff.de lega.2. l.fideicom
miſſariā libertas.ff.de fideicommiſs.lib.no.Barto.in d.verbo, videbi-
tur.& in l.ſi ſic.in principio.ff.de lega.1. Cardina.hic colum.4. Ioan.
de Ligna. & Ioan. de Imo. hic colum.2. ¶ Fallit, quando hoc ver-
bum, volo, refertur ad iudicem, vel habentem iuſtitiam miniſtrare;
10 vt ſi dicatur, ſi iudex voluerit, &c. quo caſu ſignificat † arbitrium, &
ſic voluntatem rationabilem. Ita ſentit Hoſtien. in c.ſignificauerunt.
de teſtib.& clarè hoc firmat ibi Ioan.de Imo. in fi. Sed certè ille tex.
hoc non probat; quia ibi ſit mentio de voluntate iudicis ad oſtenden

dum,ex qua cauſa motus fuerit iudex ad denegandam quartam dilationem, & quid ibi voluerit iudex: non autem ad finem, vt illud committeret voluntati iudicis non regulatæ rationi.nec eſt inconueniens, ꝙ arbitrium boni viri appelletur voluntas, cū in arbitrio inſit etiam voluntas,vt ſupra dixi. Et ita illum tex.intelligit ibi Aretin. Doctor Illuſtriſs.colum.9. Pro dicto tamen Hoſtien. bene facit, quod pulchrè inquit Bald.in c.Quintauallis.in fin.de iureiur. dicens, ꝙ libera voluntas nullis finibus cludatur: tamē in compromiſsis voluntas pro diſcretione,& arbitrio ponitur,l.penul.C.de arbit.no.Cyn. in l.3. C. de dotis promiſs. & facit d.c.Quintauallis. ¶ Accedat pulchra determinatio Roman.in l.2.ff.de re iudica.colum.65,vbi dicit,ꝙ poteſtas prorogādi ad voluntatem arbitri debet intelligi ciuiliter, de quo ſupra dixi in principio huius Clementi. in materia prorogationis, in quarto articulo principali,in q.4.in fi.facit etiam dictum Bald.in rubri.C.de his, quæ poe.nomi.dicentis,ſtatutum, ꝙ ſtetur iudicis arbitrio, & voluntati,debere intelligi de ſana voluntate. de quo latius dicam infra in q. Quid ſi dicatur, quòd Poteſtas poſsit facere ad ſui voluntatem.

11 † Verbum, libet, ſeu libuerit

Liberam voluntatem ſignificat, d.l.fideicommiſſaria libertas. nam idem eſt dicere libuerit,quod, liberè voluerit. ¶ Et idem eſt,vbi po-
12 nitur † verbum, arbitrium,cum hac dictione,plenum, vel liberum.l. fideicommiſſi.§.quanquam ff.de lega.3.facit l.procur.cui libera.de procura.Idem ſi dicatur,mero arbitrio.per tex.in l.ſi ſic.in princi. de leg.1.Et ideò ille, in cuius meram voluntatem aliquid committitur, pōt præferre iniquum æquo,indignum digno,d.l.cum quidam.modò abſit dolus: quia in qualibet libera voluntate conceſſa nunꝗ includit
13 dolus.l.creditor.§.Lucius.ff.man. ¶ Ex quibus infero,ꝙ † verba,liberū,merum,plenum,ſunt tantæ potentiæ,ꝙ alterent naturam verbi,arbitrio.facit qd in ſimili dicit gl.de verbis,plena cautione,in l.Lucius. §.fin.ff.mandati. Et vide eleganter Bald.in l.3.C.de obſequijs.vbi ponit de mera fide, mera libertate,mera ſubtilitate, mera veritate,me-
14 ra pœna, mero imperio. Et faciunt prædicta ad ſtatutum † ꝙ debitor ex inſtrumento guarentigiato poſsit capi ad meram voluntatē creditoris:vt poſsēt creditor debitorem non citatum detineri facere. Et ſi dicatur, citatio eſt defenſio.l.de vno quoq;. de re iudica.ſed de-

ſenſio tolli non poteſt, Cle. paſtoralis.de re iudi.ergo &c. reſpondeo, ꝙ hoc caſu per ſtatutum non tollitur defenſio, ſed poſtergatur modus, & ordo defenſionis: vt ſi non eſſet ſtatutum, citatio deberet præcedere ante detruſionem in carcerē, ſtante ſtatuto, ꝙ prius poſsit detineri, & deinde citari, & audiri eius defenſio: & ſi ei ſit iuſta, relaxabitur, argu.l.2. cum ibi no. C. de edic. diui Adria.tol. & l.fin. C.de compenſa. l. ille à quo. §. ſi de teſtamento.ff. ad Trebel. & ita determinat Angel.in d.l.ſi ſic.in principio. & Ioan.de Imo.inferens poſt Ang.per prædicta ad ſtatuta diſponentia, ꝙ non poſsit appellari, niſi à mera diffinitiua: vel ꝙ à mera interlocutoria non poſsit appellari, qualiter intelligi debeant. de quo ibi per eos. Aduerte tamen, dum dixit, ꝙ verba.liberum arbitrium, denotant liberam voluntatem: quia in contrarium facit tex.in c. 1. de officio ordina. vbi verbum, liberam poteſtatem, ſignificat arbitrium à iure regulatum. de quo plenius infra in quæſtione de Poteſtate: cui conceditur liberum arbitrium, ſeu libera voluntas.

15 Verbum, iudicium An importet liberam voluntatem, vel arbitriū, variant Doc. Nam Bart.in d.l.ſi ſic.in principio. & Ange. ibi tenent, ꝙ ſignificet liberum arbitrium, per l.Thays. §. Lucius.iuncta gl. ff.de fideicom.liber.ſed ipſe Bart.in d.Extrauag.in ver. videbitur.melius ſentit, & ſeipſum corrigens, tenet, ꝙ importet voluntatem ratione regulatam. & hanc opi. tenet hic Cardi.colum.4 Pet.de Ancha.Io.de Ligna.& Io.de Imo. hic in vltima charta Benedictus de Plumbi. in d.§. Lucius.do.Ant.& Ioan. de Imol.in c.1.de conſti.Mattheſ.in notabili 17.Io.de Imo.& Rapha.Cuma.in d. l. ſi ſic.in princi. Domi. Alex.in conſ.34. incipien. Viſo themate. in prima col. & in primo volumine. Pro qua opi. facit glo.in verbo, iudicauerit. in c.tua.36.q.2.Idem facit, quia, vt inquit Bal.in l. voluntas. C.de fideicom.iudicium æquipa-
16 ratur diſcretioni; † ſed diſcretio ſignificat arbitrium boni viri. l.cum prætor.cum glo.ff.de iudi. & infra dicam, ergo &c. Probatur etiā hæc opi.per tex.in c.verum.de foro compe.ibi [ſub ſuo iudicio terminantes.]. & in d.l. cum prætor.§.1. iuncta glo.in verbo, iudicia.& in c.illud. de clerico excōmunica. ibi [non vt iuditium, ſed miſericordiam poſtulans.] & in c.qualiter.il primo.de accu.ibi [conſcientiæ iudiciū requirentes.] ſed ad hunc tex.poſſet dici, ꝙ illud verbum, cōſcientiæ, alteret naturam verbi, iudicij, per ſupradicta: & faciunt quæ dicā de

 verbo,

verbo, conſcientiæ. Prædicta ſententia confirmatur; quia nil aliud eſt dicere, iudicio tuo, niſi ꝙ facta diſputatione intra te, poſtea iudices, qđ ad boni iudicium refertur. Præterea iudicium dr̄ quaſi iuriſdictio, & iuſdicere idem eſt, quod iuſtitia, c. forus. §. iudicium. & §. iudex. & c. Iuſdictum. de verb. ſignif. vnde cum bonum ſit argumen. ab ethimologia. l. 2. §. appellata. ff. ſi certum petatur. l. 1. in principio. ff. de acquiren. poſſeſs. & verbum, iudicium, habeat ſignificatum iuſtitiæ, & iuris, ſequitur, ꝙ eſt referendum ad arbitrium boni viri. Tandem pro hac opi. nouiſsimè pondero tex. apertum eſſe in c. in cauſis. de re iudicata. vbi formaliter dicitur. In cauſis, quæ ſummi pontificis iudicio deciduntur, & ordo iuris, & vigor æquitatis eſt ſubtiliter obſeruādus. Ecce ergo, qualiter ibi verbū, iudicio, regulatur ordine iuris, & æquitatis vigore: & ſic non importat merum arbitrium. Nec obſtat d. l. Thays. §. Lucius. quia ibi apparebat de mente teſtatoris, & eius voluntate, ꝙ ibi legatum committebat in meram voluntatem hæredis.

17 Verbum, diſcretè, ſeu diſcretio

Arbitrium regulatum ſignificat, vt ſupra dixi, & voluit Bal. in dicta l. voluntas. Adde idem tenere Lapum in c. 2. de iuramen. calum. lib. 6. Ant. de Butr. & alios poſt eum in c. 1. de conſti. col. fi. Bal. in l. fi. ad fin. C. de iur. domi. impetr. & dom. Alexan. in præallegato conſ. 34. col. 1. facit quia dicta verba idem important, quod verbum, iudicium, ſecundùm glo. in d. l. cum prætor. §. 1. ſed verbum, iudicium, ſignificat arbitrium regulatum, vt ſupra dixi; igitur, &c.

18 Verbum, ſuo ſenſu † Importat propriam voluntatem, ſecundùm dom. Anto. & Io. de Imol. in c. 1. de conſtitu. & Do. in c. relatum. 37. diſtin. ſed hoc reprehendit Ab. in d. c. 1. quia proprius ſenſus eſt, ꝙ iudicet vt bonus vir. probatur, quia ſi verba, æſtimaueris, ſi placuerit, & ſimilia important arbitrium boni viri, vt habetur in l. fideicom. §. quamquam. ff. de leg. 3. & in d. l. ſi ſic. ergo verbum, ſuo ſenſu, quod idem importat, erit eiuſdem ſignificationis: de quo plenius per Ab. & vide tex. in c. vtinam. 27. diſtin. in l. diuus. ff. de officio præſidis.

19 Verbum, vt viderit expedire Arbitriū regulatū ratione,

ratione, & iure ſignificat. ita Bal. in cap. 1. §. inter partes. de l. com. & in Extrauag. † de pa. Conſtan. in verbo, nomina verò. allegat no. in c. 2. de iuramen. calum. in 6. in nouel. tu adde tex. cum glo. in c. 2. de corpo. vici.

20 Verbum, prout ſibi videbitur † Impor tat arbitrium ratione regulatum, l. Thays ancilla. & l. fideicom. & libertas. ff. de fideicom. liber. & d. l. ſi ſic. & d. l. fideicom. §. quamquam. Et idem de verbo, placet. probatur in d. l. Thays. §. ſororem. no. Bart. in d. l. ſi ſic. bene facit glo. in c. Abb. de verb. ſig. in c. iudicet. 2. q. 7. in c. vt debitus. de app. ¶ Vnum tamen nota perpetuò, ꝙ ſi ego peto à te talem rem, & tu reſpondeas: non ſolum illam, ſed quicquid tibi placebit: talis promiſsio nulla eſt, nec poteſt petẽs ſe fundare ex illa ad petendum. Ita ſingulariter Bal. in concluſionibus iuris per tex. in c. cum veniſſent. de inſtitu. quod ſequitur Roma. in rub. ff. de arbit. col. 3. Addo bene facere, quod notanter dixit Ange. in l. ſi cui. ff. de ſerui. volens, ꝙ ille, qui dixit, de me, & meis ad libitum facias. non facit ex hoc ſermone, quid velit ſui donare: ſed erunt verba modificanda ſecundùm communem vſum, & interpretationem. alle. l. pen. vbi gl. ff. de arbit. quod eſt notandum.

Verba, ſecundùm conſcientiã tuã

21 † an liberam voluntatem ſignificent. Pro intelligentia videndum eſt
prius, quid ſit conſcientia. & reperio Doc. variè locutos. Albe. de Ro
ſa. in ſuo Repertorio in verbo, conſcientia, formaliter dicit, ꝙ ſecun-
dùm Hugo. conſcientia dicitur vehemens opin. Aliquando dicitur
conſocialis ſcientia, vel cum veritate ſcientia, quando aliquis ſcit ita
verum eſſe. Vel ſecundùm Papiam, Conſcientia eſt cognitio cordis
ſui ipſius. alle. Archid. notare in c. ſtatutum. §. aſſeſſorem. de reſcript.
lib. 6. Vel ſecundùm beatum Ber. Conſcientia eſt cordis ſcientia, quæ
dupliciter intelligitur. ſ. vel illa, quæ ſe nouit per ſe, vel etiam quæ præ
ter ſe alia nouit ex ſe. Cor enim nouit ex ſe ſua, & multa alia. quan-
do nouit ſe, appellatur conſcientia: quando præter ſe alia nouit, no
22 minatur ſcientia. Item conſcientia † eſt duplex, facti, & faciendi. qui
facit cõtra conſcĩam. i. quia conſcĩa dictat illud non eſſe faciendum,
peccat mortaliter. & ſic intelligitur illud. Qui facit contra conſcien-
tiam, ædificat ad gehennam. 28. q. 1. §. ex his. & ibi Archid. ſuper ver

bo, conſcientia. Bal. in rubri. extra de iudi. col. 6. ver. Et nota. dicit, ꝙ nihil aliud eſt conſcientia, niſi mens ſibiipſi conſcia, & eſt flos intellectiuus: vel conſcientia eſt mentis qualitas ſeipſam diiudicans. Bal. in rubri. C. ſi quis aliquem teſta. prohi. in conſilio ſumatis, quod ibi ponit, col. 3. dicit, ꝙ conſcientia eſt ſtatus mentis in ſuo eſſe: conſcientia enim dicitur à conſcio, conſcis. i. cognitio ſui ipſius cordis. Et eſt cõſcientia dictamen rationis; quæ ſi recta non eſt, ratio eſſe nõ poteſt. Bal. in l. fi. §. 1. C. communia delega. circa fi. dicit, ꝙ conſcientia mea priuata apud alios nihil eſt: ſed mihi ſonat in mente mea, & obligat me. nam, vt alibi ait Chriſoſtomus. Conſcientia eſt lex noſtri intellectus. Bal. in l. fi. col. 1. C. de pœna iudi. qui ma. iudi. dicit, ꝙ triplex eſt conſcientia, ligata rebus viſis, ligata rationibus legum; & alia eſt conſcientia motiua, & adhærens quibuſdam motionibus intellectus; & iſta non obligat animam noſtram; quia eſt conſcientia impulſiua, & non arctatiua. Et ibi dicit Bal. ꝙ ille poteſt ſequi conſcientiam, quæ nemini nocet, vt no. in l. bonorum. C. qui admit. Item iudex potius debet conſcientiam ſuam ſequi, quàm conſcientiam partium. l. 1. C. de bono. poſſeſs. ſecundum tabu. Bald. clarius in d. rubri.
2 de iudicijs. col. 16. dicit, ꝙ triplex † eſt iuſtitia. ſ. conſcientiæ, iudicij, & compoſitionis. Iuſtitia conſcientiæ eſt in ipſa anima: vnde dicitur. Conſcientia ſi tu te condemnas, & ego te condemnabo. ſi autem habes pacem cum animo tuo. i. ſi non pugnant tecum peccata tua, & ego tecum habebo pacem. Et ſic nota mirabilem deci. Clemen. quia in cauſa propria facit iudicem teipſum: & vnus, & idem eſt teſtis, & iudex. l. quæſtionem. C. de fideicommiſs. ¶ Nil aliud eſt conſcientia, niſi mens ſibiipſi conſcia, & eſt flos intellectus: vel conſcientia eſt mentis qualitas ſeipſam diiudicans. Eſt ſub iuſtitia iudicij, & fori ſecundùm acta, & probata; quia probationes, & actitata concludunt iudici, nec conſcientia operatur: licèt interdum cooperetur. l. illicitas. §. veritas. ff. de offic. præſi. Nec per conſcientiam à legum tramite deuiari debet; quia conſcientia eſt ſingulorum, & non facit ius, ſed lex eſt vniuerſorum, & commune præceptum; l. lex eſt. ff. de legibus. Alia eſt iuſtitia compoſitionis, & concordiæ, quæ pertinet ad amicabiles compoſitores, in qua non debet eſſe enormitas: & ſi eſt, reformatur. l. vnde ſi Neruæ. ff. pro ſocio. Poſtremò Bal. in l. 1. C. de fideicommiſs. dicit, ꝙ conſcientia eſt animi motus, ex dictamine naturalis rationis perſuaſus. alle. l. milites. C. de religio. & ſump. fune. & dicitur conſcientia cordis ſciẽtia, quæ debet eſſe ſicut ſpeculum ſine macula,

eu'q, dicit Bal. in c. ſi ſacerdos. de offic. ordin. per c. perpetuę. de elect. & tap. ita quorundam. eodem titu. c. abbate ſane. de re iudica. lib. 6.
24 Item in homine cadit triplex † conſcientia. Prima cadit illi ſacerdote, qui vt Deus nouit ſtatus confitentium. Secunda eſt, quam quis ſcit, vt homo de eo, quod vidit, & audiuit. Tertia eſt, quam quis nouit vt iudex, & ita conſcientiam tripartitur Ioan. And. in d. c. ſi ſacerdos. ¶ His præmiſsis, cum quæritur, an verba, ſecundum conſcientiam tuam, liberam voluntatem ſignificent; ita vt nullus poſsit conqueri. glo. notanda in c. ſtatutum. §. aſſeſſorem. tenet, ꝙ ſignificant liberam voluntatem, vt nullus poſsit conqueri. Et illam glo. ſequitur Bal. in l. ſolam. in fi. C. de teſtib. & in l. rem non nouam. C. de iudi. Lapus allega. 15. in fin. dicens, ꝙ per dicta verba excluditur omnis exceptio. Idem tenet Ange. in l. inter ſtipulantem. §. 1. ff. de verbo. obligatio. in l. ab executore. §. 1. ff. de appellatio. ¶ In contrarium allegatur glo. in verbo, oneramus, in Clementi. 1. de iurepatrona. Sed iſtæ glo.
25 multis modis † reducuntur ad concordiam. nam Ioan. de Imo. & Abb. in d. Clementi. 1. & Dominicus in c. 2. de iuramen. calum. lib. 6. dicunt, ꝙ quò ad effectum, vt iudex, qui protulit ſententiā ſecundum conſcientiam, prout ſibi commiſſum erat, teneatur deferre appellationi, non auditur appellans: ſed quò ad effectum deuoluendi negocium ad ſuperiorem, audiatur appellans. Et quò ad primum effectum intelligatur glo. in d. §. aſſeſſorem. quò verò ad ſecundum effectum procedat glo. in d. Clementi. 1. ¶ Secundo modo ſaluantur prædictæ glo. ꝙ in his, quæ ſunt modici præiudicij, non admittatur appellatio: & ſic procedat glo. in d. §. aſſeſſorem. Sec. in his, quæ ſunt grauis præiudicij, admittatur querela. Et ita Bal. in c. 1. §. ſacramentum. in fi. de conſuetud. feudi. Et idem domi. Anto. in c. ſignificaſti. il primo. de homi. ¶ Tertio modo concordantur per Bal. in l. 2. in fi. C. de ſenten. ex pericu. reci. ſ. ꝙ commiſſa conſcientiæ per appellationem non reuocantur: ſuperior tamen poteſt corrigere. Idem tenet Bal. in c. ſi ſacerdos. de offic. ordin. ſentit Roma. in conſi. 448. dicens, ꝙ in relictis conſcientiæ quæſtio per priuatum inferri non poteſt. ¶ Quartò Bald. in l. 1. C. de rebus credit. concordat, ꝙ in his, quæ ſunt parui præiudicij, non poteſt quæri de malitia eius, cuius conſcientiæ actus committitur: ſecus ſi grauis præiudicij: & ita videtur reſidere Ioan. de Imo. & Domi. in d. §. aſſeſſorem. ¶ Conſiderabam in hoc paſſu fortè poſſe diſtingui, ꝙ aut verbū, conſcientia, refertur ad iuſtitiā ipſius conſcientiæ: & tunc, cum de nullius præiudicio agatur, appella

tione

tione conſcientiæ comprehendatur etiam erronea conſciētia. & procedat, quod dici ſolet, ꝙ etiam erronea conſcientia ædificat ad gehennam, vt ſupra dixi. Aut ſecundò verbum, conſcientia, refertur, & dirigitur ad iudicem, vel perſonam, habentem ius, & iuſtitiam miniſtrare: & hoc caſu comprehendatur conſcientia illa, quæ à legum tramite non ſit difformis, & ſic intelligatur ſupra relata opinio, volens tale verbum non ſignificare voluntatem liberam, ſed arbitrium regulatum. Aut tertiò tale verbum dirigitur perſonæ, cuius officio ſpectat componere, & concordare: & tunc procedat diſtinctio, an tractetur de graui, vel modico præiudicio, quam ſæpius ſenſit Bal. & ſupra retuli. hanc meã conſiderationẽ ſumpſi ex his, quæ tradidit Bal. in rub. ſupra de iudi. & ſupra retuli. Cogita. ¶ Et bene ad propoſitum facit tex. in c. non ſolum. de regula. lib. 6. vbi dicitur, ꝙ paucitati conſcientiæ non debet deeſſe iudicium rõnis, per quẽ tex. etiam probatur, ꝙ alia eſt conſcientia bona, alia mala, ſecundùm Bal. in quadam. q. diſputata, quæ incipit [c. 1. §. inter partes. de lege Corra.] dicentem etiã ex illo tex. d. c. non ſolum. probari. ꝙ verba, de iure & ſtatuto, ſecundum conſcientiam intelliguntur ſecundum iuſtam conſciētiam: aliàs actus geſtus poſſet per ſuperiorem corrigi. alleg. glo. in d. Clemen. 1. Et alibi Bal. in d. §. fratres. dicit, ꝙ conſcientia debet conſonare de rebus ſenſatis, l. omnium. C. de teſt. facit quod inquit Bald. in l. 1. C. de pœna iudicis. qui malè iudicauit. volens, ſtatutum, ꝙ ſtetur arbi. & voluntati, debere intel. de ſana voluntate, de quo infra in q. Quid ſi dicatur, ꝙ Poteſtas poſſet facere ad ſuam voluntatem. ¶ An autem
26 is, cui cauſa committitur terminanda ſecundum † conſcientiam, ſi proferat ſententiam ſine citatione, valeat? Barto. in l. certum. ver. Item opponitur. C. vnde cognati. concludit, ꝙ ſic; quia quando probatio concludit ſoli iudici, & non parti, non requiritur citatio partis; quia non debet diſputari, niſi cum iudice, l. 3. §. penul. ff. de bo. poſſeſ. no. Iaco. de Are. in d. l. certum. Ex quo infert ibi Bal. ꝙ quando Papa mandat aliquem examinari, non eſt aliquis citãdus, cum ſufficiat ſoli examinatori probationem concludere. nam hæc commiſſio potius eſt conſcientionalis, quàm iudicialis: ſi tamen citaretur, deberet & audiri, aliàs poſſet appellare. ¶ In contrariũ tamen facit deciſio Pet. de Anch. in conſi. 484. quod incipit. Primo, & ante omnia. volentis executorem taxantem alimenta ſecundùm conſcientiam, debere citare hæredem. Confirmo. nam cum tale verbum referatur ad perſonam habentem ius reddere, debet intelligi de conſcientia, quæ à legum

gum tramite non diſſonet, vt ſupra dixi. ¶ In omnibus tamen caſibus, in quibus concludendum foret, à ſententia lata † ſecundùm con
27 ſcientiam non poſſe appellari, per ſupradicta, eſſet id intelligendum verũ, niſi tali verbo, conſcientiæ, adijceret aliquod verbũ ſapiẽs arbitriũ boni viri; puta ſi diceret, arbitrio conſciẽ tuæ. faciunt c. qualiter. il 1. de accu. & q̃ dixi ſupra de mero arbitrio. ¶ Ex his etiã, q̃ dixi, ſuperiorem poſſe actum geſtum ſecundùm conſciẽtiam corrigere, infert Dominicus in d. §. aſſeſſorem. ad quæſtionem. ꝓ licèt teſtator diſponat bona diſtribui ſecundùm conſcientiam executoris: poterit tamen epiſcopus ab eo petere redditionẽ rationis diſtributionis. quod dicit perpetuò notandum. ¶ Et pro eo facit, quod no. Ioan. And. in titu. de inſtrumen. edi. §. nunc aliqua. verſic. Sed nunquid. Pet. de Ancha. in Clemen. 1. de teſtamen. Bal. in l. nulli. C. de epiſco. & cler. & in
28 l. captatorias. C. de teſtamen. ¶ Scire etiam debes, ꝓ vbi actus † committitur conſcientiæ alicuius, ille, cui committitur, debet præſentialiter actum facere: nec ſufficeret conſenſus ex poſtfacto, ſeu illius ratihabitio ſecundùm ea, quæ no. Ioan. Andr. in reg. ratum. lib. 6. & ibi
29 per Pet. de Ancha. clarius. An autem, vbi actus † committitur conſcientiæ alicuius, dicatur electa induſtria perſonæ; ita ꝓ non poſsit ſubdelegare. Bald. in l. & in epiſtola. in fi. C. de fideicommiſs. tenet, ꝓ electa ſit induſtria perſonæ. de quo latè per Rotam Romanæ Curiæ deciſio. 441. quæ incipit. Item fuit dubitatum, vtrum executor. & plenius per Doctores in cap. fina. de officio delega. per Angelum in Authenti. ad hæc. C. de iudicijs. Immo nec tranſmittitur ad hæredes, cum ſit quidam animi motus, qui non tranſmittitur, ſecundùm Baldnm in cap. 1. §. ſacramenta. de conſuetud. recti feu. Et hinc eſt, quòd hæres denuo iurare tenetur de malitia. l. qui bona. §. ſi quis ſtipulatus. ff. de dam. infec. Ille tamen, qui tenetur actum facere ſecundùm conſcientiam, tenetur iurare prius ſecundùm Ang. in l. de pupillo. §. qui opus. ff. de ope. no. nun. per tex. in l. Theopompus. ff. de dote prælega. cum ibi no. Non autem poſſet compelli aſsignare rationem eum mouentẽ, ſeu illam exprimere, ſecundùm Bal. in l. rem non nouã. C. de iudi. Item quis non poteſt cogi dicere, vel teſtificari ſuper his, ſuper quibus habet deponere ſecundùm conſcientiam ſuam. hinc eſt, ꝓ compurgatores non poſſunt compelli deponere in purgatione fienda canonicè. tex. eſt in c. cum dilectus. il 1. de purga. cano. quia iſti deponunt ſecundùm conſcientiã: quod dicit Abb. ibi notandum pro iſtis artificibus, qui habent deponere ſecundùm peritiã artis, ſecundùm eum ibi, qui tamen hoc non firmat. ¶ Ego prædicta omnia dicta cõmendo,

mendo, ſed arbitror debere temperari ſecundũ eam ſignificationem
verbi, conſcientiæ, quæ conuenit perſonæ, cui verba diriguntur, & ſe-
cundùm ſubiectam materiã. nam relata ad iudicem aliquid ſignificant,
quàm relata ad hominem, carentem adminiſtratione iuris reddendæ,
vt ſupra dixi ſecundùm Bald. in rubrica de iudicijs. Aliàs verò prædi-
cta de conſcientia (indifferenter loquendo de conſcientia) videntur
vel non eſſe vera, vel inter ſe habere repugnantiam. Aduerte igitur,
30 & diligenter, ſingula, ne erres. ¶ Verba † committo me miſericor-
diæ, & gratiæ tuæ, arbitrium boni viri ſignificant: & ſic in te, veluti in
arbitrium boni viri, videtur facta cõmiſsio: nec poſſes ſæuire contra
iſtum, vel aliquid damnabile in eum facere. verba ſunt Inn. in c. ve-
niens. de renun. quem ſequitur Rom. in rubri. de arbi. col. 7. & Ang.
in l. ſi cui. ff. de ſeruitu. Dominus Alex. in conſ. 72. incipiente. Viſo pro-
ceſſu inquiſitionis. col. 7. in fin. facit bona glo. in l. penul. ff. de arbi. &
quod no. Ang. in l. fin. in fi. ff. de præto. ſtipu. dicens, ꝙ is, cuius gratiæ,
& miſericordiæ quis ſe ſupponit: ſi gratiã, & miſericordiam nolit face-
re, debet illum reponere in priſtinum ſtatum. alle. Inn. in d. c. veniens.
& in c. ſanè de renun. facit ẽt quod no. glo. in l. 4. C. de dotis promiſs.
volens, ꝙ ponens ſe in manus aduerſarij; dicitur illi ſe ſupponere, tan-
quàm in arbitrium boni viri. ad quod faciunt not. in c. eccleſia. il 2. vt
31 lite pen. ¶ Quid aũt † operetur receptio, quam quotidie faciunt domi-
ni temporales, & eccleſiaſtici, recipiẽtes alios inferiores ſub eorũ pro-
tectione, quam vltramontani ſaluamguardiam appellant. Abb. in c.
accepimus, de priuil. per tex. ibi, iuncta glo. fin. & no. per Hoſti. deter-
minat, ꝙ nihil aliud operatur, niſi ꝙ talis recipiens facilius pro rece-
pto mouebitur, quàm pro alio: & ideò talis receptio iuri tertij non
præiudicat, & per conſequens non tenetur illum iuuare contra iuſtè
32 illi bellum mouentem, vt ibi per Abb. Verba promitto † ſtare dicto
tuo, arbitrium boni viri includunt. Ita Bart. in l. fin. ff. de præto. ſtipu.
quem ſequitur Rom. in rub. ff. de arbi. colum. 2. ¶ Quid aũt ſi com-
promittatur de ſtando videre tuo? dic, ꝙ à tali ſententia non põt ap-
pellari, ſecundùm Inno. in c. fin. de ferijs. quod Bal. reputat ſingulare
in Auth. ceſſante. in 1. col. C. quõ & quando. ſequitur Rom. in d. rubr.
33 colum. 3. Verba † prudentiæ tuæ, liberam voluntatem importãt ſe-
cundùm do. Anto. per tex. ibi in c. ne innitaris. de conſti. quem repre-
hendit ibi Ioan. de Imo. quia de propria ſignificatione verbum, pru-
dentia, ſonat in virtutem. alleg. tex. in c. 2. ſupra de precario. Eandem
opi. cõtra do. Ant. tenet Abb. in c. 1. de ſeque. poſs. & fruct. col. 4. Nec
[illegible] ob. d.
[illegible]

ob.d.c.ne innitaris, quia ideò ibi capitur in malam partem; quia loquitur in prohibitis: vel ſecundò, vbi aliquid affirmatiuè, & præceptiuè committitur prudentiæ, ſumitur in bonam partem: ſed vbi ponitur in oratione negatiua, & prohibitiua, ſecus eſt: & ita loquitur d.c.ne
34 innitaris. ¶ Verba pro libito † ſuæ voluntatis, importāt liberā voluntatem, tex.eſt in l.fideicommiſſaria libertas.ff.de fideicommiſs.liber. no.Bart.in l.alio.ff.de alimen.le. & in Extrauagan.ad repri.in ver.videbitur. Io.de Imo.in l.ſi ſic. in prin.de leg.1.ſed eſt tex.no.in c.2.de ſequeſtra.poſſe. & fruc.& ibi Abbas in prima colum. dicens, hoc facere ad multa, maximè ad compromiſſa, in quibus ſolet apponi, vt pro ſuo libito diſponat. Item facit ad ſtatutum Senenſe, ſ.ꝙ actor vniuerſitatis non teneatur aliquid ſoluere, niſi prout proceſſerit ex ſuo libito. nam non eſt recurrendū ad arbitriū boni viri, ſed ad nudā rectoris
35 voluntatem. Verbum enim, libet, liberam † voluntatem importat, nec ratione gubernatur.l.1.ff.de teſta.mili.no.Bart.in d.l.alio, probatur in d.c.2.& ēt in c.penul.de conſuetudi. vbi Abbas prædicta refert, &
36 ſequitur. ¶ Verba † beneplacito tuo, arbitrium regulatum ſignificant. Ita Bal.in l.fi.§.ſed ſi quis.C.communia de lega.& Abb.in c.verum.in princi.de foro compe.in vlti.notabili. vbi hoc probatur, dum ibi dicitur, ꝙ ſi cauſa feudi fuerit, Imperiali beneplacito relinquatur: & tamen dñs feudi ſine cauſa dñm non priuat, toto titu. de feud. ſine cul. ¶ Confirmatur hæc ſententia; quia verbum, placet, ſimpliciter prolatum, arbitrium boni viri importat, d.l.Thays.§.ſororem.ff.de fideicom.liber.& ſupra dixi.ergo fortius hoc ſignificabit, vbi additur dictio, bene, quod eſt valde no. maximè ad compromiſſa. ¶ Verba,
37 † damus tibi licentiam procedendi in tali cauſa, important arbitriū boni viri, ſecundùm Bart in d.l.alio. quia deſcendit à verbo, licet, qđ idem eſt dicere, qđ licitum eſt, quæ verba ſapiūt boni viri arbitrium, l.fideicōmiſ.§. quamquàm.de legat.3. Probatur ēt hæc ſententia in l.1.C.de ſacroſanc.eccle. vbi, licèt vnuſquiſq; habeat licentiam teſtandi, non propter hoc pōt filium iniuſtè exhæredare.l. ſi quis ad declinandam.C.de epiſc.& cle. Et ita tenet Are. Inſti.de actio.§ in bonæ fidei.col.13.licèt Inno.in c.cum ad monaſterium.de ſtatu regu.in ver
38 bo, licentia, teneat, ꝙ importent liberum arbitrium. ¶ Verba † cōmittimus, ꝙ poſſis omnia, quæ nos poſſumus, ſi præſentes eſſemus, an importent liberam poteſtatē. Bar.in l.creditor.§.Lucius.ff.mandati; per tex.ibi, tenet, ꝙ ſic. de quo tu latius vide Abb.in c.intelleximus. de iudi.& in c.expoſuit.de dilatio.Domi. poſt Archi.& Doc. in c.qui

ad agen.

ad agen.§.fi.de procura.& in c.1.de reſcrip.lib.6.Aret.Inſt.de actio.
39 §.bonæfidei.col.13.¶Verbum † cupio, videtur liberam voluntatem ſignificare.l.græcè.ff.de fideiuſ.vbi volo,& cupio,æquiparantur.Contrarium tenet Bart.in Extraua. ad repri. in verbo, videbitur. Cardi. Floren. hic, & Io.de Imo.in vlti.carta, poſt Ioan.de Lig.Nec ob.d.l. græcè. quia æquiperantur in hoc ſolum, ꝙ vtrumque continet voluntatē,ſed primum liberam,ſecundū regulatam ratione, &c. ¶Ver
40 ba, ſecundùm cor tuum,† liberam voluntatem ſignificant.c.ſummopere. ibi [non ex corde noſtro pro præcepto diuino] 11.q.3.Sed mihi non placet. Nec ob.d. c.ſummopere. quia ideò illud eſt,qm̃ negatiuè profertur,vt in ſimili ſupra dixi de verbis, prudentiæ tuæ. Præterea verba, ſecundùm cor tuum, vel ſecundū mentem tuam non differunt. Sed verba ſecundū mentem tuam regulantur ratione, vt dicit Bal. in l.voluntatem. C.de fideicommiſs.igitur. facit quod ſupra dixi de verbis, Iudicio tuo,& de verbis,conſcientiæ tuæ, ſcilicet ꝙ in dubio de bona conſcientia intelligantur. mens enim tua, & conſcientia tua idem important ſecundùm Bald. in l.fin. C.ſi à non compe.iudi. ¶Verba† ſecundùm ſpiritum tuum,regulantur ſecundùm rationem.
41 probatur in c.ſicut in ſacramentis, de conſecra.diſtin.3.Ibi [animalis homo percipiat,quæ ſunt ſpiritus]&c. mihi videtur,ꝙ ille tex. hoc non probet, quia loquitur de ſpiritu Dei, & dicit, ꝙ homo percipit quæ ſunt ſpiritus Dei. Cogita. ¶ Verba, ſecundùm carnem † tuam,
42 liberam voluntatē ſignificant. facit quod habetur in Euangelio. Non caro,& ſanguis,ſed ſpiritus reuelauit, &c. Et quod dicit Io. Mona.in c. fundamenta. de ele.in 6. dum dicit,quòd caro,& ſanguis reuelauit Pontifici Romano,vt conderet illam conſtitu.quia erat Romanus. facit ēt quod per tex. in l. tutor. §. quæ tutori.ff.de excu.tuto.arguit ibi Bal.ꝙ ſi Papa promouit conſanguineum ad dignitatem: ꝙ ei reuelauerit caro, & ſanguis, & non ſpiritus.facit c.licèt.de regula. Ibi[quæ ſpiritu Dei aguntur]&c. & c.duæ ſunt. 19.q.2.¶Verba,libera facultas,important † liberum arbitrium, regulatum ratione.Bal.in c.1.§.
43 fin.de pace iuramen. fir.dicit per illum tex.probari, ꝙ intelliguntur, ſeruato iuris ordine. contrarium innuit Bart. in d.l. alio.ff.de alim.le. & Io.de Imo.in c.quæ in eccleſiarum. de conſti. per tex.ibi, & in c.1. de reſcrip. & in c.cum dilectus. de conſue.in c.1.de offi.ordi.Bal.in l. 1.in princ. ver.Quartò quæro.C. de ſacroſanc.eccle.plus dicit Io. de Imo. in c. irrefragabili.in princ. de officio ordina. ꝙ virtute dictorū verborum poterit omitti conſuetudo. Ad tex.in d.c.1.§.fin.quòd, dū ibi dicit

ibi dicit liberam facultatē, intelligitur ſecundùm ſubiectam materiā, ideſt eam liberā facultatem diſponendi, quā vaſalli habent. Et faciunt ad prædicta, quæ ſupra dixi de mero arbitrio. & de verbo, liberè, vide glo. in Cle. dudū. de ſepul. Doc. in c. 1. de reſcrip. & Ioa. An. qui iſtū tex. & plures ad hoc allegat in c. licèt epiſcopus. de præben. lib. 6. in nouella. ¶ Effectus aūt reſultans ex hoc, ꝙ verba importent arbitrium boni viri, eſt primus; quia ille, cuius arbitrium, veluti boni viri, requiritur, non poſſet dicere, & arbitrari in facto alieno aliter, quàm ſi eſſet ſuū, tex. eſt ſingularis in l. 1. C. de his, quæ pæ. no. ſequitur Rom. in rubr. ff. de arbi. faciunt quæ infra dicam col. ſeq. ¶ Secundus reſultat effectus, quia quando iudex cognoſcit, vt bonus vir, non poteſt ab eo appellari ſecundùm Inn. in c. præſenti. hodie incipit. c. ſtatutum. de reſcrip. lib. 6. & Bart. dicens hoc alibi non reperiri in l. 1. in fin. ff. de leg. 2. de quo ibi plenè per Ioan. de Imo. & alios moder. & per Ioa. de Imo. in l. 2. ff. de publi. iudi. Abb. in c. ſuper his. de accu.

S V M M AE.

1 *Caſus tres conſiderandi circa verba denotantia liberum, & regulatum arbitrium, & qui ſint.*

2 *Arbitrandi alicui commiſſa facultate per verba ſignificantia arbitrium boni viri, arbitrio regulato debet vti.*

3 *Actum debens gerere arbitrio ſuo excuſatur, ſi in ipſo explicando eam adhibeat diligentiam, qua in proprijs vteretur, etiam ſi minus ſit in proprijs diligens.*

4 *Arbitrandi alicui conceſſa facultate verbis liberam voluntatem denotantibus, omnia, duobus exceptis, facere poteſt, quòd. ſ. non donet, & dolus etiam abſit.*

5 *Conceſſa alicui facultate largiendi per verba importantia arbitrium boni viri, eligere debebit, cui donet, vti bonum virum decet.*

6 *Verbum, liberæ voluntatis, eſt eius efficaciæ, ꝙ ſi committatur alicui largiendi facultas ſub talibus verbis, poterit is arbitratu ſuo donare, non ſeruatis reg. iuris ciuilis, ſed iuris gen. tantùm.*

7 *Iudicandi alicui commiſſa facultate, ſi per verba importantia arbitrium boni viri, debebit in iudicando ſequi regulas iuris ciuilis; ſi per verba liberæ voluntatis, æquitatem tantùm naturalem, & regu. iuris gen. non autem ciuilis.*

8 *Sententia in inſtanti lata licèt non valeat, valet tamen contractus præcipitanti feſtina*

ti feſtinatione deliberatus.

9 Arbitrium liberum datum alicui ſuper eo, quod tertio poſſit afferre præiudicium, ſemper importat arbitrium boni viri.

10 Habens plenitudinem arbitrij, & eius libertatem tenetur de dolo, quoniam in omni diſpoſitione dolus ſemper excluditur: nõ tamen tenetur de culpa, quæ in hoc non æquiparatur dolo.

11 Poteſtas quòd poſſit facere ad ſui voluntatem, quomodo intelligatur. Et quid ſi dicatur, quòd procedat ſine vlla ſolemnitate, ibid. nu. 15.

12 Differentia quæ dicatur inter appetitum, & voluntatem.

13 Statuto dictante, quòd ſtetur iudicis arbitrio, & voluntati, intelligi debet de ſana voluntate.

14 Libera voluntas tametſi nullis claudatur finibus; in compromiſsis tamen capitur voluntas pro diſcuſsione, & arbitrio.

16 Iudex, cui conceſſum eſt, vt poſsit procedere ſine vlla ſolemnitate iuris, an poterit procedere die feriato, & recipere teſtes ſine iuramento.

17 Iuramentum teſti non remittitur, vbi proceditur ſine figura iudicij.

18 Iuramentum licèt ſit de iure poſitiuo, à iure tamen diuino in genere dicitur inuentum ob incredulitatem hominum, ne veritas occultetur.

19 Parte non petente iuramentum, teſtis iurare non tenetur, cum iuramentum ipſum ſit inductum à iure diuino, ad inſtantiam tantùm exigentis.

20 Iudici commiſſa facultate iudicandi, prout voluerit, quæ tunc dicantur eſſe iudicis partes.

21 Verbi, ex bono, & æquo, ſub quibus committitur iudici, vt poſſit procedere, ſunt eius efficaciæ, vt non ſit habendus recurſus ad apices iuris ciuilis, qui non tangunt veritatem negocij.

22 Verba, procedas de facto, ad iudicem per ſuperiorem relata, importent, quòd iudex ipſe procedat manu regia, reiecta omni ſolemnitate ciuili.

23 Solennia iudicij, & ſubſtantialia differunt, quòd prima per hæc verba, procedas de facto, dicantur remiſſa, ſecunda verò non.

24 Clauſula, procedas de iure, & de facto, quid importent.

25 Verbum, de facto, attento verbo præcedenti, de iure, denotat merum factum abſtractum ab omni mixtura iuris, dummodo dolus abſit; & omnis iniquitas patens.

26 Clauſula, ſola facti veritate inſpecta procedas, quid importet, & de qua veritate, quæ triplex eſt, intelligatur, vt ibidem nume. 27. 28. 32. 33. & 34.

29 Cauſa quando committitur de veritate, & iuſtitia, intelligitur de illa veritate, cui ius patrocinatur.

30 *Princeps, ſola facti veritate inſpecta, cauſas decidere debet, etiam omiſſo ordine iudiciario.*

35 *Clauſula, ſola facti veritate inſpecta, plus operatur, quàm clauſula, ſine figura iudicij, cum per iſtam non remittatur iuramentum calumniæ, per illam ſic.*

36 *Clauſula, ſola facti veritate inſpecta, & ſine figura iudicij differunt in hoc, q per illam poterit in cauſa procedi, nulla iuris poſitiui ſolemnitate ſeruata, ſecus, quando committitur ſine figura iudicij.*

37 *Lex quando concedit arbitrium Rectori, intelligitur ſuper non determinatis.*

38 *Diſtinctio Areti, quòd per clauſulam, ſola facti veritate inſpecta, non ſit vlla ſubſtantialis ſolemnitas remota, ſed tantùm ordo iuſtitiæ, reſpiciens proceſſum, non probatur ab auctore.*

39 *Ordo iudicij dicitur eſſe duplex, nempè vnus neceſſitatis, ſiue ſubſtantiæ, alius congruitatis, cuius omiſſio non vitiat, niſi parte reſiſtente.*

40 *Habens poteſtatem procedendi de iure, & de facto, non intelligitur eandem habere poteſtatem in decidendo. ſed de iure tantum decidere debet.*

41 *Clauſula, altè & baſſè procedas, operatur, quòd is, cui per talia verba commiſſa eſt cauſa, poſſit re ipſa partes enormiter lædere, non tamen ex animo, & dolosè.*

42 *Clauſula, procedas manu regia, quid operetur. remiſſiuè.*

43 *Poteſtate alicui conceſſa per ſtatutum, vel reſcriptum porrigendi manum contra aliquem, intelligitur de manu à iudice in exequendo, & condemnando.*

44 *Verbum, manus, quot modis in iure ſumatur.*

45 *Res dicitur eſſe in alicuius manibus, quando eſt ſub illius poteſtate, gubernatione, & protectione.*

46 *Papa concedendo rem, quam habet in manibus Eccleſiæ, intelligitur de re Eccleſiæ incorporata.*

47 *Clauſula, procedas per ſimplicem querelam, quid operetur. Item ſi dicatur, procedas ſecundum rigorem. ibid. 48.*

49 *Clauſula, procedas ſecundùm iuſtitiam, intelligitur de iuſtitia legibus fundata.*

50 *Clauſula, procedas ſecundùm æquitatem, quomodo intelligatur.*

51 *Verbum, de æquitate, intelligitur de illà æquitate, quæ ſit conformis iuri.*

52 *Præſcripta bona fide poſſunt retineri ſalua conſcientia, quæ eſt in æquitate fundata.*

53 *Euangelica denunciatio non poteſt ei fieri, qui bona fide præſcripſit, cum effectus tam naturalis obligationis, quàm ciuilis curſu temporis ſit ſublatus.*

54 *Præſcriptioni in odium negligentis inducta renunciari non poteſt, nec expreſſè, nec tacitè.*

55 *Iudex ſecundùm æquitatem procedere debens, non poteſt reijcere exceptionem, cui ius aſsiſtit: nec poteſt ſe fundare ſuper obligatione, cui ius reſiſtit.*

56 *Verba, ſecundùm æquitatem, quos operentur effectus.*

57 *Ius canonicum ſuper æquitate fundatum permittit actionem oriri ex nudo pacto.*

58 *Princeps quando committit cauſam ſecundùm æquitatem cognoſcendam, ſummariè eam commiſiſſe intelligitur. Item quando ſcribit de æquitate, videtur remiſſus ordo iudiciarius.*

59 *Verba, procedas ſecundùm veritatem, & æquitatem, in quo ſenſu accipiantur.*

60 *Verba, ſecundùm æquitatem, & iuſtitiam procedas, quid operentur.*

61 *Verba, facti fide procedas, quid importent.*

62 *Verba, procedas habitis veris probationibus, operantur, quòd non poterit deferri iuramentum ſuppletiuum.*

63 *Probatio pleniſsima dicitur illa, quæ non admittit probationem in contrariũ.*

64 *Probatio per iuramentum, an dicatur legitima probatio.*

65 *Clauſula, quod iuſtum eſt, decernas, reſtringitur ad petita.*

66 *Clauſula, pronuncies de veritate, iuſtitia, & iure, importat obſeruantiam iuris communis, & municipalis.*

67 *Verba, videas, ſeu iudica quid iuris, important, iſtum, cui ſub talibus verbis ſit commiſſa cauſa, poſſe decidere omne dubium, quod poteſt ex puncto reſultare.*

68 *Conſultus per verba, quid iuris, videtur cõſultus de omnibus dubitationibus, quæ ex facti narrati propoſitione poſſent oriri. Et niſi omnibus reſpondeatur, non videtur reſpondiſſe.*

69 *Verba, iuſtitiam facias, quomodo intelligantur.*

70 *Porrecta Principi ſupplicatione pro remiſsione ſententiæ; ſi Princeps reſcribat, dicens, fiat iuſtitia, an poterit ipſa ſententia corrigi.*

71 *Clauſula, procedas, præuia ratione, quid importet, ſub talibus verbis concepta.*

72 *Clauſula, procedas velo leuato, idem importat, quòd ſummatim.*

73 *Clauſula, procedas ſummariè, & de plano, & abſque vlla iuriſdictione inueſtiges, quid operetur.*

74 *Clauſula, procedas, reiecta iuris ſubtilitate, vel iuris apicibus, operatur, iudicem hoc caſu debere tantùm inſpicere factum principale, reiectis quibuſcunque excep. non reſpicientibus factum verum principale.*

75 *Clauſula, procedas de iure, & ſecundùm ſtatuta, & iſta inuicem repugnent, intelligitur, quòd ſecundùm ſtatuta à iure approbata procedatur.*

76 *Commiſſio facta iudici ſub his verbis, procedas iudicialiter, & extraiudicialiter, operatur, quòd nulla tunc temporis requiratur citatio.*

77 *Commiſſione facta iudici per hæc verba, procedas ordine ſeruato, & non ſeruato, dicitur eſſe remiſſus omnis ordo iudiciarius.*

Viſis ſupraſcriptis Verbis, denotantibus liberum
arbitrium, & et arbitrium re-
gulatum. Pro clariori intelligentia aduertendum erit, & præ oculis
habendum id, quod ſub his verbis conceditur. Vnde ſecundùm Bart.
in d. Extrauag. in verbo, videbatur. Io. de Ligna. & Io. de Imo. hic in
1 vltima charta. Car. hic col. 4. & 5. Conſiderandi ſunt † tres caſus, quia
quandoq; ſub his verbis datur facultas componendi: quandoq; lar-
giendi ex cauſa lucratiua: quandoq; committitur facultas iudicandi.
2 ¶ Primo caſu, dicit Bart. ꝙ ſi committitur † per verba ſignificantia ar
bitrium boni viri facultas arbitrandi: tunc debet arbitrari arbitrio re
gulato, vt bonus vir, & diligens paterfamilias. l. hæc venditio. ff. de
contrahen. emp. l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum. ff. pro ſocio. l. ſi Liber-
tus. ff. de operis liber. c. veniens. c. Quintauallis. de iureiur. Excuſare-
3 tur tamen habens † actum facere arbitrio ſuo, ſi vtatur diligẽtia, qua
in proprijs vtitur, et ſi minus diligens ſit in proprijs. tex. eſt, & ibi Bar.
in l. 1. ff. de ſolu. iuncta glo. in l. cæterum. in ver. dictum eſt. eo. tit. & ibi
idem ſequitur Ang. & Bal. no. in l. 1. in 2. oppo. C. de his, quæ pœ. no.
vbi dicit illam l. 1. ad hoc eſſe ſingularem. Idem ſequitur do. Alexan.
conſ. 48. in primo volumine incipi. Circa primum, de quo quæritur.
4 Si verò committitur dicta facultas † per verba denotantia liberã vo-
luntatem: tunc præter duo omnia põt. Primum eſt, ꝙ non donet: quia
iſtud non venit in conceſsione liberæ voluntatis, l. ſi filiusfa. §. 1. ff. de
dona. Secundum, ꝙ dolus abſit, l. creditor. §. Lucius, ff. mandati. hoc
enim repugnat regulæ iuriſgentium: quia licèt permittatur contrahẽ-
tibus ſe inuicem ſine dolo decipere, l. in cauſæ. la 2. de mino. l. item ſi
precij. ff. loca. c. cum dilecti. de emp. & venditio. tñ hoc bono viro non
conuenit, dicit glo. no. in l. ſi ex ſtipulatione. ff. de ver. ſigni. ex quo pa-
tet, ꝙ licèt aliquid ponatur in libera voluntate. intelligitur iſta volun-
tas libera à regula iuris ciuilis, non autem iuriſgentium. ¶ Secundo
5 verò caſu quando ſub his verbis conceditur facultas † largiendi ex
cauſa lucratiua. dic, ꝙ ſi per verba ſignificantia arbitrium boni viri,
debet eligere, cui donet, vt bonus vir. l. cum quidam. ff. de leg. 2. l. ſi ſic
ff. de leg. 1. l. fideicõmiſſa. §. quamquã. de leg. 3. l. fideicommiſſaria li-

bertas.ff.de fideicom.liber. Ex quo infert Bart.in d.l.cum quidam, ꝙ
ſi electio pauperum cõmittatur per verba denotantia arbitrium boni
viri Priori prædicatorum per teſtatorem, poterit Prior eligere fratres
ſuos pauperes, & illis diſtribuere. Et in hoc Bar.ſequitur Pet.de Anc.
in conſ.83. in fin.de quo per ipſum in c.2.de teſti.li.6.& per Ioa.An.
referentẽ Iá. de Are. in addi.Spec.tit. de inſtru.edi.§. compendioſæ.
6 in fin. Si verò cõmittitur per verbum, liberæ † voluntatis: tunc poteſt
facere ẽt contra regulas iuris ciuilis, ſeruatis tamen regulis iuriſgen
tium, l.1.ff.de teſta.mili. vbi permittitur militi teſtari, quomodo vult:
ob quod poteſt relinquere deportato, cuius ſtatus eſt nullus de iure ci
uili: non autem damnato in metallum, qui eſt ſeruus pœnæ, vel ſeruo
proprio; quia eius ſtatus eſt nullus, etiam de iure gentium.l.3.§.de-
portati. §. ſerui pœnæ. &.§.ſeruum proprium.ff. de teſta.mili. & hoc
vult dicere d.l.cum quidam.nam ei, qui eſt indignus propter offenſã,
non donatur, ſed reuocatur donatio, l.fi.C.de reuo.do.c.fin.de dona.
quibus bonus vir non arbitratur ſecundũ regulam iuris ciuilis de-
bere donari: ſed ſecundũ naturalem æquitatem declaratam per ius
diuinum. cuius merito, cum ſit maioris perfectionis tribuere illi, qui
offendit, quàm alij; ideò is, cuius liberæ voluntati committitur, põt
talem indignum eligere. quod eſt notandum. ¶Tertio verò caſu qñ
7 committitur facultas † iudicandi: conclude, ꝙ ſi per verba importan
tia arbitriũ boni viri, debet ſequi regulas iuris ciuilis, ſicut ille, qui
aſſumitur arbiter, l.fi. ff.de arbi.c.2.c.per tuas.c.expoſita.de arbi. Si
verò per verba ſignificantia liberam voluntatem: tunc iſte eſt liber à
regulis ciuilibus, ſed non à regulis iuriſgentium, vel à naturali æqui-
tate, quæ idem eſt, Clem.paſtoralis.de re iudi.probatur. nam Impe-
rator ſolutus eſt legibus, & ex vigore ſuæ poteſtatis tulit ibi ſententiã:
quia tamen in quibuſdam fecit cõtra naturalem æquitatem, caſſatur.
Et hanc doctrinam magiſtralem Bart.ſequitur do.Ant.in c.1.de con-
ſtit.Ang.in l.& ſi poſt tres.ff.ſi quis cau.col.11. Pet.de Ancha. & Ioa.
de Imo.poſt Io.de Ligna.hic in vltima charta. Do. Alex. in conſ. 34.
incip. Viſo themate.in prima col. Ex quibus Bart. vbi ſupra, dicit ſolu-
tam eſſe quæſtionem de Poteſtate habente liberum arbitriũ: an poſ-
ſit iniuſtitiam facere parti. & certè non, quia eſſet contra naturalem
æquitatem: ſed bene põt omittere ſolemnitates iuris ciuilis. de qua
quæſtione latius per Bart.in l.filiusfa.ff.de dona.iuncta l.1.ff.de teſta.
mili. Idem voluit Inno. & Abb.in 3.colum.in c.dilecti.ſupra de iudi.
Sed aduerte quia Bal. & Abb.in c.1.de offi.ordi.per illum tex.dicũt,

& ſen-

& ſentiũt oppoſitum. nam dicit ibi Bal. ꝙ Poteſtas, cui datur liberum arbitrium, non debet ponere ad torturã, indicijs non præcedentibus. quod ẽt licèt à Bal. non allegetur, tenet Gandinus in tractatu maleficiorum, dum tractat de tormentis in rubr. quæ incip. Item quæro, nunquid Poteſtas, qui habet arbitrium &c. Idẽ voluit Pau. de Eleaza: in c. grauis. de depo. circa vltimam col. allegatur quod habetur in c. veniens. & in c. Quintauallis. de iureiur. & per glo. in hac Cle. Idem tenet dom. Alex. in conſ. 67. incipiente. Habita ſuper contentis. col. 2. Accedat ratio ſecundùm Abb. & Bal. in d. c. 1. quia illud verbum, libe rum, debet intelligi, ſeruatis diſpoſitionibus ſtatutarijs, & legalibus: & ſolum importat, ꝙ poſsit ſine alicuius impedimento, & licentia, vt no. in c. de mulcta. de præben. in c. licèt epiſcopus. eo. tit. li. 6. & probatur in d. c. 1. bene facit quod no. Bar. in 1. cõſtitutione Cod. in. §. quib. dicens, ꝙ habentes arbitrium non poſſunt ſtatutũ corrigere, vel mutare. Confirmatur hæc opi. per tex. in l. ſi à milite. §. edictum. ff. de teſta. mili. vbi per libertatẽ arbitrij non intelligitur conceſſum aliquid, quod bonis moribus ſit interdictum, per quem tex. dicit ibi Ang. ſe conſuluiſſe apud Florentiam, ꝙ nulla plenitudine arbitrij, quod habet Capitaneus contra magnates, aut turbantes pacificum ſtatum, poterit eos ad perpetuum carcerem damnare; quia illa eſt pœna legibus interdicta, l. incredibile. C. de pœnis. cui interdicto non videtur derogatum per libertatem arbitrij. d. §. edictum. Et hoc dictum ſequitur do. Alex. in d. conſ. 67. inci. Habita ſuper contentis. facit quod pulchrè tradidit Bal. in c. 1. col. 7. de mili. vaſal. qui contu. eſt. dicens, ꝙ quando lex committit aliquid arbitrio iudicis, intelligitur arbitriũ datum in his, quæ animi conſilio conſiſtunt, non in his, quæ ſunt à iure ſpecificata. alleg. Io. An. in c. cum inter vniuerſas. de elec. & tex. in l. 1. §. calumniatoribus. ff. ad Turpil. Facit etiam quod no. in l. 1. ff. de teſta. mili. & per Ang. in l. miles. C. eod. titu. vbi dicit, ꝙ vigore talis arbitrij nõ põt prorogari inſtantia cauſæ criminalis, vel ciuilis. alleg. tex. in l. ſi in lege. ff. loca. & ſequitur Abb. in c. cum olim abb. de offi. deleg. Pet. de Anch. in Clem. 1. in prin. de reſti. in integrum. Rom. in l. 2. ff. de re iudi. colum. 27. Et ꝙ habens liberum arbitrium non poſsit iniuſtitiam facere; quia eſſet contra naturalẽ æquitatem, facit quod no. Bal. in l. prolatam. C. de ſen. & interlocu. omnium iudi. dicens, ꝙ habens plenariam poteſtatem, non põt fulminare ſententiam incontinenti; quia eſſet iniuſtitiã facere parti, iudicando, cauſa non cognita. ad quod bo. tex. in c. cũ ex his. de in inte. reſti. no. præceptor meus

perufinus in c. dilecto. de appel.col.71. Accedat quod no. idem Bal.
in l.captatorias.ver.modò circa.C.de teſtamen.mili.vbi dicit, ꝙ ſi is,
cui committitur declaratio, incontinenti declarat, non valet declara-
tio. Hinc dixit dom. Anto. in c. ſi pro debilitate. de offi.deleg. ꝙ ſi
iudex debet ferre ſententiam ſecundùm conſilium ſapientis: vbi ſa-
piens viſo puncto, incontinenti conſuluit, conſilium non eſt ſequen-
dum, per no. per glo. in d.l.prolatam. & ita refert Rom.in rubr.ff. de
ar.col.3. cui adde quæ no. Bart. in l. cum hi.§.1.ff.de tranſac.dicens,
ꝙ quando aliquid cõmittitur arbitratu iudicis, ſemper intelligitur cã
cognita, & facit quod contra feſtinantes confirmatio. ſcribit Io. An.
in c. quod ſicut.de electio. bo.tex.in c.fin.eo.tit. lib.6. no.Dominicus
in c.cum perſonæ.col.2.de priuileg.in 6.do. Ant.in c.veſtra.de coha.
clerico & mulie. Bald. in 1.Conſtitu.Digeſt.in.§.itaq;.in fin.dicens, ꝙ
totus proceſſus vna die fieri non põt.l.ſed ſi per prætorem.§. quotiés.
ff.ex qui.cau.maio. quia ſic feſtinatum præſumitur incautum, & mi-
nus ponderatũ.de quo ẽt no.Pau.de Caſt.in conſ.72.incip.Quia fru-
ſtra.& in conſ.48.quod incipit. In cauſa, quæ vertitur.& in conſ.296.
& in conſ.333. Rom.in conſ.454.quod incipit. In re præſenti.in qui-
bus omnibus locis allegat dictum Bart. in d.l. prolatam.quod etiam
ſequitur Pet. de Anch.in conſ.55.incip. Viſa quadam ſupplicatione.
Abb. & Io. de Imo. in c. iurgantiũ.de re iudi.Idem tenet Spec.de ſen.
prolat.§. qm̃. ver. Pone, ꝙ iudex.& dom.Alex in conſ.34.incipiente.
Viſo themate.col.3.vbi ampliat dictum Spec.& Bart. procedere non
ſolùm in ſententia diffinitiua: ſed etiam in interlocutoria præiudicia-
8 li, vt ibi per eum. ¶No. tamen vnum, ꝙ licèt ſententia lata† in in-
ſtanti non valeat: valet tamen contractus deliberatus præcipitanti fe
ſtinatione, tex.eſt notandus.in l.1.C.ſi aduerſus fiſca. ¶Prædictis etiã
9 adde, ꝙ vbi datur liberũ† arbitrium ſuper eo, qđ tertio poteſt afferre
præiudicium, ſemper importat arbitrium boni viri. Ita Bal.in l.ſi quis
maior. C. de tranſactio. allegat glo.hic, ſed eſt glo.in l.pe.de arbi. &
no. Bal.in l.ſi cum ea.C.de dotis promiſ.& in l.1.ff.de teſtamen.mili.
& in l.milites. C.eod.tit. ¶Et ex prædictis, coniunctis etiam his, quæ
10 dicam in q. ſequen.infero, habentem † plenitudinem arbitrij, & eius
libertatem teneri de dolo: qm̃ in quacunq; diſpoſitione ſemper dolus
excluditur l. creditor.§. Lucius.ff.mandati.l.in venditorem.§.1.ff.ex
quibus cau. in poſſeſsio. ea. no. Bal.in rub.C. de pœna iudi.qui malè
iudicauit. de culpa autem non tenetur, nec hoc caſu lata culpa æqui-
paratur dolo. quia vbi requiritur dolus ex propoſito, non ſufficit la-

ta cul-

ta culpa, vt habet in l. 1. §. ſi quis ideò. ff. ne vis fiat ei. & in l. 2. §. actionum. ff. vi. bono. rapto. no. Bart. in 3. q. principali. ver. Item quæro vtrũ lata culpa. in l. quod Nerua. ff. depo. Et hoc firmat Io. de Imo. in c. Quintauallis. de iureiuran. ver. Sed hic occurrit dubium, an ſufficiat lata culpa. & tenet, ꝙ hoc caſu non æquiparẽtur dolus, & lata culpa. & ita dicit eſſe de mente Io. An. & Io. Cal. ibi, vt ibi per eum in col. antepenul. ſequitur do. Alex. in conſ. 67. incipiente. Habita ſuper contentis, col. 5. Ang. tamen in d. l. in venditione. §. 1. tenet, ꝙ immo lata culpa excludatur, ſicut dolus, & ſequuntur ibi moderni. ¶ Sed certè huic opi. ob. tex. ibi [ex culpa reus non ſit] ſi generaliter de omni culpa intelligatur, vt loquitur; quando aũt dicatur eſſe in dolo, dicam aliquid in q. ſequenti. ¶ Viſa ſupraſcripta doctrina Bart. cum alijs ſupra additis, vt apertius materia ipſa capiatur, plures hic ſubdã par-

11 ticulares quæſtiones. ¶ Et primò: ſi dicatur, ꝙ Poteſtas † poſsit fa-

12 cere ad ſui voluntatem. Scias, ꝙ voluntas † propriè ſemper tendit, & capitur in bonam partem, & non in malam: quia tunc non voluntas, ſed concupiſcentia dicitur. Appetitus autem ſemper in malam partẽ capitur ſecundùm Archi. in c. humanum genus. 1. diſtin. ſequitur do. Ant. & Ioa. de Imo. in proœmio Decreta. Hoc præmiſſo ad q. dicas, ꝙ do. Bar. in d. Extrauag. in verbo, videbitur, tenet; ꝙ non teneatur ſeruare regulas iuris ciuilis, ſed iuris gentiũ. immo nec poſſet auferre exceptionem quæſitam alicui de rigore iuris: & hoc licet ipſe non alleget, voluit glo. in l. penul. de arbi. Cy. & Bald. in d. l. ſi cum ea. C. de dotis promiſ. & Bald. in l. & ſi poſt tres. ff. ſi quis cau. & latè do. Anto. in c. 1. de conſti. Aret. in c. ſignificauerunt. de teſt. col. 11. dicens iſtam eſſe communẽ opi. Sed Bar. in d. l. filiusfam. ff. de dona. ſenſit contratiũ, dicens, ꝙ per dicta verba iudex poteſt procedere, prout vult, dummodo abſit dolus, per d. l. filiusfami. iuncta l. 1. ff. de teſtamen. mili. quia in quacunq; diſpoſitione ſemper excluditur dolus, d. l. creditor. § Lucius. l. ſi ſeruus vetitus. ff. de leg. 1. facit quod no. Ang. in d. l. in venditione. §. 1. & per Doc. in l. ſi pater. ff. de priuile. credi. vbi volunt, quòd per latiſsimam poteſtatem datam non intelligitur remiſſus dolus, vel culpa lata. Sed in hoc, quod dicunt de lata culpa, an bene loquantur, patet ex dictis ſupra. Et ad propoſitum facit quod dicit Bald. in rub. C. de pœna iudicis, qui malè iudica. vbi inquit, ꝙ habens arbitrium punitur, ſi enormiter lædit, quia ratio enormitatis præſumitur dolus, ſecus ſi modicè. l. ſi de meis. §. recepiſſe. ff. de arbi. & in l. ſed ſi in ſeruũ

13 §. ſi quis iudex. co. tit. ¶ Et hoc procedit et ſi ſtatutum † dicat, ꝙ ſte-

tur iudicis arbitrio, & voluntati; quia debet intelligi ſanæ voluntati, argum.l.penul.ff.de arbi.no. Cy.in d.l.ſi cum ea.Facit, quia (vt inquit Philoſophus tertio de anima.) in ratione ineſt voluntas; & ideò voluntas debet eſſe bona, & non mala, vbi agitur de præiudicio alterius. Ad quod accedat quod not.Bal.in d.l.& ſi poſt tres.in illo articulo. ſi ſtatutum det arbitrium Poteſtati in pœnis imponendis, quam pœnã poſſet imponere. & quod no. Roman. in conſi. 51. Et pulchrè Bald.
14 in d.c.Quintauallis.dicit, ꝙ licèt voluntas † libera nullis finibus clauditur: tamen in cõpromiſsis voluntas pro diſcretione, & arbitrio ponitur. l.penul.C.de arbi.no.Cy.in d.l.ſi cum ea.& facit.d.c.Quintauallis. & ſupra dixi in hoc.§. ver. Verbum volo.& etiam ſupra in principio huius Clemen.in quarto artic.principali.in q.4.circa fin. Et ex ſũ praſcriptis apparet non bene locutum dom. Pet. de Peruſio in quodã eius conſilio compoſito in cauſa differentiæ ſuper ciuitate Montis regalis pro Illuſtriſsimo dño meo Marchione Montisferrati, dum concludit: ꝙ ſi ſit data poteſtas, ꝙ poſsit liberè procedere, & ſecundùm eius liberam voluntatem: ꝙ valebit proceſſus, parte non citata.alleg. caſum in c.licèt epiſcopus.de præben.lib.6.nam certè videtur non bene loqui, nec ille tex. c. licèt epiſcopus. hoc probat, ſed potius innuit
15 oppoſitum in d.Auth. ſi dicatur, ꝙ Poteſtas † procedat ſine vlla ſolemnitate. Bart. in d.l.filiusfa.ff.de dona. quem ſequitur Pet. de Anch. in c.fin.de hære.lib.6.dicit, ꝙ tollitur ſolemnitas iuris ciuilis, non autem naturalis, vel gentium. ¶ Ex quo infert, quòd ſufficient duo teſtes (quia in ore duorum vel trium) &c. in omni negocio, de teſtamen.l. ob numerum.ff.eod.tit. Item poterit admittere infames, quia tales repelluntur à iure poſitiuo: non tamen poterit admittere conſpiratores, vel inimicos capitales.cum iſtud ius naturale non admittat. Item
16 poterit procedere die feriato, & recipere † teſtes ſine iuramento. Sed Bald.in l.milites. C.de teſtamen.mili. quò ad hoc vltimum tenet contrarium: quia teſtis non iuratus non dicitur deponere in forma teſtis. hæc ratio non videtur bona; quia procedit, quando procederetur cũ ſolemnitate iuris. ſecus videtur, vbi eſt remota ſolemnitas; cum iuramentum ſit de iure poſitiuo deferendum teſtibus, & tolli poſsit.c.tuis. de teſti. Vide idem Bal.in l.presbyteri. C.de epiſco. & cler.aliam aſſignat rationem, dicens, ꝙ ideò habens procedere ſine ſolemnitate, non poterit recipere teſtes ſine iuramento; quia iuramentum eſt de forma ſubſtantiali. Similiter hæc ratio damnatur; quia ſi eſſet de forma ſubſtantiali, nõ poſſent partes illud remittere: cuius contrariũ di-

ſponitur in d.c.tuis.clarum enim eſt, ꝙ partes non poſſunt diſponere contra ſubſtantiam actus.l.cum precario.ff.de preca.no. in l.in emen tis.C.de contrahen.emp.Et ꝙ iuramentum teſtis non ſit de forma ſub ſtantiali, ſed de ſolemnitate extrinſeca, tenuit Iac.But.in publica diſputatione, & Bar.in l.ſi quis legatum. in fi.ff.de falſis.Io.An.in Mercu.in reg. ſine culpa.lib.6. quare Io. de Imo.in d.l.filiusfam.aſsignat aliam rationem, quia nihil aliud eſt dicere,procedas ſine ſolemnitate, quàm procedas ſine figura iudicij, vt inquit Bart. in d.Extrauag.
17 in verbo,ſine figura,ſed vbi proceditur ſine figura,non remittitur† iu ramentum teſti, ſecundùm Bart.ibi,quia licèt ſit de iure poſitiuo, eſt
18 tamen inuentum in genere de iure diuino, † propter incredulitatem hominum.c.& ſi Chriſtus. de iureiuran.& ne veritas occultetur,prout ſuadet ius naturale. Sed per dicta verba, ſine ſolemnitate,non dicitur remiſſa ſolemnitas iuris diuini, vel naturalis, vt ipſemet Bart.fatetur in d.l.filiusfam.ergo iuramentum teſtis non videtur ſublatum. hæc ra tio licèt colorata, fortè non eſt bene tuta ſecundùm Aret. in c.nuper. in fin.de teſti.quia de iure diuino permiſſum eſt, vt iuretur ad inſtan-
19 tiam exigentis iuramentum:vbi ergo † pars non peteret,teſtis non te neretur iurare , quaſi tunc non ſit inductum de iure diuino. Sed hoc non videtur tutum : quia cum iſtud non iurare daret teſti materiam occultandi veritatē, vt ibi dicit tex.loquens de iuramento calumniæ: ſequitur,ꝙ ēt quando pars non peteret expreſſè, teſtis teneretur iura re,ne detur materia occultandi veritatem, & ſic delinquendi.l.ſi vnus §. illud. ff.de pac. c.quemadmodum. de iureiuran. Præterea ex quò pars non remittit, ſatis videtur petere,ꝙ teſtis iuret:quia cum iſtud ta citè inſit,tacitè inter partes videtur agi. l. cum quid. ff.ſi cer. petatur. Cogita,& adde quæ dicam infra in q. quid ſi dicatur,procedas de facto. ¶ Et ad tradita per Barto. in d.l.filiusfam. adde Barto.in l.1.ff. de teſta.mili. Ang.in l.milites.C.eod.tit.Abb.in c.dilecti.de iudi.Bal. in l.ſolam.C.de teſti.vbi ponit,an habens liberum arbitrium poſsit iu dicare per teſtes,non reddentes bonam rõnem.Io.de Imo.in c.1.circa fin. de conſti. Roma.in rubr. de arbi. col.7.& ſeq.qui ad prædicta allegat Bald.in l.eos.§.Apoſtolos.C.de appel.dum ibi vult,ꝙ licèt ar biter ex compromiſſo poſsit prorogare,etiam abſentibus partibus:re quiritur tamen intimatio, per glo.Pet.in Clemen.1.de appel.facit l.1. C.de decurio.lib.10.quod ēt tenet Bal.in l.1.C.de ſen.ex pericu.reci. & dixi latè ſupra in princ.huius Cle.in 4.arti.principali.q.4.quod eſt
20 notandum. ¶ Quid ſi dicatur † iudicet, vt voluerit, quæ tunc debeāt

eſſe partes iudicis. Satis patet ex dictis ſupra in q. ſi dicatur, quod poſsit facere ad ſui voluntatem, & ex notatis per Bart. in d. Extrauagan. in verbo, videbitur. & vide Abb. in c. dilecti. de iudi. ¶ Quid ſi dicatur,
21 quod † poſsit procedere de bono & æquo? dic, & concludo, quod per dicta verba non debet haberi reſpectus ad apices iuris ciuilis, qui veritatem negocij non tangunt, puta ſi intentata directa, & non competat, niſi vtilis: vel ſi eſſet agitatum iudicium ſine litis conteſta. tex. eſt, & ibi Barto. in l. ſi fideiuſſor. §. quædam. ff. mandati. nec iſto caſu poterit opponi exceptio, quod nō interuenerit ſtipulatio, ſed fuerit pactum nudum. tex. eſt, & ibi Bar. in l. Quintus. ff. mādati. non tamen intelligas, quod ipſa verba ſolemnitates oēs ciuilis iuris fore remiſſas; quia immo illæ inducta à iure ciuili, quæ veritatem tangunt, & defenſionem partium, ſunt obſeruandæ. ratio quia etiam ius ciuile eſt bonum, & æquum. d. l. 1. in prin. ff. de iuſti. & iure. & bonum & æquum obſeruat. l. 1. C. de legi. l. ſi ſeruū. §. ſequitur. ff. de verbo. obliga. & declarat Angel. eleganter in repetitione, l. filio pater. ff. de iniuſto rupto. ſequitur Aretin. Inſti. de actio. §. in bonæ fidei contum. 14. & ſequen. quod eſt perpetuò notandum.
22 ¶ Quid ſi dicatur, procedas † de facto? Bar. in Extrauagan. in verbo, videbitur. dicit, quod intelligitur manu regia. ſ. ſublata ſolemnitate ciuili, l. 2. in prin. ff. de origine iuris. & ideò non poteſt lædere iura alterius. & Bar. ſequitur Cardin. hic. col. 6. & Io. de Imo. col. pen. Aretin. in d. §. in bonæ fidei. Inſti. de actio. col. 16. Plus dicit ibi Bart. idē eſſe, per quæcunque verba concedatur poteſtas: non enim maior poteſtas huic dicitur conceſſa, quàm habeat ipſe concedens. c. Dalbertum. 7. q. 1. l. traditio. ff. de acquiren. rerum domi. Sed Princeps concedens, etiam Imperator, licèt ſit ſolutus legibus. l. digna vox. C. de legib. nō poteſt ſuam poteſtatem ad hoc extendere, igitur &c. Ipſe tamen Barto. in ſuo conſi. 82. incipien: Punctus quæſtionis vertentis inter Albertum, &c. Dicit, quod commiſsio facta, ita procedas de facto, importat, quod poſsit procedere ſine cauſæ cognitione, & ſine probatione, per id, quod habetur in tex. & glo. magna in princip. in l. ictus fuſtium. ff. de his, qui not. infam. Item, quod poſsit procedere, etiam ſi iuris rigor repugnet, per textum, & gloſam in verbo, reducere, in l. vetum. §. ex facto. ff. de mino. Ex quo concludit, quod valet ſententia, & ſi ordo iuris ſeruatus non fuerit. Et ſecundùm Bal. in c. conſanguinei. de re iudica. poterit credere teſtibus non iuratis, & illos ſine iuramento recipere.

¶ Tu adde primò, quod dicta Bar. in d. ſuo conſil. ſequitur Io. de Ana. in c. pen. de accuſatio. Item adde quod ſupra dixit Bald. in d. c. conſanguinei,

guinei. pendere ex his, quæ dicta ſupra ſunt in q. quid ſi dicatur, vt procedat ſine vlla ſolemnitate. Conſiderabam ſecundò in hac q. poſſe diſtingui inter ſolemnitates, ſeu ſolennia iudicij, & ſubſtantialia, vt prima per hæc verba † de facto, dicantur remiſſa. Secunda verò non:
23 moueor ex doctrina, & theorica Bal. in l. nec quicquam. §. de plano. in fi. de offic. proconſul. dicentis, per dicta verba, de facto, videri remiſſa ſolemnia iudicij: non autem ſubſtantialia. ex quo infert, quòd quia conſenſus patris in iudicio filij magis eſt de ſubſtantialitate, quàm de ſolemnitate, talis conſenſus requiritur, etiam vbi de facto proceditur ſecundùm ipſum, concludentem, quòd vbi permittitur de facto procedi, talis permiſsio debet interpretari ſ. cum legitimis perſonis. l. fi. C. de teſtamen. mili. l. quidam referunt. ff. de iure codicil. l. in vniuerſis. C. qui da. tut. poſs. non enim talis permiſsio ſic abuſiuè debet intelligi, nec permittentis propoſitum fuit tale. Ego in hoc dicto Bald. in d. §. de plano. ſatis dubito, & reperio eundem Bal. in l. 3. §. ſed vtrùm. ff. de mino. volentem, quòd vbi proceditur ſummariè, conſenſus patris non eſt neceſſarius, argumen. no. in l. 1. C. qui admit. quantò ergo minus erit neceſſarium, vbi proceditur de facto? de quo dicam infra in fi. huius Clement. in ver. Circa tertiam quæſtionem principalem. in fi. & in ver. Circa quintam quæſtionem. ver. Secundò quæro. ¶ Et adde, quòd iſte modus loquendi. ſ. procedas de facto, non eſt ita approbatus, ſicut ille, procedas ſummariè, de plano, ſine figura, &c. quia in hoc poteſt admitti probatio non legitima ſecundùm Abb. in c. cum tempore. de arbi. colum. 4. inferentem poſt Lapum in allegatio. quòd prælatus compromittens in cauſa eccleſiæ, non poteſt talem clauſulam apponere, vt ibi per eum. ¶ Quid ſi dicatur † procedas de iure,
24 & de facto? Ioan. de Imola in c. Quintaualle. in 4. differentia. de iureiuran. & Bal. in l. ſolam. in fi. C. de teſtibus, poſt Innocen. concludit, quòd illa verba important, vt poſsit procedere ad inſtar arbitratoris à lege deputati. alleg. no. in Clementi. 1. de officio delega. & ideò non poterit credere teſti non reddenti bonam rationem dicti, vel malam reddenti: licet poſsit teſtes recipere die feriato, & omiſſo ordine iuris quod etiam ſequitur Ioan. de Ana. in c. pen. de accuſatio. col. penult. & Aretin. Inſti. de actio. §. in bonæ fidei. col. 15. ¶ Tu clarius dicas, quòd quandoque iſta verba, de iure, & de facto, referuntur ad qualitatem promiſsionis, vt in promittente defendere de iure, & de facto: & de hoc per Cyn. in l. fi. C. de actio. empt. quandoq; ad qualitatem euictionis; & quia iſta non conueniunt propoſito, remitto me ad tractatus

per

per Ange.in ſuo conſi.171.incipiente. Permittendum eſt. quandoq;
25 referuntur ad facultatem iudicandi:& tunc dicas, ꝙ illud † verbum,
de facto, attento verbo, de iure, præcedenti, notat factum merum,
abſtractum ab omni mixtura iur.aliàs nõ eſſet de facto, immo de iu
re ſecundùm conſiderationem facti.l.ſi ſeruus.§.in cliuo.ff.ad legem
Aquil.& tantum importat hoc verbum,de facto,quantum ſi daretur
poteſtas agendi manu regia.l.2.in princi.ff.de origine iuris.quæ ma-
nus regia ſine ordine iuris omnia gubernabat: in fin. autem nihil ini-
quum ſtatuebat.& hac poteſtate vtebatur pater in filium,l.ſerui & fi-
lij.ff.de fur.iuncta l.1.C.de emenda.propin. & ff.de his, qui ſunt ſui,
vel alie.iur.l.1.ff.de vſufruct.l.locum.§.proprietarius. C.de emenda.
ſeruo.l.1.C.de patria poteſta.l.congruentius. Et ꝙ hoc verbum,de
facto,intelligatur abſtractum ab omni mixtura iuris,dummodo do-
lus abſit,& omnis iniquitas patens.probat tex.rectè intuenti in c.bo
næ ſi.1.de poſtula.prælato.facit quod no.Barto.in Extrauagan. ad re
primen.in ver. videbitur.in q.Quid ſi dicatur in ſtatuto, ꝙ in tali ne-
gocio procedatur de facto.licèt illum tex. non alleget. Et ita reperio
conſulendo tenuiſſe do.Pet. & Ang.de Peruſio fratres de Vbaldis in
q.Illuſtriſsimi domini Marchionis Montisferrati contra Principem
Achaiæ, pro differentia inter eos vertente de ciuitate Montis Rega
lis, & eſt conſilium Ange. numero 317. quod incipit, In q.vertente.
col.6.bene facit,quod no.Ioan. de Imo.in c.Quintauallis. col.14. &
dicit Bal.in d.l.ſolam.volens per dicta verba non intelligi datam po
26 teſtatẽ, ꝙ poſſet aliquid agere temerariè.quæ omnia bene notabis,
27 quia conferunt ad multa. ¶ Quid ſi dicatur, procedas † ſola facti ve
ritate inſpecta? Præmitto, ꝙ triplex † eſt veritas.ſ.bonæ vitæ,iuſti-
tiæ,& diſciplinæ.Primæ duæ nunquam ſunt deſerendæ,etiam ſi timor
eſſet ſcandali.c.qui ſcandalizauerit. de reg.iur. Tertia.ſ.diſciplinæ,i.
pœnæ,bene poteſt deſeri propter multitudinẽ peccantium.c. vt con-
ſtitueretur.50.diſtinctio,niſi eſſet defenſiua, vel excuſatiua erroris.c.
commeſſationes.44.diſtinct.c.1.de pœni.diſtinct.6.82.diſtin. c.plu-
rimos.Et ita pulchrè hanc tripartitam diſtinctionem veritatis tradi-
dit Inno.in c.niſi cum pridem. de renun.col.fi. & glo.notanda in d.c.
qui ſcandalizauerit. ſequitur Ange.in conſi.342.incipiente. Sub alijs
quidem terminis.colum.2.clarius hoc ſcribitur ſuper Pſalmo 12.Sal
uum me fac.ſuper illis verbis, Diminutæ ſunt veritates à filijs homi-
num.nam ideò ibi ſcribitur in plurali; quia triplex eſt veritas.ſ.vitæ,
de qua Tobiæ.6. Viam veritatis non deſeruit.Item veritas doctrinæ,

de qua Exodi 26. Pones in rationali doctrina, & veritate. Item veritas iuſtitiæ, eodem lib. c. 18. Elige ex omni plebe viros potentes, & timentes Deum, in quibus ſit veritas, & qui oderint auaritiam, & conſtitue ex eis tribunos, centuriones quinquagenarios, & decanos, qui iudicent populum. Prima veritas. ſ. vitæ iam videtur diminuta in omnibus, Iſaiæ 59. Facta eſt veritas in obliuione. Secunda veritas. ſ. doctrinæ diminuta eſt in magiſtris, & doctoribus: verificari enim nũc videtur, quod iamdudum dicit Apoſtolus ſecunda ad Timotheũ 4. c. Erit enim tempus, cum ſanam doctrinam non ſuſtinebunt, ſed ad ſua deſideria coaceruabunt ſibi magiſtros prurientes auribus, & à veritate quidem auertent, ad fabulas autem conuertentur. Alio etiam modo eſt in eis hæc veritas diminuta; quia licèt multa ſciant, pauca tamen faciunt: & ſic non eſt magna adæquatio rei ad intellectũ, quæ veritas dicitur: vnde Gregorius ſuper Ezechielem, Homil. 10. primæ partis dicit de talibus, ꝙ intellectus eorum in ſpiritualibus erat, & tamen vita in factis carnalibus remanens intellectum non concordat. & in Homil. 11. dicit, vt ſeruetur veritas prædicandi, neceſſe eſt, vt teneatur altitudo viuẽdi. ¶ Tertia veritas. ſ. iuſtitiæ diminuta eſt in iudicibus, & rectoribus, Matthæi 7. Non eſt in eis veritas, neque iudicium, tranſgreſsi enim ſunt conſtitutum, & iuſiurandum, quod iurauerunt. Et Iſaiæ 59. Conuerſum eſt retrorſum iudicium, & iuſtitia longè ſtetit; quia corruit in platea veritas, & æquitas non potuit ingredi. & ſic patet, ꝙ oẽs veritates diminutæ ſunt: vñ Oſeæ 4. dicitur. Non eſt veritas, & non eſt miſericordia, & non eſt ſcientia Dei in terra, maledictum, & mendacium inundauerunt; propterea lugebit terra, & infirmabitur omnis, qui habitat in ea. De hac etiam triplici veritate tangitur in legendis Sanctorum, in feſto S. Lucæ Euangeliſtæ. & ponit Alberi. in ſuo repertorio in verbo, veritas. ¶ Hoc præmiſſo, vt ſcias, de qua veritate procedat quæſtio, quando in com-
28 miſſione dicitur, procedas † ſola facti veritate inſpecta: quæ clauſula fortaſsis ſumpta fuit ex verbis tex. in c. dilecti. de iudi. ibi [purè, & ſimpliciter factum ipſum; & rei veritatem ſecundùm formam Canonum inquiras.] Doct. vario modo ſunt locuti. Nam primo loco Io. de Imo. hic, col. fi. ſe remittit ad deciſio. Rotæ 31. debuit allegare. 33. quæ incipit. Item quando committitur cauſa. vbi ponitur, quid iuris, quando ſimpliciter dicitur. ſola facti inſpecta veritate. Item quando dicitur, terminis non ſeruatis. Item quando vtrunque ponitur. ſ. ſola facti veritate inſpecta, & terminis nòn ſeruatis. de quibus ibi, & etiã

in deciſio. 96. vbi Rota concludit, ꝙ per clauſulam, ſola facti verita-
te inſpecta, non poſſint abbreuiari termini introducti de ſtilo pala-
tij. ¶ Secundò Bal. in l. fi. in prin. col. 3. C. de iure delibe. dicit, ꝙ talis,
cui ſic cõmittitur, ſola facti, &c. tenetur iudicare, vt Deus ipſe. ¶ Ter
tiò Bal. in l. nemo. in fin. C. de ſent. per illum tex. dicit notanter, ꝙ vbi
29 cauſa committitur † de veritate, & iuſtitia, intelligitur de veritate, cui
ius patrocinatur, non autem, quæ ex nudo pacto, cui ius ciuile nõ pa
trocinatur: nam ſententia debet habere fomentum veritatis, & iuſti-
tiæ legibus approbatæ: d. l. nemo. Ex quo infero, clauſulam, procedas
ſecundùm æquitatem, de qua infra, ſecundum quam poteſt reiecta,
& omiſſa ſtipulatione, iudicari ſuper pacto nudo, de quo infra latè,
maioris eſſe virtutis, & efficaciæ, quàm ſit clauſula, ſola facti verita-
te inſpecta. ¶ Quartò Bal. in c. 1. inueſtitura. Sola facti veritate. de no-
ua for. fidelita. notanter inquit, ꝙ princeps debet ſe præbere facilem,
nec id, quod eſt facile, debet facere difficile: & ideò benè facere, com
mittere cãm ſimpliciter, & de plano, ſola facti veritate inſpecta. arg.
l. ſi fideiuſſor. §. quædam. ff. manda. ff. de nego. geſt. l. atquin natura. §.
cum me abſente. & ſi princeps ſcit veritatem, non debet ire per amba
ges. c. 1. in fin. de no. for. fidel. nam quicquid princeps facit, facit vt
Deus, in Auth. de hære. & fal. in prin. Deus n. eſt ipſa veritas, vt no. in
c. cum eſſes. de teſtam. & ideò nec fallit, nec fallitur. l. fi. C. de ponde-
31 rato. auri. Et ꝙ princeps ſola † facti veritate inſpecta cauſam decide
re debeat, et ſi iudiciarius ordo ſit omiſſus, tex. eſt nota. in c. ad peti-
tionem. de accuſa. ¶ Quintò Roma. in conſ. 519. in fin. incipiente. In
32 caſu propoſitæ conſultationis. dicit, ꝙ virtute dictorum † verborum,
ſola facti veritate inſpecta, dilatio legalis põt minui: ſed non omitti in
totum. ¶ Item poterit † omitti ſolemnitas libelli, & litis conteſta.
alle. Rotam deciſ. 42. 35. 490. allegantem dictum Io. Mona. in c. fi. de
hære. lib. 6. nam ſi virtute verborum, ſine figura iudicij, poteſt iudex
incipere ab articulis, & ferre ſententiam, illis probatis; fortius hoc po
terit virtute verborum, ſola facti veritate inſpecta. ¶ Ex quibus cõ-
cludit ibi Roma. ꝙ vbi coram tali inſtrumenta ſunt producta, certè
niſi ſit data copia parti, & data dilatio ad contradicendum, non pro-
bant, vt ibi per eum. quod eſt bene notandum. ¶ Sextò do. Anto. in
conſilio quod incipit Viſo puncto. conſuluit, ꝙ vbi † cauſa cõmitti-
34 tur ſecundùm æquitatem, vel ſola facti veritate inſpecta, poteſt proce
di ad condemnationẽ, quamuis in petitione fuerit producta vna cau-
ſa, & illa non fuerit probata, ſed alia in ſe legitima, per nota. per Io.

An.tit.de actio.& peti.§.ſequitur.ſuper ver.Hoc quoq; . & facit quod no. Bar.in Extrauag ad repri.in verbo,ſine figura.col.2.dū ponit,q̄ li cèt libellus ſit minus legaliter factus in omnibus requiſitis,poteſt tñ pro cedi ad condemnationē, quando cauſa erat cognoſcenda ſine figurā iudicij.facit etiam quod tradit do.Anto.in c.2.de iura.calum.in nota- 37
35 bilibus.vbi probat per tex.ibi,q̄ clauſula † ſola facti veritate inſpe- cta,plus operatur, quàm clauſula,ſine figura iudicij; quia in iſta non remittitur iuramentum calumniæ, vt eſt tex.in hac Clem.ſecus vbi fa cti veritate inſpecta, procedit,d.c.2.de quo per Rotam in d.deciſ.33. qđ ét tenet Roma.in conſ.20.incipien. Viſo puncto,& ſtatuti copia; & ita do.Alex.in l.ſi ita ſtipulatus.§.Griſogonus.col.10.ff.de verbo- rum obli. ¶Septimò do.Anto. in d.c.dilecti.in notab.dicit,q̄ virtute
36 dictæ clauſulæ † poterit procedi,nulla ſolemnitate obſeruata iuris po ſitiui,ſicut quando committitur ſine figurā iudicij. alleg. hanc Clem. & tex. in Clē. diſpendioſam. de iudi. Contrarium tenuit ibi Abb. di- cens,q̄ per clauſulam,de qua ibi, nulla videtur remota ſolemnitas iu ris ciuilis,ſed ſolùm garrulatio , & ſubtilitas ſuperflua ; quod primò probat per text.ibi,iuncto.tit.de litis conteſta.& de libelli obla. & ſe- quentibus titulis. Ex quibus patet, q̄ per verba poſita in d. c.dilecti. 38 non eſt remota ſolemnitas iuris poſitiui . ¶ Secundò probat per d. Clemen.diſpendio.vbi ſpecialiter diſponitur,q̄ in ſpiritualibus nō eſt ſeruanda ſolemnitas poſitiua,ergo ſecus eſt generaliter in alijs.¶ Ter tiò adducit rationem,quia verba,purè & ſimpliciter,idem ſignificāt, quod ſine malitia,& ſine plica, vt dixi ſupra, apoſtullando tex.in prin cipio huius Clem. in verbo,ſimpliciter. notant Docto.in l.1.§.ſi quis ſimpliciter.ff.de verborum obligatio. Sed ordo iudicialis non tendit 39 ad duplicitatem,& malitiam,immo tendit ad illam tollendam. l. 2.§. ſed quia veremur. C.de iuramen.calum.ergo per dicta verba non vi- detur ſublata ſolemnitas quod dicit Abbas notandum, qm̄ dicta ver ba ſæpe in commiſsionibus apponuntur . ¶Octauò,clariſsimus dñs Franciſcus de Are.in d.c.dilecti.dicit,q̄ licèt Abbas bene dicat, quan tùm ad intellectum Decr.illius:tamen eius illatio non bene probatur ex illo tex.vbi non datur poteſtas libera procedendi purè, & ſimplici ter,inſpecta facti veritate , ſed cum adiecto,ſcilicet. ſecundùm formā canonum.ideò non mirum , ſi ibi ſolemnitas iudicialis non intelligi- tur remiſſa, quia canones contrarium diſponunt. Confirmatur hoc , quia licèt leges diſponant iudicē debere habere æquitatem ante ocu- los.l.q̄ ſi Epheſi.ff.de eo,quod certo loco.tamen non poteſt recedere

à iure ſcripto; quia, vt dicit notanter Bal. in c. 1. col. 7. de mili. vaſall.
37 qui contu. eſt. quando lex † concedit arbitrium rectori, intelligitur ſu per non determinatis. allegat Io. An. in nouella in c. cum inter vniuerſas. de elec. & tex. in l. 1. §. calumniatoribus, ff. ad Turpil. Ipſe tamen do. Franciſ. in hoc paſſu concludit, q per dicta verba nulla ſit remota ſolemnitas ſubſtantialis, ſed illa omiſſa, proceſſus ſit nullus: ſed ſolũ ſit remiſſa ſolemnitas, ideſt ordo iuſtitiæ, reſpiciens proceſſum. quod probat triplici ratione. Primò, quia verba reſcripti reſtringuntur, vt minus lædant ius commune. c. cum dilectus. de conſue. c. 1. vbi no. de reſcriptis. vnde ſatis erit, dicta verba operari remiſſionem ordinis nõ ſubſtantialis. ¶ Secundò, clauſula, ſola facti &c. idem operatur, quod clauſula, reiectis iuris ſubtilitatibus, & apicibus. Sed per verba, reiectis iuris ſubtilitatibus, & apicibus, non remittitur ſolemnitas ſubſtantialis, vt infra dicam in q. Quod ſi dicatur, procedas ſine iuris ſubtilitate. ergo nec per iſta verba, ſola facti veritate inſpecta. ¶ Tertiò hoc probatur in d. c. 2. de iura. calum. vbi in cauſis ſpiritualibus, in quibus proceditur ſecundùm æquitatem, & veritatem, iuramentũ calumniæ remittitur, quod non eſt de iure ſubſtantiali, ſecundùm cõem opin.
38 ¶ Hæc tanti viri, quo noſtra † ætate nemo maior, nec excellentior, diſtinctio mihi ex toto non ſatisfacit: qm̃ multa ſunt et̃ de ordine ſubſtantiali, de quibus per glo. & Doc. in l. prolatam. C. de ſenten. & interlocu. omnium iudicum. quæ iudex, cui committitur cauſa ſine figura iudicij, non tenetur obſeruare, vt habetur in hac Clemen. ergo multò minus ad hoc tenetur is, cui committitur ſola facti &c. cũ iſta clauſula debeat plus operari, quàm clauſula, ſine figura iudicij, vt ſupra dixi. Cogita. ¶ Et de duplici ordine † iudicij, quorum vnus dicitur eſſe
39 neceſſitatis, ſiue de ſubſtantia; alius de congruitate, cuius omiſſio non viciat, niſi parte reſiſtente, vide glo. notandam 2. q. 1. in ſumma. & gl. 3. in c. penul. de purga. cano. pulchrè per Io. An. in nouella poſt Io. Mona. & Archi. in c. 1. de accu. lib. 6. Eſt etiam aduertendũ, an dicta clauſula, ſola facti veritate inſpecta, apponatur cognitioni, an verò diffinitioni. nam primo caſu (puta, ſi dicatur, procedas ſola facti) &c. procedere poſſunt prædicta. Secundo caſu, puta ſi dicatur, diffinias ſola facti &c. tunc ſuper modo procedendi nullum videtur habere arbitrium: niſi fortè proceſſus reſpiceret probationẽ facti principalis, quod eſt decidendum. Primum probatur in l. ſed ſi lege. §. 1. ff. loca. vbi dicit Bart. q Poteſtas habens arbitrium in diffiniendo, non poteſt prorogare terminum, quia talis prorogatio eſt de proceſſu. Secundũ

probat

probatur ex no.per Ioan.Cal.in q.diſputata,quæ incipit.Clericus cõ-
uentus.& refert. Bal.in l.2. C. quæ ſit longa conſuetudo. vbi dicit, ꝙ
modus,& qualitas probandi non reſpicit ordinatiua iudicij,ſed meri
ta cauſæ deciſoria.quod ẽt dixit Bart.in l.ictus fuſtium.in vlti. q.ff.de
his,qui no.infa. & reſidet Are.in d.c. dilecti. Et prædicta omnia tene
menti,quia frequenter poſſunt occurrere. ¶ Et adde prædictis,quòd
40 habens † poteſtatem procedendi de iure, & de facto,non intelligitur
habere eandem poteſtatem in decidendo:ſed debet decidere de iure,
ſecundùm Bal.in l.qui procuratorem.ff.de procu.Ego de hoc ſatis du
bito.moueor,quia continentia cauſæ diuiditur,contra l.nulla.C.de iu-
di.Item de re ipſa vt cognouit,debet pronunciare, l. de qua re. ff. de
iudi.c.cum ſuper.de cauſa poſſeſ. & proprie. Præterea ſequeretur,ꝙ
ſententia iudicialis ferretur ſuper proceſſu extraiudicialiter habito:
quod videtur incõueniens,& iſta ar.ſumpſi ex his,quæ no.Io.de Imo.
poſt do.Anto.in d.c.Quintauallis.de iureiuran. colu. 11. Cogita,quia
puto poſſe tolli omnia iſta argumenta;quia ſententia de perſe dicitur
actus perfectus:nec inconuenit, ꝙ in ipſa ferenda ſeruetur forma iu-
ris,licèt in proceſſu nõ fuerit ſeruata,vt eſt glo.notanda infra ea.Cle.
§.fin.in verbo, partibus. & ibi dicam. ¶ Quid ſi dicatur, procedas
41 † altè,& baſſè.quæ forma ſolet in compromiſsis apponi.dic,ꝙ virtus
horum verborum ẽ,ꝙ poſsit enormiter lædere partes re ipſa, ſed non
ex animo, & doloſè,ſecundùm Ioa.An.in c.humilis.de maio.& obe.re
fert Bal.in l.& in maioribus.C.de appel.& in c.1.§. inter partes.de le
ge Corra.Idem tenet Rom.in rub.ff.de arbi.col.5.& in conſ.68.Paul.
de Caſt.in conſ.72.col.1.vbi plenè ponit,an per dicta verba induca-
tur renunciatio reditus ad arbitrium boni viri, de quo ẽt per eum in
42 conſ.70.in fin. ¶ Quid ſi dicatur,† procedas manu regia? Vide quæ
ſupra dixi in q.quid ſi dicatur, procedas de iure, & de facto. & vide
tex.in l.2.in prin.de origine iuris. ¶ Et ſi per ſtatutum,vel reſcriptum
43 concedatur alicui poteſtas † porrigendi manum contra aliquem, in-
telligitur de manu à iudice in exequẽdo. & etiam de manu à iudice in
condemnando,ſecundùm Ange. per tex.cum glo.dicentem ibi aper-
tius hoc probari, quàm alibi, in l. à diuo Pio. §.ſed ſi emptor.ff.de re
iudica.quod eſt notandum. Multis autem modis exponitur, & capi
44 tur verbum† manus, quandoq; pro arbitrio:quandoq; pro dominio:
quandoq; pro poſſe: quandoq; pro ſuſtentatione : quandoq; pro ca-
ptura ſecundùm Bal.qui ſingula prædicta probat in d. l.2.§. 1. ff. de
origi.iur,& ſubdit, ꝙ manus debet eſſe pia: quia impia manus eſt re-

probata.c.fin.de donatio. & manus impoſitio multiplex eſt, de conſecra.diſt.5.c.manus. ¶ Et adde quæſtionem, quam ponit Bar. poſt Guil. in l. manumiſsiones. in fin.ff.de iuſti. & iure.de pacto, quòd res non exeat manus alicuius. de quo etiam per Bald.in l.fin.C.de rebus alien.non alien.& in l.2. C.de fideicommiſs.bo.tex.quem ibi ponderat Bald.in c.cum acceſsiſſent.de conſti. vbi latè per modernum Siculum, & per eundem in c. quod tranſlationi. de officio lega. colum.3. ¶ Adde etiam Ange.in l.fi.C.de acquir.poſſeſs. qui per illum tex. dicit probari, ꝙ illa res † dicitur eſſe in manibus alicuius, quando eſt
45
46 ſub illius poteſtate, gubernatione, & protectione: vnde ſi Papa † concedat rem, quam habet in manibus Eccleſiæ, intelligitur de re incorporata Eccleſiæ. & ſic dicit ſe de facto reſpondiſſe ſub clariſsimo domino Gaſpare de Calde. quod eſt notandum. ¶ Quid ſi dicatur, pro-
47 cedas † per ſimplicem querelam? dic, ꝙ poterit procedi abſque libello, & ſufficit qualiſqualis petitio ſecundùm Bal.in l.1.C. vt in poſſeſſio.lega.per no.in l.ſi quis.C.de accuſatio. Sequitur Roma.in rubr.ff. de arbit.col.5.& domi.Lanfran.in repe.c.quoniam contra.in verbo,
48 petitiones.col.7.de proba. ¶ Quid ſi dicatur, procedas † ſecundum rigorem? Ange.in repetitione l.ſi inſulam.ff.de verbo.obliga.tenet, ꝙ non poteſt admitti purgatio moræ per tale iudicium. Ratio, quia purgatio ipſa eſt ſuper æquitate fundata, l.& ſi poſt tres.ff.ſi quis cautio. hinc eſt, ꝙ de iure canonico ſemper eſt locus purgationi, vt inquit Bal.in l.ſi pacto quo pœnam.C.de pact.facit c.potuit. de loca. Et ita Roma.in rub.de arbi.col.2. Sed qđ dixit Bal. de iure canonico poſſe ſemper moram purgari, non credo ſemper verum, per no. per gl. & Doc.in c.licèt canon.de electio.lib.6. quot autem modis ſumatur rigor, vide Abb.in c.in literis.de reſtitutio.ſpoliat. ¶ Quid ſi dicatur,
49 procedas ſecundùm † iuſtitiam? Bal. in l.nemo.C.de ſenten. & interlocu. & in l.iuſtitia.ff.de iuſti. & iur.dicit, ꝙ intelligitur de iuſtitia legibus fundata. nam iuſtitia ex proprij capitis æquitate fundari non debet, ſed ſecundùm legem communem, l.illicitas.§.veritas. de officio præſi.& ita Romà.in d.rubri.col.2. non enim debemus ex ingenio capitis noſtri facere legem, inquit glo. alibi. ¶ Quid ſi dicatur,
50 procedas † ſecundũm æquitatem? præmitto, ꝙ æquitas eſt iuſtitia cũ dulcore miſericordiæ temperata: vel rationabilis modus continens miſericordiam, & rigorem ſecundùm Ioan.An. referentem beatum Cyprianum in c.fi.de tranſactio. hoc præmiſſo in q.dicas, ꝙ Ange.in l.ſequitur.§.ſi viam.ff.de vſur. & in l.1. C.de præſcript.30.annorum.

dicit

dicit, ꝙ poterit iudicare, reiecta qualibet exceptione præſcriptionis; quia præſcriptio ſuper iniquiſsimo iure fundatur, in Auth. vt Eccleſia Romana. in prin. de cuius tex. intellectu vide Ioan. de Imo. in c. fi. de præſcript. col. 14. Sed Barto. in d. Extrauagan. in verbo, videbitur. tenet oppoſitum, dicens, ꝙ ſub quacunque verborum forma concipiatur clauſula, non videtur auferri poſſe ius quæſitum parti, quantumcunque rigoroſum, & de apicibus; quia hoc eſſet contra naturalem æquitatem, ꝙ ius iam alij quæſitum tollatur, l. iuſtitia. & l. iam hoc iure. ff. de iuſti. & iure. & l. nam hoc natura. ff. de cond. indebi. Præ-
51 terea illud † verbum, de æquitate, intelligitur de æquitate, quæ ſit conformis iuri, l. bona fides. ff. depo. quod etiam tenet Bart. in l. ſi fideiuſſor. §. quædam. ff. man. confirmat Bal. in l. 1. in prin. ff. de iuſti. & iure. vbi per illum tex. [ibi boni, & æqui.] dicit cõpromiſſum factum in arbitratorem, qui procedat ſecundùm æquitatem, intellige de æquitate ſcripta, quæ non repugnet iuri. Sicut enim medicus debet me deri ſecundùm canones artis. Ita iudex ſecundùm leges, nec eum excuſat inanis conſcientia; quia iniuriam facit legi, ꝙ melior videri vult, quàm ſit lex, inquit notanter Bal. in l. 2. col. fi. C. de ſenten. ex pericu. reci. referendo Ioan. Monac. ſic dicere, & alleg. tex. in §. epiſcopum. in Auth. de iudicib. ¶ Supraſcripta opin. Barto. confirmari po-
52 teſt ex multis. Primò, † quia talia præſcripta bona fide, poſſunt retineri, ſalua conſcientia ſecundùm Inno. in c. quia plerique. de immuni. eccle. & in c. cura. de iurepatrona. Ioan. An. in reg. poſſeſſor. lib. 6. Bal. in d. Auth. ad hæc. C. de vſu. & in c. ſi quis. per 30. ſi de feudo fue. controuer. inter domin. & agna. dicens, ꝙ præſcribens habet veritatem iuris pro ſe, licèt non habeat primordium veritatis, alleg. glo. in l. 1. in prin. ff. de eden. & ꝙ ſalua conſcientia poſsint retineri præſcripta bona fide, tenet glo. in c. vigilanti. de præſcrip. Sed conſcientia eſt in ipſa æquitate fundata. ergo &c. & de verbo, conſcientia, dixi ſupra latius. Hoc etiam voluit Iaco. Butrig. diſputando, vt refert Bal. in l. cum quis. C. de iur. & fact. igno. dicens, ꝙ ſicut talia præſcripta poſſunt retineri in foro ſeculari, ita etiam in foro poli. Sed forus poli cõ-
53 ſiderat æquitatem; igitur &c. ¶ Secundò facit. Denunciatio † Euangelica non poteſt fieri ei, qui præſcripſit bona fide ſecundùm Bart. in Extrauagan. ad reprimen. in verbo, per denunciationem. & Doct. in c. nouit. de iudi. quoniam effectus tam naturalis, quàm ciuilis obligationis eſt ſublatus curſu temporis, & ſic præſcriptio: licèt ipſa naturalis obligatio non ſit ſublata, vt nota. Barto. in l. fi. ff. rem ratam ha-

be.& in l.obligatio.fere.§.placet.ff.de actio. & obli.latius Abb.in ru bri.de præſcrip.domi.Anto.& Ioan.de Imo.in c.ad aures.vbi bo.tex.
54 eo.tit.ſed denunciatio fundatur de æquitate,igitur. ¶Tertiò † præſcriptioni in odium negligentis inductæ renunciari non poteſt, ſecundùm Barto.in l. 1.ff.de vſucapion.& in l.nemo poteſt.ff.de lega. 1. & alibi ſæpe per Docto. ſi ergo expreſſè renunciari non poteſt, minus hoc poterit tacitè, apponendo illud verbum, ſecundùm æquitatem, l.cum quid.ff.ſi certum peta. l.qui ad certum.ff.loca. Roman. in rubri.ff.de arbi.colum. 1.concordat,ꝙ in præſcrip. cum mala fide procedat opinio Ange.In præſcriptione verò bonæfid. procedat opinio Barto.mouetur ex no.per Bal.in d.l.id,quod pauperibus.C.de epiſc. & cler.& in l.quibus diebus.§.dominus.ff.de cond. indebi. per Bart. in l.legaui.ff.de libe. lega.& in l.ſi is cui.§.Flauius.ff.de ſolu.dum cõcludit,ꝙ teſtatore mandante omnia debita ſolui, comprehendantur debita præſcripta cum mala fide, ſed non cum bona fide præſcripta, nulla alia ratione, niſi ꝙ præſcripta cum bona fide poſſunt ſalua con ſcientia retineri. Vnde ſi iſtud eſt in teſtatore, qui in articulo mortis præſumitur de anima cogitare, l.ſanci.in fi.C.de ſac.ſanct. Eccleſ. & l.ſanci.C.ad l.Iul.repe. fortius hoc dicendum in ſuperiore mandante iudicari ſecundùm æquitatem.Ad hoc bene facit verbum Bal.in l.2. C.de fideicommiſs.dicentis, ꝙ ſi teſtator mandat ſolui aliqua debita,debitum naturale tantùm includitur in vltima voluntate. ſecus in contractibus,allegat d.l. is cui. §. Flauius. ¶ Confirmat hanc concluſionem Roma.in conſi. 199.ratione,quia is, qui procedere habet ſecundùm æquitatem,non poteſt contra caſum legis venire, licèt ille caſus habeat rigorem,alleg.Inno.in c.1.de conſtitutio. Bal.in l.1. C.de legib.& in l.nemo.C.de ſenten.¶Tu adde Bal.notanter loquen
55 tem in l.ſi pro ea.C.mandati.& dicentem,ꝙ habens † procedere ſecundùm æquitatem non poteſt reijcere exceptionẽ, cui ius aſsiſtit.i. quæ competit de iure. ſimiliter non poteſt ſe fundare ſuper obligatione, cui ius reſiſtit, licèt ſit æqua. poterit tamen ſequi æquitatem, cui ius non aſsiſtit; ideò poterit audire partem agentem ſuper nudo
56 pacto,alleg.Bart.in l.Quintus.ff.mandati. ¶Ex † prædictis colligitur primus effectus, quem operantur verba, ſecundùm æquitatem, quantùm ad præſcripta cum mala fide.Secundus etiam effectus reſultat; quia poterit iudicare ſuper pacto nudo, non obſtante exceptione omiſſæ ſtipulationis,ſecundùm Barto.in d.l.Quintus.& Bal.in d.l. ſi pro ea. facit ratio; quia æquum eſt pacta ſeruari, licèt ſtipulatione

non ſint valata.l.1.ff.de conſtitu. pecu. & l.1.ff. de pact. hinc eſt, ꝙ
57 ius † canonicum fundatum ſuper æquitate permittit oriri actionem
ex pacto nudo, ſecundùm communem opinio, de qua in c.1.de pact.
per Bal.in l.petens.C.eod. titu. & ita reſidet Roma.in d.rub.de arbi.
colum.2. Et facit, quod inquit Bal.in l.obſeruare. § proficiſci.verſic.
58 35. quæro.de officio præſi.vbi dicit, quòd vbi † princeps committit
cauſam ſecundùm æquitatem, intelligitur ſummariè. ſequitur Ro-
ma.in rubri.de arbi.colum.4.& Bart. in l. filiusfamil. de dona. dicit,
ꝙ vbi princeps ſcribit de æquitate, ordo iudiciarius videtur remiſ-
ſus.l.Quintus.& ibi Bart.ff.mand. dicta enim verba ſignificant iudi-
cem debere inſpicere factum principale, non autem exceptiones, nõ
reſpicientes factum principale, d.l.ſi fideiuſſ,§.quædam. Et ideò hoc
caſu conuentus non poterit opponere exceptionem ordinis, ſecun-
dùm Bal.in l.ſi manci.§.ſi communi.ff.de euictio.quod ego intelligo
in ordine de cauſa ad cauſam cum eadem perſona. ſecus in ordine
de perſona ad perſonam, vt latè dixi ſupra in prin.hujus Clemen. ſu
per glo.in verbo, dilationes. Ex quibus puto reprehendi debere Ro-
ma.in conſi.426.& in conſi.430.dum ibi concludit, iudicem proce-
dentem ſecundùm æquitatem poſſe reijcere exceptionem diſcuſſio-
nis principalis, oppoſitam à fideiuſſore, vel à tertio poſſeſſore; quia
eſt de apicibus iuris, & fruſtratoria. allegat glo. in d.l.ſi mancipium.
§.1.nam certè malè loquitur; quia talis exceptio diſcuſſionis non eſt
fruſtratoria, vt alias ego in facto conſultus reſpondi,& vide ſuper di-
cta glo.in verbo, dilationes.per me ſcripta. ¶ Quid ſi dicatur, pro-
59 cedas † ſecundùm veritatem, & æquitatem? do.Ant.in c.literas.de iu
ra.calum.per illum tex. voluit, ꝙ intelligantur remiſſæ oẽs ſolemnita
tes rigoroſæ. Sed Ab.ibi tenet contrariũ per eundẽ tex. quia licèt ſm̃
illa iura in cauſis ſpũalibus non iurabatur de calũnia; quia in illis ſm̃
veritatẽ,& æquitatẽ procedebatur: non tñ erant ſm̃ illa iura remiſſæ
aliæ ſolẽnitates; puta litis cont.& ſimiles.patet quia hodie iſta remit
tunt p Cle.diſpẽ.de iudi. & vide Ro.in d.rub.de arbit.col.1.& col.4.
60 ¶ Quid autem ſi dicatur, procedas † ſecundùm iuſtitiam, & æquita-
tem: an poterit fidem dare,& credere ſcripturæ priuatæ? Rom.notan
ter in conſ.205.inci. In puncto propoſito.tenet, ꝙ non, & hoc probat
per bona iura, vt ibi per eum. & facit quod idem no.in d.rub.col.1.&
61 col.4. ¶ Quid † ſi dicat, procedas facta fide? dic, ꝙ poterit procedere
habitis teſtibus,& inſtrumentorum probationibus: non tñ poteſt de-
ferre iuramentum ſuppletiuum probationis ſecundùm Roma.in rub.

de arbi. col. 5. allegantem glo. in c. cupientes. §. quod ſi per 20. in verbo, facta. de elec. lib. 6. quæ non multum facit. io tu dicas meliorem eſſe glo. in verbo, fides. in Cle. conſtitutionem. de elec. approbatã per Do. quæ dicit, ꝙ appellatione fidei nõ venit ſemiplena probatio, quã limitat, & intelligit ibi Pet. de Anch. procedere, vbi agitur de magno præiudicio: ſecus ſi de modico; quia in his, quæ ſunt modici præiudicij, ſufficit ſemiplena probatio. immo quandoq; ſufficit iuramentũ: & ita ſecundùm ipſum debet intelligi c. cum Bertoldus. de re iudi. c. ex litteris. de in inte. reſti. l. theſaurus. ff. ad exhi. & ita reſidet Aretin. in §. ſi quis in fraudem. Inſti. de actio. col. 2. vbi dicit Ange. & Imo. in l. licet Imperator. in fi. allegare prædictas duas glo. ¶ Quid ſi dica-
62 tur, procedas † habitis veris probationibus? dic, ꝙ tunc non poteſt deferri iuramentum ſuppletiuum, vt inquit glo. in l. cum de indebito ff. de proba. ſequitur Roma. in rub. ff. de arbi. col. 5. inferens, ꝙ ſi iudex, vel arbiter ſententiam proferat hoc modo: ſi probaueris talem tibi teneri in 10. ea dari iudico: in hoc caſu non admittitur iuramentum ſuppletiuum probationis, tex. eſt ſingularis cum glo. in l. Lucius. ff. de conditio. & demonſtra. quem ad hoc allegat Bald. in l. hac ſententia. C. de ſent. quæ pro eo, quod intereſt. ¶ Tu adde Bart. in l. ait prætor. §. ſi iudex. ff. de re iudicata. vbi notanter dicit, ꝙ iſta conditio. ſi probaueris, ideò non comprehendit probationẽ iuramenti ſuppletiui; quia intelligitur de legitima probatione, l. hæc conditio. de conditio. & demonſtra. ſed melior eſt tex. in Clemen. conſtitutionem. in fin. de elec. Et facit quia in dubio, appellatione probationis venit plena, & non ſemiplena, ſecundùm Io. An. & Dominicum in c. 1. §. fin. de elec. lib. 6. Bal. in l. peremptorias. circa fin. C. ſen. reſcin. non poſ. & in l. pe. C. de ſenten. quæ ſine certa quãtit. Et hoc, niſi ſubiecta materia aliud ſuadeat, ſecundùm Bal. in d. l. peremptorias. in fin. ¶ Quæ aũt dicatur
63 pleniſſima † probatio, vide glo. & Io. de Imo. in Cle. 1. de probatio. quæ dicit, ꝙ illa dicitur pleniſſima, vel plenaria, quæ non admittit probationem in contrarium. quod no. & ibi vide Io. de Imo. ¶ An aũt
64 probatio † per iuramentum dicatur legitima probatio, glo. in d. l. cũ de indebito, tenet, ꝙ non. Sed tex. in c. 2. de probatio. innuit oppoſitũ. de quo ibi, & per glo. in c. præſentium. de teſti. in c. ſtatutum. §. cũ vero. in verbo, proprium. de reſcrip. lib. 6. Bal. in c. 1. §. ſacramenta. de conſuet. rec. feu. dicit, ꝙ iuramentum propriè non eſt probatio, ſed
65 quaſi. ¶ Quid ſi dicatur, quod † iuſtum eſt decernas, qua clauſula ſæpè vtitur curia Romana. dic, ꝙ reſtringitur ad petita, ſecundùm Bal. in l. fin.

l.fin. in fin. ff. de iuſti. & iure. qui alleg. Compo. in c.ſuper litteris.de
reſcrip.& ſic dicit debere intelligi reſponſa principū, dicentium, fiat
66 ius.quod eſt notandū. ¶ Quid ſi dicatur, pronuncies † de veritate,
iuſtitia, & iure. Bal.in l.iuſtitia. ff.de iuſti. & iure. concludit poſt ali-
qua hinc & inde deducta, ꝙ talia ver.importāt obſeruātiā iuris cōis,
67 & municipalis. ¶ Quid ſi dicatur † videas, ſeu iudica quid iuris. Ang.
& Ioan.de Imo.in l.ſi fundum ſub conditione.§.Stichum.ff. de leg. 1.
dicunt iſtum poſſe decidere omne dubium, quod poteſt ex puncto re
ſultare. Idem dicit Ang. & Imo. in l. cum ſtipulatus ſim mihi à Pro-
culo.§. fin. ff. de verbo.oblig.quinimmo non ſolum ſuper principali,
ſed ſuper acceſſorijs, & appenditijs poterit iudicare ſecundùm Ang.
in l.eius qui in prouincia.ff.ſi cer.peta.alleg.no.in c.3. de conſuetudi.
facit c.tua nos.de ſpon.c.1.de in integrum reſti.c. 1.de officio delega.
hinc notanter dixit Ang.in l.quærebatur. de teſtamen.mili.per illum
tex.ibi,quid iuris. ꝙ poteſt inueſtigare omnia antecedentia, ſequen-
tia,& annexa.pulchrius inquit Ang.in c.1.§.1. de controuer.inueſtit.
68 ꝙ conſultus † per verba, quid iuris, videtur de omnibus dubitationi-
bus conſultus, quæ ex facti narrati propoſitione oriri poſſent: & niſi
omnibus reſpondeatur, non videtur reſpondiſſe.quod eſt bene notan
69 dum. ¶ Quid ſi dicatur, iuſticiam † facias? pulchra eſt quæſtio. & an
te omnia ſcias, ꝙ dicta verba includunt ēt poteſtatem decidendi, vt
colligitur ex tex. in c.quoniam.de immu.eccle.li. 6.ſecundùm Domi-
nicum ibi: quod facit ad no. per Bart. in l.à diuo Pio.in princ. ff. de re
iudica. & per Pet.de Anch. in Clem. auditor. de reſcrip. Item ſecun
dùm Ang.in §.exheredatos.in Auth.de hære.& falci.col.1.importāt,
ꝙ ſeruetur ordo iudiciarius,& pronuncietur de iure, per tex.ibi.& gl.
vbi habetur, ꝙ id dicitur iuſtè fieri, quod fit ſeruato ordine iuris: & ſic
talis debebit ſecundùm tramitem iuris procedere, vt ēt dicit Bal.in c.
cùm veniſſent.de teſti. volens, ꝙ idem ſit dicere, iuſtitiam facias.& di
cere, facias quod iuris eſt: poterit tamen etiam partes inducere ad cō
cordiā. Auth.ſi verò.C.de iudi.c.cauſamq;. de teſti. Ibi [concordia,
vel iuſtitia mediante.] comprobo hanc ſententiam per tex. iuncta
rub.in l.1.ff. de iniuſto rup. vbi iniuſtum dicitur teſtamentum, in quo
iuris ſolemnia deficiunt. Secundò adduco glo. in l.1. ff.de teſtamen,
dum exponit verbum, iuſta, ideſt ſolemnis, per quam dicit ibi Pau.de
Caſt.ꝙ dicens ſententiam iniuſtam obtinet; ſi probet illam nullam;
quia ſententia non ſolemnis dicitur iniuſta. quod eſt notandum: li-
cèt hoc vltimum pro nunc nō bene firmem. ¶ Et faciunt prædicta ad

notabilem quæſt. & quotidianam. Supplicatum eſt principi pro reui-
70 ſione ſententiæ. princeps reſcribit, fiat iuſtitia: an dicta ſententia † poſ
ſit corrigi? videtur ꝙ ſic: quia aliàs datio iudicum nihil operaretur.
¶ Secundò quia ſic dando iudicem, videtur cauſam à ſe abdicare.
¶ Tertiò quia ſicut princeps poterat per ſimplicem querelam proce-
dere: ita poterit iſte iudex, qui vice principis fungitur. Dubium tamē
facit; quia clauſula, ſi iuſtum eſt, appoſita in confirmatione nihil ope
ratur, ſic inquit Inno. in c. ſtuduiſti. de officio lega. Sed ſecūdùm Bal.
ibi Inn. loquitur in confirmationibus, in quibus aliud eſt. ipſe tamen
Bal. ibi quæſtionem non determinat, quia pendebat de facto. Siculus
modernus ibi dicit intrepidè tenendum, talem ſententiam poſſe cor-
rigi, ſi digna eſt correctione. alleg. glo. quam dicit ſtupendam in ver-
bo, iuſta, in d. §. exhæredatos. quæ dicit, ꝙ verbū, iuſta, importat duo,
ſcilicet iuris ordinem, & facti veritatem: vnde princeps mandando,
ꝙ fiat iuſtitia, videtur mandare, ꝙ retractetur, ſiue ſit lata contra iuris
æquitatem, ſiue contra ius litigatoris. ¶ Tu conſidera, ꝙ iſta opin.
tam celebratiſsimi Doct. aut non eſt vera: aut eſt ſine dubio; quia ſi
intelligimus q. & Bal. loqui, quando à ſententia eſt appellatū: cui du-
bium, ꝙ debet poſſe corrigi, ſi eſt corrigenda? cum princeps ſic man
dando, dicatur cōmittere cauſam appellationis: quæ appellatio prin
cipaliter fuit inuenta propter iniquitates iudicum, l. 1. ff. de appel. c.
ſecundò requiris. de ap. Et idem puto, ſi ſupplicatum fuiſſet pendente
tempore dato ad appellandum: quia ſupplicatio ita eſt remedium, ſi-
cut appellatio, quando ſententia non tranſiuit in rem iudicatam. &
hoc eſt, quod fortè ſenſit Bal. dum dicit, ꝙ ſine appellatione princeps
poteſt adiri per viam querelæ. Idem etiam arbitror, ſi ſententia eſſet
talis, à qua non poſſet appellari, ſed ſolum ſupplicari, vt eſt ſententia
præfecti prætorio. l. 1. C. quorum appella. nam ſi ſententia talis non-
dum tranſiuit in rem iudicatam: ſed pendet tempus decem dierū da-
tum ad ſupplicandum, Auth. quæ ſupplicatio. de preci. Impe. offe. ſi
princeps mandat iuſtitiam fieri, ſine dubio poterit corrigi; quia ad
hoc inuenta eſt ſupplicatio. Sed vbi ſententia tranſiuiſſet in rem iu-
dicatam: licèt princeps aditus, vt reuideatur, reſcribat, iuſtitiam fa-
cias: non puto, ꝙ talis ſententia poſsit corrigi. Moueor; quia, vt valeat
reſcriptum, quo mandatur litem ſopitam, vel ſententiam, quæ tranſi-
uit in rem iudicatā, reuideri, oportet, ꝙ princeps dicat. Non obſtan-
te tali ſententia, vt inquit glo. in l. fin. C. ſen. reſcin. non poſſe. Item, ꝙ
dicat. Non obſtante l. cauſas. C. de tranſac. & l. fin. C. ſen. reſcin. ſecun-

dùm glo. in d. l. cauſas. & Saly. ibi, quia illæ. ll. habent clauſulam derogatoriam ad reſcripta contraria. ergo per dicta verba, iuſtitiam facias, ſimpliciter prolata, non poterit corrigi ſententia. Nec ob. glo. in d. §. exhæredatos. quia ſubtiliter conſiderata facit in oppoſitum, cũ dicat verbũ, iuſtè, et includere ordinẽ iuris: ſed ius diſponit, ſententiã, quæ tranſiuit in rẽ iudicatã, haberi pro veritate, l. res iudicata. ff. de re iudi. ergo virtute dictorũ verborum corrigi non põt. Et prædicta tene menti; quia hunc paſſum ita bene diſcuſſum forte alibi non inuenies.

71 ¶ Quid ſi dicatur, procedas † præuia ratione? domi. Anto. & Io. de Imo. in c. ex inſinuatione. de reſcript. tenent, ꝙ ſonat in monitionem, non in conditionem: de qua clauſula vide Domi. in c. fi. de foro competen. lib. 6. & no. in c. exhibita. de iudic. & facit quod no. Innocen. in c. domina. de officio delega. in princi. dicens, ꝙ clauſula, iuſtitiam facias, non ſonat in conditionẽ; & ideo ſi fiat iniuſtitia, non propter hoc proceſſus eſt nullus: & iſta conferunt ad plenius no. in c. fi. de reſcrip.

72 & in Clemen. 1. de officio. delega. ¶ Quid ſi dicatur, procedas † velo leuato? Dic, ꝙ idem importat, quod verbum, ſummatim, ſecundùm Bar. in l. ne quid. in fi. ff. de incen. rui. naufra. & in l. de ſubmerſis. C. de naufragijs. lib. 11. vbi tex. dicit, velo leuato. & glo. exponit. i. velamine leuato. ¶ Quid ſi dicatur, procedas ſummariè, & de plano,

73 & † abſque vlla iuriſdictione inueſtiges? Dic, vt dixi ſupra in principio huius Clemen. ſuper glo. 2. in fi. nam per talia verba ſolùm conceditur facultas ſe inſtruendi, per tex. in c. ſicut olim. de accuſa. vide ibi dicta. ¶ Quid ſi dicatur, procedas ſemiplenè, ſiue ſummariè? vide dicta ſupra in prin. huius Clemen. ſuper glo. in verbo, ſine figura.

74 vbi poſuit varias opin. ¶ Quid ſi dicatur, procedas reiecta † iuris ſubtilitate, vel iuris apicibus? tex. in l. ſi fideiuſſor. §. quædam. ff. mandati. dicit, iudicem hoc caſu debere inſpicere factum principale, & non exceptiones non reſpicientes factum principale. Et ſecundùm Bal. in l. ſi mancipium. §. 1. ff. de euict. conuentus coram tali, non poterit opponere exceptionem ordinis, per glo. ſingularem ibi: quod procedere poſſet, quando eſſet ordo cauſæ ad cauſam in eadem perſona: ſed quando eſſet ordo de perſona ad perſonam, vt in principali, & fideiuſſore: tunc maius eſt dubium; quia priuilegium conceſſum fideiuſſori per Auth. præſente. eſt fundatum ſuper æquitate: vnde non videtur poſſe tolli, vt in ſimili inquit Bal. quando agitur contra tertium poſſeſſorem hypothecaria: ꝙ arbitrator, qui procedit de æquitate, non poſsit reijcere exceptionem diſcuſsionis, in l. fin. §. ſed & ſi

quis

quis.in prin.C.communia.de leg.facit etiam, quod no.Bar.in Extrauagan.ad reprimen.in verbo, videbitur.in fin.dicens, ꝙ per quæcunque verba, & ſub quacunque forma verborum non poteſt tolli exceptio quæſita parti: licèt ſit de iuris rigore inducta. ¶ In contrarium facit, quod no.Bar.in l.1.in fi.col.ff.de condi.indeb. & in l.cum quis. C.de iur.& fact.igno. vbi voluit, ꝙ exceptio duorum reorum, fideiuſſoris, & ſimilis, quæ reſpiciunt modum procedendi, & non ipſam actionem, vel ius partis, dicuntur exceptiones inductæ ad rigorem iuris refrænandum: rigor autem, & ſubtilitas idem ſignificant; ergo videtur, ꝙ tales exceptiones poſsint reijci. Aretin. modernus clariſsimus in c.dilecti.de iudi.licèt non bene ſe firmet, dicit pro concordia diſtingui poſſe, ꝙ aut exceptio reſpiciens ſubtilitatem emergit ad proceſſum, ſicut eſt exceptio excuſsionis principalis, vt per Bart.in l.exceptiones.ff.de exceptio. per Bal. in l.exceptionem.C.de probatio. tunc quia non poteſt opponi poſt litem conteſta. & minus poſt ſentētiam, non debet per talem iudicem poſſe reiici. aliàs ſecus: & de iſtis exceptionibus duorum reorum, & fideiuſſoris quando poſsint opponi, ponit Barto.in l.duobus.§.ſi duo.ff.de duobus reis, & in l.ſi dubitetur.ff.de fideiuſſo. Et hanc diſtinctionem bene conſidera; quia confert ad quæſtionem, quam plenè examinaui ſupra, in principio huius Clemen.circa ſi, ſuper glo. in verbo, dilationes. vbi latè tetigi, quomodo debeat intelligi d.gl. in d.l.ſi mancipium.§.1. ad ibi dicta

75 me remitto. ¶ Quid ſi dicatur, procedas † de iure, & ſecundùm ſtatuta, & iſta inuicem repugnent? dic, ꝙ intelliguntur ſecundum ſtatuta à iure approbata; de quo vide Barto. in l. rerum amotarum.ff.rerum amo.tex. & Doct.in cap.cum veniſſent. de eo qui mit. in poſſeſs. Ioan.de Imo.qui ſequitur Bart.in d.c.Quintauallis.de iureiuran.col. 15.vide Bal.in l.poſſeſs.C.de proba.in c.1.§.iniuria.de pa. iuramen. firman.& in Extrauagan.de pace Conſtan.in ver. ſententiæ.& plenè in l.1.C.de confeſs.Barto.in repe.l.de quibus.ff.de legib.col.6. & ſequen.Bal.in l.obſeruare.§.proficiſci.ff.de offic. procon.in q.32. Alberi.in l.qualem.ff.de arbit. vbi ponit, ſi in compromiſſo dicatur, ꝙ pronunciet ſecundùm leges, vel canones, vel ſtatuta, vel conſuetudines.& allegat Azo.in ſumma.de arbi.§.item.conſtituti. ¶ Quid ſi di-

76 catur, procedas † iudicialiter, & extraiudicialiter? domi.Pet.de Peruſio in quodam ſuo conſilio compoſito in cauſa Illuſtriſsimi domini mei, domini Marchionis Montisferrati, de quo ſupra feci mentionem in q. quid ſi dicatur, procedas de iure & de facto, dicit, ꝙ tunc

non requiritur citatio partis. adducit quod dicitur de executore, qui procedit, vt executor, non vt iudex; cuius prouiſio reputatur actus extraiudicialis, & ſic nulla citatio requiritur. de præſumptio. cap. ſi, & ibi per Innocen. & per glo. in Clemen. 1. de offi. delega. de quo ibi
77 plenius. ¶ Quid ſi dicatur, † procedas iuris ordine ſeruato, & non ſeruato? domi. Petr. in præallega. conſi. de quo in præcedenti q. dicit, ꝙ eſt remiſſus omnis ordo iudicialis, & ſic citatio, & alia, de quibus in l. prolatam. C. de ſent. & interlocu. om. iu. & in c. intra quatuor. de maio. & obe.

S V M M AE.

1 *Habens procedere, vt bonus vir, ita procedere debet, quòd alteri non faciat, quod ſibi nollet fieri.*

2 *Procedendi liberam poteſtatem habens, non poteſt auferre exceptionem parti quæſitam, licèt de rigore iuris inductam.*

3 *Verba liberam voluntatem importantia, nunquam operantur effectum ſuum contra tertium.*

4 *Plenariam poteſtatem habens, adeò ꝙ nullum ordinem ſeruare teneatur; debet tamen geſta partibus intimare.*

5 *Verba ſapientia arbitrium boni viri, & liberam voluntatem, ſi ponantur in commiſſione iudici facta, poterit ille ſequi voluntatem.*

6 *Duo verba cum in aliquo actu iunguntur, quorum quodlibet de per ſe ſignificet actum diuerſæ naturæ, verbum importans actum magis plenum, attrahit ad ſe verbum minoris efficaciæ.*

7 *Quando iunguntur duo verba in aliqua diſpoſitione, quorũ vnum alteri ineſt, reſoluitur in adiectiuum alterius.*

8 *Agens contra Titium pro re depoſita, ille confitetur eam fuiſſe ſibi commodatam, an poterit fieri condemnatio.*

Item ſi agò contra te ex mutuo, & produco teſtes, atteſtantes mutuum, nihil tamen dicentes de numeratione, an poterit fieri condemnatio. ibidem. numero 9.

Semper. In hac materia velim infraſcripta habeas ante ocu-
1 los. ¶ Primũ, ꝙ habens † procedere vt bonus vir, debet ita procedere, ꝙ alteri non faciat quod ſibi nollet fieri, ſecundũ Bald. in l. 1. ff. de ſolu. faciunt, quæ plenè dixi ſupra ſuper hac glo. in ver. Viſis ſupraſcriptis verbis. ¶ Secundum habens notare, ꝙ habẽs
2 poteſtatem † liberam procedendi non poteſt exceptionem acquiſi-

tam

tam parti auferre: licèt ſit de rigore iuris inducta, ſecundùm Bart. in
d. Extrauagan. ad reprimen. in verbo, videbitur. & Roma. in rub. de
arbi. in principio. & in conſ. 149. faciunt quæ dixi latè ſupra in q. quid
ſi dicatur. procedas ſecundùm æquitatem. ¶ Tertium eſt, quod non
3 habes: ꝙ verba † importantia liberam voluntatem nunquàm ope-
rantur effectum ſuum contra tertium, ſecundùm do. Anto. & Ioa. de
Imol. in c. 1. de conſtitu. & Lapum alle. 61. quæ incipit. Viſis litteris,
per c. ſuper eo. de offi. dele. ¶ Quartum eſt notandum, ꝙ habens
4 † plenariam poteſtatem, ita ꝙ nullum ordinem tenetur ſeruare: de-
bet tamen geſta intimare partibus, glo. eſt in l. 2. C. de decurio. li. 10.
Et ideò arbitri, quibus data eſt poteſtas prorogandi compromiſſum,
abſentibus partibus, tenentur illam partibus notificare, nec effectua
liter prius dicitur facta prorogatio, vt dicit Bal. ſe conſuluiſſe in l. eos.
§. apoſtolos. col. 2. C. de appel. & in l. 1. C. de ſen. ex pericu. reci. Rom.
in l. filiusfam. ff. de dona. Specu. de arbi. §. exeipitur. verſ. Sed pone. &
dixi ſupra latius in princ. huius Clem. in quarto articulo principali.
in 3. quæſtione circa fin. ibi vide. ¶ An autem ſicut poteſt appellari
à iudice arbitrante in his, quæ ſuo arbitrio ſunt commiſſa, vt ſupra ſæ-
pè dictum eſt: ita poſsit appellari à iudice, cuius voluntati cauſa eſt
commiſſa: dixi ſupra in princ. Decre. in glo. in verbo, valeat. ibi vide.
5 ¶ Sed quid ſi in commiſsione apponantur ſimul verba ſapientia † ar-
bitrium boni viri, & liberam voluntatem (puta, prout arbitratus fue-
rit, & voluerit:) videtur, ꝙ iſte poſsit ſequi voluntatem. quod probo.
6 Vbi in aliquo actu † iunguntur duo verba: quorum quodlibet de per
ſe ſignificat actum diuerſæ naturæ, verbum importans actum magis
plenum, attrahit ad ſe verbum minoris efficaciæ. l. non ſolùm. §. fin. ff.
de vſucap. vbi ſi quis eandem rem conducat, & proroget. & ſic circa
eandem rem faciat duos contractus repugnantes (quia per precariũ
poſsidet, per locatio. detentat:) quia contractus locationis eſt magis
plenus pp penſionis ſolutionem: & quia non eſt reuocabilis ad nutũ,
ſicut precarium, eneruat virtutem precarij minus potentis: & ita illũ
tex. allegat Bar. in l. ſi quis ante. ff. de acqui. poſs. & Roma. in conſ. 59.
col. 3. incipiente. Circa propoſitum conſultationis. ergo in propoſito,
verba ſapientia liberam voluntatem attrahent ad ſe verba ſapientia
arbitrium. Et hanc partem (licet prædictam rationẽ non alleget) re-
perio tenere dom. Alex. in conſ. 43. col. 12. incipiente. Circa primum.
allegat Bart. ita tenere in l. Imperator. ff. de fideicommiſſa. liber. cre-
do, ꝙ debuerit allegare in l. Lucius. eodem titu. ¶ Et eandem ſenten-

tiam

tiam tenuit idem domi. Alexan.in conſ.67. incipiente. Habita ſuper contentis. colum.6.vbi dicit ita tenere Bal.in l.alio.ff.de alimen.lega. in ver.procedo vlterius,poſi.o, ꝙ Poteſtas.& in l.1.in repeti.C.de ſacroſan.eccle.in 5.quæſtione principali.ver.Circa ipſam diſpoſitioně, vel voluntatem.& in l.ſi ſic.in princ. ff. de lega. 1. ¶ Contrariam tamen ſententiam, licèt prædictam differentem non moueat, ſequitur Bal.in Extrauagan.ad reprimen. in verbo, videbitur. concludens, ꝙ immo talis procedere debebit vt bonus vir.mouetur,quia quãdo duo
7 verba † iunguntur, quorum vnum ineſt alteri, vnum reſoluitur in adie ctiuũ,vt in l.1.ff.de pac.ibi [placitus, & conſenſus] ideſt placitus cõſenſus. Sed in verbis, prout arbitratus fuerit, ineſt voluntas; quia nõ eſt arbitrium ſine voluntate,vt ſupra dixi. ergo verba,prout arbitratus fuerit,& voluerit,exponi debebunt, ideſt volũtariè arbitratus fuerit: & ſic importabunt arbitrium boni viri. facit l. nec adiecit. ff.pro ſocio.quod tamen intelligit ibi Bar.verum,niſi adſit verbum, liberè. Et hanc opi.Bart.ſequitur hic Io.de Imo.col. fin.& Cardi. col.6. pro quibus addo bene facere quod voluit Bart. in l.cum filius.§.fin.ff.de leg.2. vbi dicit,ꝙ quando apparent verba,quæ ſapiunt liberam voluntatem, & arbitrium boni viri,in dubio important arbitrium boni viri: quæ omnia bene nota. Et ad d.l. non ſolum. §. fin. de vſucap. collige ex prædictis claram ſolutionem.Supraſcripta ſufficiant in hac materia verborum importantium arbitrium,& liberam voluntatem: quæ pro certo alibi ita diſcuſſa non inuenies.

In eadem glo. in fine. Quærit hic Mathe.de q. Pone,egi cõtra te pro re
8 † depoſita: tu confiteris,ꝙ commodaui tibi: an fiet condemnatio?reſpõdet, ꝙ ſic. & alleg.Spe.tit.de actio.& pet.§.1.& melius in.§.2.ver. Hoc ergo. & ver.Egi contra te. faciunt quæ dixi ſupra in hoc. §. poſt 19.fallentiam. ¶ Secundò quærit. quid ſi ago contra te ex mutuo, &
9 produco † teſtes,qui nihil dicunt de numeratione,ſed dicunt de confeſsione mutui: an fiet condemnatio? reſpondet,ꝙ non, vt no.Specu. titu.de teſte.§.1.ver.Sed pone.quod eſt notandũ.& vide no.per Bart. in l.2.§.fi.ff.ſi certũ peta.in l.ſi debitorẽ.ff.de noua. in l.ita ſtipulatus. §.Griſogonus. de verb.obl.& ita tranſit hic Io.de Imo.col.17.& quia ſunt qõnes ſatis impertinentes,ſufficiat remiſsio ad loca. ſupraſcripta limita,vt non procedãt, qñ in libello eſſet clauſula,oĩ meliori mõ &c. ſecundũ Imo.in c.ſi cautio.de fi.inſtru. refert Socin.in conſ.39.col.7.

SVMMÆ.

Vnica citatio ſufficit in cauſis ſummarijs. licèt ſecus ſit in plenarijs.
1 *Citatus, qui fuit contumax, an amplius ſit citandus. & quomodo intelligatur,*
2 *ibid. num. 4. 5.*
Iudex, quòd comminetur ſe proceſſurum ad ſententiam: vel ſimpliciter dicat,
3 *ad vlteriora, differunt, & quæ ſit differentia.*
6 *Iudices tres dati cum clauſula, ſi non omnes: ſi duo ex his proferãt ſententiam, tertio diſcorde: quòd executio ipſius fiet, illo diſcorde non vocato. & ratio.*
7 *Iuramentum calumniæ ita poteſt omitti in cauſis ſummarijs, ſicuti etiam in plenarijs.*

Gloſa in verbo, citationem. In fi. Quęrit, an in ſummarijs ſufficiat vnica † citatio? reſpondet, ꝙ ſic, per hunc tex. li-
1 cèt in plenarijs ſecus ſit, ſecundùm glo. in quibus, ſaltem in principio, & in fi. requiritur vna peremptoria. ca. p. quoniam. §. porro. vt lit. non conteſt. c. de illicitatio, alle. in glo. in c. conſuluit. de offic. delega. no. Bal. in l. conſentaneum. & in Auth. at qui ſemel. C. quomodo, & quã iudex. l. ſi finita. §. Iulianus. ff. de dam. infect. l. ad peremptorium. ff. de iudi. l. properandum. C. eod. titu. & cum hac glo. tranſit Pau. hic, allegans c. propoſuiſti. de foro competen. c. cum ſpeciali. de appell. Clemen. 1. de deci. & ſecundùm Cardina. facit quod no. Inno. in c. ſacro. de ſenten. excommuni. & Archid. in cap. indignè. 12. q. 2. Idem, vt refert Innocen. colum. 18. tenet hîc Stepha. dicens ſe credere, ꝙ etiam in iſtis cauſis ſummarijs iudex poſsit pluries citare: & etiam poſsit in prima citatione ponere peremptorium ſine cauſæ expreſsione: quod 3
in alijs cauſis non liceret, iuribus ſupra allegatis. hanc etiam glo. ſe-
2 quuntur Doct. in d. c. conſuluit. ¶ Sed tunc quæritur, an ſemel † citatus, qui fuit contumax, amplius citabitur? Pau. hic tenet, ꝙ ſic, per c. cum clim. de teſtib. de quo per Innocen. in d. c. conſuluit. & in c. audi tis. de procura. Specu. in titu. di citatio. §. vltimo. ver. Quid ſi quis. Iacob. Butriga. in l. nec quicquam. §. vbi decretum. ff. de offic. procon. Bal. in l. ſancimus. C. de iudi. Ange. in d. Auth. at qui ſemel. facit quod notat Bal. in l. deſertorem. in princip. de re milita. & Innocen. in cap. ad petitionem. de accuſatio. ſed ego allego glo. ordi. in c. 2. de dolo. & contuma. lib. 6. quæ dicit, ꝙ contumax in vno articulo, non cenſetur contumax in omnibus, ſecundùm Inno. in c. eccleſia. il 2. de elect. &

Archid.

Archid. in c. 2. de confeſs. lib. 6. Fallit tamen ſecundùm Cardina. hic.
col. 6. quando talis fuiſſet citatus ad totam cauſam: quo caſu am-
plius non eſſet citandus: de quo per Cardin. in c. fi. de dila. & per Fe-
deri. in conſi. 216. per Inno. qui idem tenet in d. c. auditis. & in d. c. cõ
ſuluit. & hoc verum ſecundùm Hoſtien. ibi quando in generali tali ci-
tatione iudex eſſet cõminatus, ꝙ procedet ad ſentẽtiam. Et no. ꝙ dif-
ferentia eſt, an iudex † cõminetur ſe proceſſurum ad ſententiam: vel
ſimpliciter dicat, ad vlteriora; quia primo caſu poteſt procedere ad
3 ſentẽtiam, d. l. in peremptorio. nec eſt neceſſe, ꝙ in cõminatione adij-
ciatur verbum, peremptoriè, glo. ſingu. in l. ſi apparitor. C. de cohar-
talibus. lib. 12. Secundo caſu talis cõminatio non habet vim perem-
ptorij, & ad ſententiam procedi non poteſt ſecundùm Innocen. in c.
cauſamque. de reſcrip. Ange. in l. peremptorio. Ioan. de Imo. in cap.
paſtoralis. de except. & hoc verum in comminatione hominis: ſecus
in comminatione iuris, vt pulchrè determinat Matthæ. in ſuo nota-
4 bili. 8. Secundò intellige prædicta † quando ſic generaliter citatus
non comparuit in aliquo actu: quia ſi comparuiſſet ad aliquos actus,
in alijs requireretur noua citatio. ita Ioan. And. in additio. Specula. ti
tu. de citatio. §. 1. ver. Item licet. quem ſequitur domi. Anto. & Ioan.
de Imo. in c. licet cauſam. in fi. de probat. facit Auth. ei qui. ff. de bo.
aucto. iudi. poſsi. & voluit etiam hoc Federi. in conſi. 171. facit quod
no. Bar. in Extrauag. ad reprimen. in ver. Super dicto crimine. ſequitur
Petr. de Anchara. hic. ver. 11. vtrum. & faciunt quæ dicã infra in §. ſe-
quen. ſuper gl. in verbo ad id. Et quod dixi, citatum ad vnum actum
contumacem, debere citari ad alios actus, non procedit, quando ſic
citatus expreſsè dixiſſet, ſe nunquam venturum, ſecundùm glo. & Bar
to. in l. ex conſenſu. §. fi. ff. de appellationibus: ſecus ſi ſimpliciter di-
xiſſet, ſe nolle venire: quo caſu ad alios actus eſſet citãdus, ſecundùm
glo. in d. c. 2. & in c. venerabilibus. §. ſecus. de ſenten. excommunic. in
6. vbi per Ioan. And. de quo etiam per Bal. in l. tres denunciationes.
C. quomodo, & quando. per glo. & Barto. in l. fi. ff. de in integ. reſtitu.
per Innocen. in d. c. ad petitionem. per gl. & plenius per Ioan. de Imo.
in Clemen. ſi ante. de dolo, & contuma. Item quod dictum eſt, con-
5 tumacem † ad vnum actum debere ad alium citari, fallit, quando a-
ctus ſubſequens haberet dependentiam cum actu præcedẽte, in quo
fuit contumax. hoc probat tex. ſecundùm vnum intellectũ in c. ſi Ca-
pitulo. in fin. de conceſsio. præben. lib. 6. Sequitur ibi Domi. & idem
Dominicus in d. c. 2. & Rota deciſio. 120. quæ incipit. Item ſi in be-

neficia-

neficialibus. bene facit, quod no. glo. 2. in c. accepimus. de ætate, & qualitate. & quod voluit Petr. de Anchara. & Ioan. de Imo. in d. c. 2.
6 ſuper glo. fina. dum tenentes contra glo. ibi dicunt, ꝙ ſi iudices † dati cum clauſula. ꝙ ſi non omnes: ſi duo ex ipſis, tertio diſcorde, proferant ſententiam: ꝙ executio ipſius fiet, illo tertio diſcorde non vocato; quia executio venit acceſſoriè ad ipſam ſententiam. & ideò diſcordans in ſententia, videtur diſcors eſſe in executione. de quo ibi plenius. facit tex. cum glo. in c. fi. de elec. & quod no. Pau. de Caſt. in conſi. 156. dicens, ꝙ negligentia in vno, nocet in alio, ſaltem connexo, & dependen. ¶ Et aduerte; quia prædicta procedunt, ſtante vera illa ſententia, ꝙ citatio generalis ad totam cauſam fieri poſsit, de qua per Innocen. in d. c. auditis. & d. c. conſuluit. per glo. & poſt edictum. ff. de iudi. per Ang. in l. de vnoquoque. ff. de re iudi. per Bar. in l. ſi prætor. in prin. de iudi. no. in c. cum dilect. & c. ſeq. de dolo, & contuma. per Federi. in d. conſ. 156. incipiente. Caſus talis. per Abb. in c. fi. col. 4. de dilatio. Rom. in l. 1. de arb. col. 6. quæ oîa diligenter nota.

Gloſa in verbo, non excludi.

7 Concludit, ꝙ ſicut in plenarijs; ita in ſummarijs † iuramentum calumniæ poſsit tacitè omitti. & cum glo. reſidet Pau. & Cardin. in 1. oppoſitio. & in quinto nota. quia c. primum. de iur. calum. diſponens iuramentum calumniæ poſſe omitti, nõ diſtinguit inter cauſam plenariã, & ſummariam. & idem tenet hic Io. de Imo. col. 18.

SVMMAE.

1 *Petitio ad quem finem ſit in ſcriptis redigenda.*
2 *Libellus an offeratur reo expenſis actoris. & quomodo ſit intelligendum hoc pronunciatum.*
3 *Verba, offerre, dare, tribuere, & ſimilia gratuitam conceſſionem important. Et an ſecundùm Bart. inſpiciatur conſuetudo loci, quòd libellus offeratur expenſis actoris, ibid.*

Glo. in verbo, formam.

1 Quærit ad quem effectum † petitio debeat in ſcriptis redigi: dic vt in ea, quam ſigna in eo, quod dicit, ꝙ li-
2 bellus offertur † reo expen. actoris. nam idem tenet glo. in Clemen. cauſam. de elec. & in Cle. 2. de appel. Io. de Imo. & Card. hic. Ioan. de Fantu,

Fantu.& Domini.in c.offeratur 3.q.3. & Cardin.in d.Clem.2.dicens,
3 ꝙ † iſta verba, offerre, dare, tribuere, & ſimilia gratuitam conceſsio
nem important. facit.c.cum perſonæ. de priuile.in 6.& quod ibi not.
Io.An.dicens, ꝙ copia priuilegij dari debet expen.producen.cum ip-
ſe teneatur producere iura ſua allegat not.in d.c.2. ſed ad hoc reſpon
deri poteſt ſecundum Io. de Imo. & Domini. in d.c. cum perſonæ. ꝙ
aliud eſt producere iura, aliud offerre libellũ. & quia probatio debet
fieri iudici, & non parti.c.ſtatutũ.§.cum verò.de reſcrip.lib.6.l.quin-
quaginta. ff. de probatio.l.1. C.de condi.ob turpem cauſam.libellus
non offertur iudici. Abb.in d.Clemen.cauſam.remittit ad no.per ſe in
c.1.de libel.obla.& ibi tenet contra glo. prædictas per l.1.in princ.ff.
de eden.ſatis enim eſt, ꝙ reo fiat copia ad deſcribendũ.& hãc partem
tenet Ang.in d.l.1.dicens ibi eſſe caſum, ꝙ producens inſtrumenta in
iudicio, non tenetur dare copiam ſuo ſumptu.& idem dicit in libello,
qui licèt offerendus ſit per actorem, Auth.offeratur.C.de li.cõteſt.nõ
tamen ſuo ſumptu. Bal. in d.l.1. de libello apertè non loquitur: licèt
dicat, ꝙ ille, qui tenetur alicui edere, non tenetur ſuis ſumptibus. Sed
idem Bal in d.Auth.offeratur.clarè tenet, libellum non eſſe dandum
expenſis actoris: quia ad aliud actor non tenetur, quàm edere.& ede
re dicitur, faciendo copiam tranſcribendi. allegat.d.§.edere. & ita di
cit tenere Cy.in d.Auth.offeratur. Sed in aliquibus locis ſeruatur cõ-
trarium. Io.de Ligna.in d.Cle.cauſam. tenet cõtra prædictas gl.quia
rub.dicit de edendo, ideſt demonſtrando. & abſonũ videtur, ꝙ actor
ſit ſcriptor rei, l.nimis.C.de teſtibus.ex quibus apparet nõ bene fuiſ-
ſe locutum Card.in d.Clem.2.volentẽ verba, edere, offerre &c.impor
tare gratuitam editionẽ.nam cõtrarium probatur in d.§.edere.& illa
gratuita conceſsio põt reſtringi quò ad facultatem conſequendi co-
piam; ſed non quò ad expenſas producẽtis.Bar.in d.l.1. & in d.Auth.
offeratur. dicit ſeruandã eſſe conſuetudinẽ, quæ in aliquib. locis vnũ
ſeruat, in alijs contrariũ. Sequendo glo. tu habes conſiderare tex. in
d.Auth.offeratur.iuncto tit. de eden.ex quibus probatur, ꝙ actor te-
netur ad duo, ſcilicet ad eden.& offeren.ſed offerre dicitur, quãdo ſuis
expenſis: alias iſta obligatio offeren. ſi nil aliud importaret, quàm
ſimpl.editio. fruſtra dixiſſet, offeratur. Cogita, & ſtante loci conſue-
tudine, illam obſerua.l.de quibus.ff.de legi.1.diſt.c.conſuetudine.§.
ex non ſcripto.Inſt.de iure na.ceſſante itaq; cõſuetudine, durũ eẽt re-
cedere ab opi.glo. ¶ Et adde prædictis quæ no.Bart.in l.2.§.defen-
di.ff.ex quibus cau.in poſ.ea.& in l.1.in fin.C.de procura.vbi deter-

minat, ꝙ expenſis procuratoris, volẽtis litigare, debet dari copia mã dati, quando dñs, ſi vellet, poſſet perſonaliter litigare; aliter enim fieret deterior conditio litigantis cum procuratore: vbi verò perſona principalis non poſſet comparere, ſufficeret procuratorem facere copiam deſcribendi ſuum mandatum, per d. §. edere. Et ita tenent Ray. Bart. Ang. & Albe. in d. §. defendi. Et facit quod no. Pet. de Anch. in c. mulieres. de iudi. lib. 6. & in c. ſtatutum. §. inſuper. de reſcrip. eo. lib. dum quæritur, cuius expenſis debeat mitti ad abſentem principalẽ pro iuramento calumniæ ab eo præſtando, tanquàm melius informato, vel magis legali perſona: vide ẽt quod no. Domi. in c. præſentium. in prin. in 8. col. de teſtibus. lib. 6. dum quærit, ſi reus petat, actorem abſentem tanquàm melius informatum debere perſonaliter poſitio. reſpondere, cuius expenſis hoc debeat fieri, vide ibi.

SVMMAE.

1 *Actor in cauſa ſummaria an, & quando poſſit reconueniri in plenaria, & quomodo intelligatur materia reconuentionis.*

2 *Reconuentio an habeat locum in cauſa appellationis.*

3 *Reconuentioni an ſit locus, vbi iudicis officium imploratur.*

Glo. in verbo, voluerit. Diuiditur in ſex partes. Primò quærit. Secundò ibi [hoc dico] ponit vnam opinionem. Tertiò ibi [ſed quidam] ponit contrariam. Quartò, ibi [ſed Pet. reuertitur ad primam] reſpondet ad l. contrariam. Quintò ibi [prædictis] huic opi. opponit, & dupliciter ſoluit. Sextò, ibi [hic tñ] ponitur diſtinctio.

In eadem ibi, ſed quidam. Adde, ꝙ hãc tenet Bart. in d. Auth. & conſequenter. & in l. 1. § fin. de va. & extra. cogni. & communiter ſequuntur legiſtæ.

In eadem gloſa in fine. Hæc glo. ſingulariter eſt notanda, quia po-
1 nit articulum, an & quando actor † in cauſa ſummaria poſſit reconueniri in plenaria. in quo articulo Pau. de Eleaza. in c. cuius in agẽdo. 3. q. 8. vt referunt do. Anto. in d. c. 2. & Io. de Imo. hic, tenent, ꝙ etiam ſi motu proprio tollantur ſubſtantialia, intelliguntur ſublata in cauſa recon-

reconuentionis.mouetur per d.c.2.in ratione ſui,quæ vniformiter habet locum, ſiue motu proprio ſit facta,ſiue non.ſ. vt æqualitas ſeruetur in iudicijs. Et eadem ratione idem dicendum eſt, ſi coram ordinario fiat reconuentio:quia bñficio ipſius reconuentionis,&c,vt æqualitas ſeruet, poterit fieri recõuẽtio,ẽt de cã plenaria,licèt cã cõuẽtionis ſit ſummaria. dicit tñ Ioã.de Imo. ſe non recedere audere ab hac opi. propter auctoritatem tantorum virorum.argum.l.minimè.ff.de legib.Sed Pau.hic dicit,ꝙ coram ordinario, & delegato cognoſcente de cauſa ſummaria,ſecundùm hanc Clemen. habet locum reconuentio, etiam de plenaria ſui natura ; quia hic tex. generaliter loquens,generaliter eſt intelligendus.quam rationem ſenſit glo. hic in fin. & ad hoc Lapus hic allegat iura,quæ hic allegat glo. in ver. Sed quidam.& maximè mouetur per d.c.2. ¶Ad opinionem, & rationem Innocen.reſpondet,ꝙ procedit in ſummarijs,de quibus non loquitur hæc Conſtitutio.nam ſecundùm Pau.quædam cauſæ ſunt propriè ſummariæ,in quibus non requiritur plena probatio,ſed ſemiplena,quandoquè iuramentum tantùm.l.præſenti.C.de his, qui ad eccleſiam confu.quandoquè vnus teſtis, vt per Specu.de officio iudi.§.fi.ver.6.& in iſtis vera ſit opinio,& ratio Innocen.natura enim reconuentionis non debet eſſe tantæ efficaciæ, ꝙ faciat ſatis eſſe ſemiplenè probare(cum tanto, & finali præiudicio aduerſarij)id, quod erat plenè probandum. Quædam ſunt cauſæ impropriè ſummariæ, & ſic iſtæ dicuntur;quia excludunt iudicij ſolemnia, vt hic: & in eis habet locum reconuentio,in qua ſimiliter ſine ſolemnitatibus iudicij procedetur,ita ꝙ vna ſententia poterunt terminari,vt exigit natura reconuentionis. Ad l.1.C.vbi cauſa ſta.allegatam hic glo.in ver. Pet.reſpõdet Pau.ꝙ ibi non admittitur reconuentio proter naturam poſſeſſorij ibi intẽtati,qđ in hoc eſt priuilegiatum.c.1.de ordi.cognitionum. petebat enim ibi dominus ſeruum fugientem ad aliam prouinciam, & ſibi libertatem vendicantem.& ibi dicitur,ꝙ iudex loci,vbi eſt, reſtituet eum domino:& iudex loci,vnde fugit,cognoſcet de libertate. ſicut dicitur de vxore, quæ primò debet viro reſtitui, quàm cognoſcatur de iuribus matrimonij.c.ex conqueſtio.c.ex tranſmiſſa. de reſtitutione ſpoliato.Cardin.hic col.7.dicit,ꝙ opinio Pau. licèt diuerſa in verbis, eſt tamen effectualiter eadem cum opinione glo. poſita in verſi. æquum tamen.vſque ad finem.imò plus continet glo. in eo, ꝙ dicit diſtinguendum, quando cauſa eſt ſummaria per commiſsionem,an motu proprio emanauerit, vel ad inſtantiã. Ab.in d.c.1.co-

lum. 13.& ſequen. poſt multa videtur adhærere opinio. Pau. de qua ſu-
pra, cum duplici tamen limitatione. Prima, vt prædicta procedant,
quando conuentio, & reconuentio reſpiciunt diuerſas cauſas. Si ve-
rò concurrunt reſpectu eiuſdem cauſæ; puta quia petitiones fiunt, &
dantur hincinde contrariæ; verbi gratia, petit debitor pronunciari
contractum vſurarium, actor directè petit contrarium. ſ. pronuncia-
ri fore legitimum, & exequendum. & vltra dicit, reconuentionem
rei non debere admitti, quaſi ſit plenaria, hoc enim caſu non audi-
tur, immo tunc reconuentio admittitur; quia non eſt ſeparata à con-
uentione, ſed illi annexa, veluti quædam defenſio, argu. c. cum inter.
de except. facit quod no. Innocen. in c. ex conqueſtione. de reſtitutio.
ſpoliato, & ita dicit tenere Lapum in allegatio. 3. ¶ Secundò limi-
tat Abb. prædicta procedere in vera reconuentione. i. quando per eã
prorogatur iuridictio: aliàs ſecus, vt ibi per eum. ¶ Sed iuxta prædi-
2 cta quæritur: an in cauſa appellationis habeat locum † reconuentio?
Geminia. hic tenet, ꝙ non, per l. ad cognitionem. ff. ex quibus cau. in
poſſeſs. ea. & per l. 2. §. legatus, ff. de iudi. Sed Cardina. hic colum. 8.
dicit, ꝙ immo ſi fuit appellatum ante litem conteſta. quia tunc iudex
ad quem ſuccedit in locum iudicis à quo, c. vt debitus. ſupra de ap-
pella. ſicut coram primo habuiſſet locum reconuentio, ita & coram
ſecundo, de quo tamen ſe remittit ad no. per ſe in d. c. 1. vbi per Abb.
colum. 15. & ſequen. Rememoro tamen tibi vnam ſingularem limi-
tationem Ange. in d. §. ligatis, vbi per illum tex. & per d. l. ad cogni-
tio. dicit, ꝙ vbi appellans voluntariè ageret coram iudice appellatio-
nis (puta quia licèt haberet iudicium appellationis in patria, voluit
tamen extra patriam adire ſuperiorem) tunc, cum voluntariè coram
tali ſuperiore dicatur litigare, poterit reconueniri coram illo, argum.
ſumpto à ceſſante, ratione dictorum iurium. Et hanc dicit eſſe ſuam
opin. menti tenendam. Sed an, vbi intentatur officium iudicis, habeat
3 locum † reconuentio? Ioan. And. in d. cap. 1. tenet ꝙ ſic, vbi principa-
liter intentatur: ſecus ſi incidenter, argum. cap. 2. de officio iudi. nam
principaliter ſic petitum ſuccedit loco actionis, d. c. 2. quoniam indi-
rectè aliquid petitur à parte: & ideò ſi petitio ſimpliciter conclude-
ret iudicij, aliud eſſet. alleg. Ioan. And. tex. vbi dicit eſſe caſum, in l.
1. in fin. ff. de var. & extraordina. cogni. de quo per Speculato. titu. de
reconuentio. & Abb. in d. c. 1. colum. 27. ¶ Tu adde glo. & Ange. in
l. ſed ſi reſtituatur. in prin. ff. de iudi. quæ tenet, ꝙ vbi intentatur offi-
cium iudicis, non habet locum reconuentio: ſed Ange. ibi ſe remittit

ad notata

ad notata in Auth.& conſequenter.C.de ſent. & inter. ¶ Adde glo. in c.qualiter. il 2.in prin.in glo.magna. in fi. quæ ſecundum Ioan.de Imo.ibi idem tenet. ¶ Vltimò adde Bar.in d.l. 1.in fi. diſtinguentẽ, aut pro magno debito imploratur officium: aut pro paruo, vt primo caſu nõ ſit locus reconuentio. ſecundo ſic.de quo ibi.¶ Hanc reconuentionis materiam potuiſſem huic glo. applicare: ſed quia nimis eſt diffuſa (ne vltra propoſitum nimis hæc repetitio ſe extendat) me remitto ad legiſtas in d.Auth.& conſequenter.& cano.in d.c. 1.& 2.de mutuis peti.vbi latè per Ab.& latius per clariſsimum do.Marianum Socinum Senenſem. ſatis vobis ſit prædicta tetigiſſe ad intelligẽtiam dictorum in glo.iſta.

SVMMAE.

1 *Reconuentio vt habeat priuilegium ſimultanei proceſſus, an fieri debeat in ipſo litis exordio: an verò quò ad effectum prorogandi iuriſdictionem fieri poßit, eodem etiam durante iudicio.*

2 *Exordium litis, an dicatur eſſe duplex; nempè vnum ex parte actoris, cum petit à reo; alterum ex parte rei, cum petit ab actore, vti Lapus diſtinxit. Et an ſolùm in cauſis ſummarijs fiat reconuentio in exordio litis, & non in alijs.*

3 *Actor iudicem, quem pro ſe approbauit, non debet dedignari eundem contra ſe habere.*

4 *Reconuentio propriè ſumpta dicitur illa, quæ habet omnia eius priuilegia, & debet fieri ante lit.conteſt. vel paulò poſt.*

5 *Reconuentio impropriè ſumpta dicitur illa, quæ ſolùm tendit ad prorogãdam iuriſdictionem, & valet partibus non contradicentibus.*

6 *Exordium litis propriè an dicatur ipſa litis conteſtatio. Et an in cauſis ſummarijs iuramentum calumniæ ſit litis exordium.*

7 *Scriptura quare requiratur in petitione, & ſententia in cauſis ſummarijs.*

Gloſa in verbo, exordium. Quærit vſq; ad quod tẽpus poſsit fieri reconuentio:& ponit duas opin. tandem concludit, ꝗ
1 ad hoc, vt reconuentio † habeat priuilegium ſimultanei proceſſus, debet fieri in exordio litis, per hunc tex. quæ quantùm ad effectum prorogandi iuriſdictionem iudicis poteſt fieri, eodem durante iudicio.c. diſpendia. §. reus quoque. de reſcript. lib. 6. Et cum hac glo. tranſeunt Pau.& Stepha. ſed Lap. illam intelligit procedere in caſu ſuo. ſ.

notabilem quæſt. & quotidianam. Supplicatum eſt principi pro reui-
70 ſione ſententiæ, princeps reſcribit, fiat iuſtitia: an dicta ſententia † poſ
ſit corrigi? videtur ꝙ ſic: quia aliàs datio iudicum nihil operaretur.
¶ Secundò quia ſic dando iudicem, videtur cauſam à ſe abdicare.
¶ Tertiò quia ſicut princeps poterat per ſimplicem querelam proce-
dere: ita poterit iſte iudex, qui vicè principis fungitur. Dubium tamẽ
facit; quia clauſula, ſi iuſtum eſt, appoſita in confirmatione nihil ope
ratur, ſic inquit Inno. in c. ſtuduiſti. de officio lega. Sed ſecũdùm Bal.
ibi Inn. loquitur in confirmationibus, in quibus aliud eſt. ipſe tamen
Bal. ibi quæſtionem non determinat, quia pendebat de facto. Siculus
modernus ibi dicit intrepidè tenendum, talem ſententiam poſſe cor-
rigi, ſi digna eſt correctione. alleg. glo. quam dicit ſtupendam in ver-
bo, iuſta, in d. §. exhæredatos. quæ dicit, ꝙ verbũ, iuſta, importat duo,
ſcilicet iuris ordinem, & facti veritatem: vnde princeps mandando,
ꝙ fiat iuſtitia, videtur mandare, ꝙ retractetur, ſiue ſit lata contra iuris
æquitatem, ſiue contra ius litigatoris. ¶ Tu conſidera, ꝙ iſta opin.
tam celebratiſſimi Doct. aut non eſt vera: aut eſt ſine dubio; quia ſi
intelligimus q. & Bal. loqui, quando à ſententia eſt appellatũ: cui du-
bium, ꝙ debet poſſe corrigi, ſi eſt corrigenda? cum princeps ſic man
dando, dicatur cõmittere cauſam appellationis: quæ appellatio prin
cipaliter fuit inuenta propter iniquitates iudicum, l. 1. ff. de appel. c.
ſecundò requiris. de ap. Et idem puto, ſi ſupplicatum fuiſſet pendente
tempore dato ad appellandum: quia ſupplicatio ita eſt remedium, ſi-
cut appellatio, quando ſententia non tranſiuit in rem iudicatam. &
hoc eſt, quod fortè ſenſit Bal. dum dicit, ꝙ ſine appellatione princeps
poteſt adiri per viam querelæ. Idem etiam arbitror, ſi ſententia eſſet
talis, à qua non poſſet appellari, ſed ſolum ſupplicari, vt eſt ſententia
præfecti prætorio. l. 1. C. quorum appella. nam ſi ſententia talis non-
dum tranſiuit in rem iudicatam: ſed pendet tempus decem dierũ da-
tum ad ſupplicandum, Auth. quæ ſupplicatio. de preci. Impe. offe. ſi
princeps mandat iuſtitiam fieri, ſine dubio poterit corrigi; quia ad
hoc inuenta eſt ſupplicatio. Sed vbi ſententia tranſiuiſſet in rem iu-
dicatam: licèt princeps aditus, vt reuideatur, reſcribat, iuſtitiam fa-
cias: non puto, ꝙ talis ſententia poſſit corrigi. Moueor; quia, vt valeat
reſcriptum, quo mandatur litem ſopitam, vel ſententiam, quæ tranſi-
uit in rem iudicatã, reuideri, oportet, ꝙ princeps dicat. Non obſtan-
te tali ſententia, vt inquit glo. in l. fin. C. ſen. reſcin. non poſſe. Item, ꝙ
dicat. Non obſtante l. cauſas. C. de tranſac. & l. fin. C. ſen. reſcin. ſecun-

dùm glo.in d.l.cauſas.& Saly.ibi, quia illæ.ll.habent clauſulam derogatoriam ad reſcripta contraria.ergo per dicta verba, iuſtitiam facias, ſimpliciter prolata, non poterit corrigi ſententia. Nec ob. glo. in d.§.exhæredatos. quia ſubtiliter conſiderata facit in oppoſitum,cũ dicat verbũ,iuſtè,ēt includere ordinē iuris:ſed ius diſponit,ſententiã, quæ tranſiuit in rē iudicatã,haberi pro veritate,l.res iudicata.ff.de re iudi.ergo virtute dictorũ verborum corrigi non pōt.Et prædicta tene menti; quia hunc paſſum ita bene diſcuſſum forte alibi non inuenies.

71 ¶Quid ſi dicatur, procedas † præuia ratione? domi. Anto.& Io. de Imo.in c.ex inſinuatione.de reſcript.tenent,ꝙ ſonat in monitionem, non in conditionem:de qua clauſula vide Domi.in c.fi. de foro competen.lib.6.& no.in c.exhibita.de iudic. & facit quod no.Innocen. in c.domina.de officio delega. in princi.dicens,ꝙ clauſula,iuſtitiam facias,non ſonat in conditionē;& ideo ſi fiat iniuſtitia,non propter hoc proceſſus eſt nullus:& iſta conferunt ad plenius no.in c.fi. de reſcrip.

72 & in Clemen.1.de officio.delega. ¶Quid ſi dicatur,procedas † velo leuato? Dic,ꝙ idem importat, quod verbum, ſummatim, ſecundùm Bar.in l.ne quid.in fi.ff.de incen.rui.naufra. & in l.de ſubmerſis. C.de naufragijs.lib.11.vbi tex.dicit, velo leuato.& glo.exponit.i.velamine leuato. ¶Quid ſi dicatur,procedas ſummariè, & de plano,

73 & † abſque vlla iuriſdictione inueſtiges? Dic, vt dixi ſupra in principio huius Clemen.ſuper glo.2.in fi. nam per talia verba ſolùm conceditur facultas ſe inſtruendi, per tex.in c.ſicut olim.de accuſa. vide ibi dicta. ¶Quid ſi dicatur,procedas ſemiplenè, ſiue ſummariè? vide dicta ſupra in prin.huius Clemen. ſuper glo. in verbo, ſine figura.

74 vbi poſuit varias opin. ¶ Quid ſi dicatur, procedas reiecta † iuris ſubtilitate,vel iuris apicibus?tex.in l.ſi fideiuſſor.§.quædam.ff.mandati.dicit,iudicem hoc caſu debere inſpicere factum principale, & non exceptiones non reſpicientes factum principale. Et ſecundùm Bal.in l.ſi mancipium.§.1.ff.de euict.conuentus coram tali, non poterit opponere exceptionem ordinis, per glo. ſingularem ibi: quod procedere poſſet,quando eſſet ordo cauſæ ad cauſam in eadem perſona: ſed quando eſſet ordo de perſona ad perſonam, vt in principali, & fideiuſſore:tunc maius eſt dubium; quia priuilegium conceſſum fideiuſſori per Auth.præſente.eſt fundatum ſuper æquitate:vnde non videtur poſſe tolli, vt in ſimili inquit Bal. quando agitur contra tertium poſſeſſorem hypothecaria:ꝙ arbitrator, qui procedit de æquitate,non poſsit reijcere exceptionem diſcuſsionis, in l.fin.§. ſed & ſi

quis

quis.in prin.C.communia.de leg.facit etiam, quod no.Bar.in Extra-
uagan.ad reprimen.in verbo, videbitur.in fin.dicens, ꝙ per quæcun-
que verba, & ſub quacunque forma verborum non poteſt tolli exce-
ptio quæſita parti: licèt ſit de iuris rigore inducta. ¶ In contrarium
facit, quod no.Bar.in l.1.in fi.col.ff.de condi.indeb. & in l.cum quis.
C.de iur.& fact.igno.vbi voluit, ꝙ exceptio duorum reorum, fideiuſ-
ſoris, & ſimilis, quæ reſpiciunt modum procedendi, & non ipſam a-
ctionem, vel ius partis, dicuntur exceptiones inductæ ad rigorem iu-
ris refrenandum: rigor autem, & ſubtilitas idem ſignificant; ergo vi-
detur, ꝙ tales exceptiones poſsint reijci. Aretin. modernus clariſsi-
mus in c.dilecti.de iudi.licèt non bene ſe firmet, dicit pro concordia
diſtingui poſſe, ꝙ aut exceptio reſpiciens ſubtilitatem emergit ad
proceſſum, ſicut eſt exceptio excuſsionis principalis, vt per Bart.in
l.exceptiones.ff.de exceptio. per Bal. in l.exceptionem.C.de proba-
tio. tunc quia non poteſt opponi poſt litem conteſta. & minus poſt
ſentētiam, non debet per talem iudicem poſſe reiici. aliàs ſecus: & de
iſtis exceptionibus duorum reorum, & fideiuſſoris quando poſsint
opponi, ponit Barto.in l.duobus.§.ſi duo.ff.de duobus reis. & in l.ſi
dubitetur.ff.de fideiuſſo. Et hanc diſtinctionem bene conſidera; quia
confert ad quæſtionem, quam plenè examinaui ſupra, in principio
huius Clemen.circa ſi, ſuper glo. in verbo, dilationes. vbi latè tetigi,
quomodo debeat intelligi d.gl. in d.l.ſi mancipium.§.1. ad ibi dicta
75 me remitto. ¶ Quid ſi dicatur, procedas † de iure, & ſecundùm ſta-
tuta, & iſta inuicem repugnent? dic, ꝙ intelliguntur ſecundum ſtatu-
ta à iure approbata: de quo vide Barto. in l. rerum amotarum.ff.re-
rum amo.tex. & Doct.in cap.cum veniſſent. de eo qui mit. in poſſeſs.
Ioan.de Imo.qui ſequitur Bart.in d.c.Quintauallis.de iureiuran.col.
15.vide Bal.in l.poſſeſs.C.de proba.in c.1.§.iniuria.de pa. iuramen.
firman.& in Extrauagan.de pace Conſtan.in ver. ſententiæ. & plenè
in l.1.C.de confeſs.Barto.in repe.l.de quibus.ff.de legib.col.6. & ſe-
quen.Bal.in l.obſeruare.§.proficiſci.ff.de offic. procon.in q.32. Al-
beri.in l.qualem.ff.de arbit. vbi ponit, ſi in compromiſſo dicatur, ꝙ
pronunciet ſecundùm leges, vel canones, vel ſtatuta, vel conſuetudi-
nes. & allegat Azo.in ſumma de arbi.§.item.conſtituti. ¶ Quid ſi di-
76 catur, procedas † iudicialiter, & extraiudicialiter? domi.Pet.de Pe-
ruſio in quodam ſuo conſilio compoſito in cauſa Illuſtriſsimi domi-
ni mei, domini Marchionis Montisferrati, de quo ſupra feci mentio-
nem in q. quid ſi dicatur, procedas de iure & de facto, dicit, ꝙ tunc
non

non requiritur citatio partis. adducit quod dicitur de executore, qui procedit, vt executor, non vt iudex; cuius prouiſio reputatur actus extraiudicialis, & ſic nulla citatio requiritur. de præſumptio. cap. fi. & ibi per Innocen. & per glo. in Clemen. 1. de offi. delega. de quo ibi plenius. ¶ Quid ſi dicatur, † procedas iuris ordine ſeruato, & non
77 ſeruato? domi. Petr. in præallega. conſi. de quo in præcedenti q. dicit, ꝙ eſt remiſſus omnis ordo iudicialis. & ſic citatio, & alia, de quibus in l. prolatam. C. de ſent. & interlocu. om. iu. & in c. intra quatuor. de maio. & obe.

SVMMAE.

1 *Habens procedere, vt bonus vir, ita procedere debet, quòd alteri non faciat, quod ſibi nollet fieri.*

2 *Procedendi liberam poteſtatem habens, non poteſt auferre exceptionem parti quæſitam, licèt de rigore iuris inductam.*

3 *Verba liberam voluntatem importantia, nunquam operantur effectum ſuum contra tertium.*

4 *Plenariam poteſtatem habens, adeò ꝙ nullum ordinem ſeruare teneatur; debet tamen geſta partibus intimare.*

5 *Verba ſapientia arbitrium boni viri, & liberam voluntatem, ſi ponantur in commiſſione iudici facta, poterit ille ſequi voluntatem.*

6 *Duo verba cum in aliquo actu iunguntur, quorum quodlibet de per ſe ſignificet actum diuerſæ naturæ, verbum importans actum magis plenum, attrahit ad ſe verbum minoris efficaciæ.*

7 *Quando iunguntur duo verba in aliqua diſpoſitione, quorũ vnum alteri ineſt, reſoluitur in adiectiuum alterius.*

8 *Agens contra Titium pro re depoſita; ille confitetur eam fuiſſe ſibi commodatam, an poterit fieri condemnatio.*

Item ſi ago contra te ex mutuo, & produco teſtes, atteſtantes mutuum, nihil tamen dicentes de numeratione, an poterit fieri condemnatio. ibidem. numero 9.

Semper. In hac materia velim infraſcripta habeas ante oculos. ¶ Primũ, ꝙ habens † procedere vt bonus vir,
1 debet ita procedere, ꝙ alteri non faciat quod ſibi nollet fieri, ſecundũ Bald. in l. 1. ff. de ſolu. faciunt, quæ plene dixi ſupra ſuper hac glo. in ver. Viſis ſupraſcriptis verbis. ¶ Secundum habens notare, ꝙ habẽs
2 poteſtatem † liberam procedendi non poteſt exceptionem acquiſitam

tam parti auferre: licèt ſit de rigore iuris induĉta, ſecundùm Bart. in d. Extrauagan. ad reprimen. in verbo, videbitur. & Roma. in rub. de arbi. in principio. & in conſ. 149. faciunt quæ dixi latè ſupra in q. quid ſi dicatur. procedas ſecundùm æquitatem. ¶ Tertium eſt, quod non
3 habes: ꝙ verba † importantia liberam voluntatem nunquàm operantur effectum ſuum contra tertium, ſecundùm do. Anto. & Ioa. de Imol. in c. 1. de conſtitu. & Lapum alle. 61. quæ incipit. Viſis litteris, per c. ſuper eo. de offi. dele. ¶ Quartum eſt notandum, ꝙ habens
4 † plenariam poteſtatem, ita ꝙ nullum ordinem tenetur ſeruare: debet tamen geſta intimare partibus, glo. eſt in l. 2. C. de decurio. li. 10. Et ideò arbitri, quibus data eſt poteſtas prorogandi compromiſſum, abſentibus partibus, tenentur illam partibus notificare, nec effectualiter prius dicitur facta prorogatio, vt dicit Bal. ſe conſuluiſſe in l. eos. §. apoſtolos. col. 1. C. de appel. & in l. 1. C. de ſen. ex pericu. reci. Rom. in l. filiusfam. ff. de dona. Specu. de arbi. §. excipitur. verſ. Sed pone. & dixi ſupra latius in princ. huius Clem. in quarto articulo principali. in 3. quæſtione circa fin. ibi vide. ¶ An autem ſicut poteſt appellari à iudice arbitrante in his, quæ ſuo arbitrio ſunt commiſſa, vt ſupra ſæpè dictum eſt: ita poſſit appellari à iudice, cuius voluntati cauſa eſt commiſſa: dixi ſupra in princ. Decre. in glo. in verbo, valeat. ibi vide.
5 ¶ Sed quid ſi in commiſſione apponantur ſimul verba ſapientia † arbitrium boni viri, & liberam voluntatem (puta, prout arbitratus fuerit, & voluerit:) videtur, ꝙ iſte poſſit ſequi voluntatem. quod probo.
6 Vbi in aliquo actu † iunguntur duo verba: quorum quodlibet de per ſe ſignificat actum diuerſæ naturæ, verbum importans actum magis plenum, attrahit ad ſe verbum minoris efficaciæ. l. non ſolùm. §. fin. ff. de vſucap. vbi ſi quis eandem rem conducat, & proroget, & ſic circa eandem rem faciat duos contractus repugnantes (quia per precariũ poſſidet, per locatio. detentat:) quia contractus locationis eſt magis plenus pp penſionis ſolutionem: & quia non eſt reuocabilis ad nutũ, ſicut precarium, eneruat virtutem precarij minus potentis: & ita illũ tex. allegat Bar. in l. ſi quis ante. ff. de acqui. poſ. & Roma. in conſ. 59. col. 3. incipiente. Circa propoſitum conſultationis. ergo in propoſito, verba ſapientia liberam voluntatem attrahent ad ſe verba ſapientia arbitrium. Et hanc partem, (licèt prædictam rationẽ non alleget) reperio tenere dom. Alex. in conſ. 43. col. 12. incipiente. Circa primum. allegat Bart. ita tenere in l. Imperator. ff. de fideicommiſſa. liber. credo, ꝙ debuerit allegare in l. Lucius. eodem titu. ¶ Et eandem ſenten-

tiam

tiam tenuit idem domi. Alexan.in conſ.67. incipiente. Habita ſuper contentis. colum.6. vbi dicit ita tenere Bal.in l.alio.ff.de alimen.lega. in ver.procedo vlterius,poſi.o, ꝙ Poteſtas.& in l.1.in repeti.C.de ſacroſan.eccle.in 5.quæſtione principali.ver.Circa ipſam diſpoſitionẽ, vel voluntatem.& in l.ſi ſic.in princ. ff. de lega.1. ¶ Contrariam tamen ſententiam, licèt prædictam differentem non moueat, ſequitur Bal.in Extrauagan.ad reprimen. in verbo, videbitur. concludens, ꝙ immo talis procedere debebit vt bonus vir.mouetur,quia quãdo duo
7 verba † iunguntur, quorum vnum ineſt alteri, vnum reſoluitur in adiectiuũ,vt in l.1.ff.de pac.ibi [placitus, & conſenſus] ideſt placitus cõſenſus. Sed in verbis, prout arbitratus fuerit, ineſt voluntas; quia nõ eſt arbitrium ſine voluntate,vt ſupra dixi. ergo verba,prout arbitratus fuerit]& voluerit,exponi debebunt, ideſt volũtariè arbitratus fuerit: & ſic importabunt arbitrium boni viri. facit l. nec adiecit. ff.pro ſocio.quod tamen intelligit ibi Bar.verum,niſi adſit verbum, liberè. Et hanc opi.Bart.ſequitur hic Io.de Imo.col. fin.& Cardi. col.6. pro quibus addo bene facere quod voluit Bart. in l.cum filius.§.fin.ff.de leg.2. vbi dicit,ꝙ quando apparent verba,quæ ſapiunt liberam voluntatem, & arbitrium boni viri,in dubio important arbitrium boni viri: quæ omnia bene nota. Et ad d.l. non ſolum. §. fin. de vſucap. collige ex prædictis claram ſolutionem.Supraſcripta ſufficiant in hac materia verborum importantium arbitrium,& liberam voluntatem: quæ pro certo alibi ita diſcuſſa non inuenies.

In eadem glo. in fine. Quærit hic Mathe.de q. Pone,egi cõtra te pro re
8 † depoſita: tu confiteris, ꝙ commodaui tibi: an fiet condemnatio? reſpõdet, ꝙ ſic. & alleg.Spe.tit.de actio.& pet.§.1.& melius in.§.2.ver. Hoc ergo. & ver.Egi contra te. faciunt quæ dixi ſupra in hoc. §. poſt 19.fallentiam. ¶ Secundò quærit.quid ſi ago contra te ex mutuo, &
9 produco † teſtes,qui nihil dicunt de numeratione,ſed dicunt de confeſsione mutui: an fiet condemnatio? reſpondet, ꝙ non, vt no.Specu. titu.de teſte.§.1.ver.Sed pone.quod eſt notandũ.& vide no.per Bart. in l.2.§.fi.ff.ſi certũ peta.in l.ſi debitorẽ.ff.de noua. in l.ita ſtipulatus. §.Griſogonus. de verb.obl.& ita tranſit hic Io.de Imo.col.17.& quia ſunt qõnes ſatis impertinentes,ſufficiat remiſsio ad loca. ſupraſcripta limita,vt non procedãt, qñ in libello eſſet clauſula,oĩ meliori mõ &c. ſecundũ Imo,in c.ſi cautio.de fi.inſtru. refert Socin.in conſ.39.col.7.

SVM-

SVMMAE.

Vnica citatio ſufficit in cauſis ſummarijs. licèt ſecus ſit in plenarijs.
1 *Citatus, qui fuit contumax, an amplius ſit citandus. & quomodo intelligatur.*
2 *ibid. num. 4. 5.*
Iudex, quòd comminetur ſe proceſſurum ad ſententiam: vel ſimpliciter dicat,
3 *ad vlteriora, differunt, & quæ ſit differentia.*
Iudices tres dati cum clauſula, ſi non omnes: ſi duo ex his proferãt ſententiam,
6 *tertio diſcorde: quòd executio ipſius fiet, illo diſcorde non vocato. & ratio.*
Iuramentum calumniæ ita poteſt omitti in cauſis ſummarijs, ſicuti etiam in ple
7 *narijs.*

Gloſa in verbo, citationem.

In fi. Quęrit, an in
ſummarijs ſufficiat vnica † citatio? reſpondet, ꝙ ſic, per hunc tex. li-
1 cèt in plenarijs ſecus ſit, ſecundùm glo. in quibusſ. ſaltem in princi-
pio, & in fi. requiritur vna peremptoria. cap. quoniam. §. porro. vt lit.
non conteſt. c. de illicitatio, allę. in glo. in c. conſuluit. de offic. delega.
no. Bal. in l. conſentaneum. & in Auth at qui ſemel. C. quomodo, & quã
iudex. l. ſi finita. §. Iulianus. ff. de dam. infeƈt. l. ad peremptorium. ff. de
iudi. l. properandum. C. eod. titu. & cum hac glo. tranſit Pau. hic, alle-
gans c. propoſuiſti. de foro competen. c. cum ſpeciali. de appell. Cle-
men. 1. de deci. & ſecundùm Cardina. facit quod no. Inno. in c. ſacro.
de ſenten. excommuni. & Archid. in cap. indignè. 12. q. 2. Idem, vt re
fert Innocen. colum. 18. tenet hic Stepha. dicens ſe credere, ꝙ etiam
in iſtis cauſis ſummarijs iudex poſſit pluries citare: & etiam poſſit in
prima citatione ponere peremptorium ſine cauſæ expreſſione: quod
in alijs cauſis non liceret, iuribus ſupra allegatis. hanc etiam glo. ſe-
2 quuntur Doƈt. in d. c. conſuluit. ¶ Sed tunc quæritur, an ſemel † cita
tus, qui fuit contumax, amplius citabitur? Pau. hic tenet, ꝙ ſic, per c.
cum clim. de teſtib. de quo per Innocen. in d. c. conſuluit. & in. c. audi
tis. de procura. Specu. in titu. di citatio. §. vltimo. ver. Quid ſi quis. Ia-
cob. Butriga. in l. nec quicquam. §. vbi decretum. ff. de offic. procon.
Bal. in l. ſancimus. C. de iudi. Ange. in d. Auth. at qui ſemel. facit quod
notat Bal. in l. deſertorem. in princip. de re milita. & Innocen. in cap.
ad petitionem. de accuſatio. ſed ego allego glo. ordi. in c. 2. de dolo. &
contuma. lib. 6. quæ dicit, ꝙ contumax in vno articulo, non cenſetur
contumax in omnibus, ſecundùm Inno. in c. eccleſia. il 2. de eleƈt. &

Archid. in c. 2. de confeſs. lib. 6. Fallit tamen ſecundùm Cardina. hic.
col. 6. quando talis fuiſſet citatus ad totam cauſam: quo caſu am-
plius non eſſet citandus: de quo per Cardin. in c. fi. de dila. & per Fe-
deri. in conſi. 216. per Inno. qui idem tenet in d. c. auditis. & in d. c. cō
ſoluit. & hoc verum ſecundùm Hoſtien. ibi quando in generali tali ci-
tatione iudex eſſet cōminatus, ꝙ procedet ad ſentētiam. Et no. ꝙ dif-
ferentia eſt, an iudex † cōminetur ſe proceſſurum ad ſententiam: vel
ſimpliciter dicat, ad vlteriora; quia primo caſu poteſt procedere ad
3 ſentētiam, d. l. in peremptorio. nec eſt neceſſe, ꝙ in cōminatione adij-
ciatur verbum, peremptoriè, glo. ſingu. in l. ſi apparitor. C. de cohar-
talibus. lib. 12. Secundo caſu talis cōminatio non habet vim perem-
ptorij, & ad ſententiam procedi non poteſt ſecundùm Innocen. in c.
cauſamque. de reſcrip. Ange. in l. peremptorio. Ioan. de Imo. in cap.
paſtoralis. de except. & hoc verum in comminatione hominis: ſecus
in comminatione iuris, vt pulchrè determinat Matthæ. in ſuo nota-
4 bili. 8. Secundò intellige prædicta † quando ſic generaliter citatus
non comparuit in aliquo actu: quia ſi comparuiſſet ad aliquos actus,
in alijs requireretur noua citatio. ita Ioan. And. in additio. Specula. ti
tu. de citatio. §. 1. ver. Item licet. quem ſequitur domi. Anto. & Ioan.
de Imo. in c. licet cauſam. in fi. de probat. facit Auth. ei qui. ff. de bo.
aucto. iudi. poſsi. & voluit etiam hoc Federi. in conſi. 171. facit quod
no. Bar. in Extrauag. ad reprimendum in ver. Super dicto crimine. ſequitur
Petr. de Anchara. hic. ver. 11. vtrum. & faciunt quæ dicā infra in §. ſe-
quen. ſuper gl. in verbo ad id. Et quod dixi, citatum ad vnum actum
contumacem, debere citari ad alios actus, non procedit, quando ſic
citatus expreſsè dixiſſet, ſe nunquam venturum, ſecundùm glo. & Bar
to. in l. ex conſenſu. §. fi. ff. de appellationibus: ſecus ſi ſimpliciter di-
xiſſet, ſe nolle venire: quo caſu ad alios actus eſſet citādus, ſecundùm
glo. in d. c. 2. & in c. venerabilibus. §. ſecus. de ſenten. excommunic. in
6. vbi per Ioan. And. de quo etiam per Bal. in l. tres denunciationes.
C. quomodo, & quando. per glo. & Barto. in l. fi. ff. de in integ. reſtitu.
per Innocen. in d. c. ad petitionem. per gl. & plenius per Ioan. de Imo.
in Clemen. ſi ante. de dolo, & contuma. Item quod dictum eſt, con-
5 tumacem † ad vnum actum debere ad alium citari, fallit, quando a-
ctus ſubſequens haberet dependentiam cum actu præcedēte, in quo
fuit contumax. hoc probat tex. ſecundùm vnum intellectū in c. ſi Ca-
pitulo. in fin. de conceſsio. præben. lib. 6. Sequitur ibi Domi. & idem
Dominicus in d. c. 2. & Rota deciſio. 120. quæ incipit. Item ſi in be-

a I neficia-

neficialibus. bene facit, quod no. glo. 2. in c. accepimus. de ætate, & qualitate. & quod voluit Petr. de Anchara. & Ioan. de Imo. in d. c. 2.
6 ſuper glo. fina. dum tenentes contra glo. ibi dicunt, ꝙ ſi iudices † dati cum clauſula. ꝙ ſi non omnes: ſi duo ex ipſis, tertio diſcorde, proferant ſententiam: ꝙ executio ipſius fiet, illo tertio diſcorde non vocato; quia executio venit acceſſoriè ad ipſam ſententiam. & ideò diſcordans in ſententia, videtur diſcors eſſe in executione. de quo ibi plenius. facit tex. cum glo. in c. fi. de elec. & quod no. Pau. de Caſt. in conſi. 156. dicens, ꝙ negligentia in vno, nocet in alio, ſaltem connexo, & dependen. ¶ Et aduerte; quia prædicta procedunt, ſtante vera illa ſententia, ꝙ citatio generalis ad totam cauſam fieri poſsit, de qua per Innocen. in d. c. auditis. & d. c. conſuluit. per glo. & poſt edictum. ff. de iudi. per Ang. in l. de vnoquoque. ff. de re iudi. per Bar. in l. ſi prætor. in prin. de iudi. no. in c. cum dilect. & c. ſeq. de dolo, & contuma. per Federi. in d. conſ. 156. incipiente. Caſus talis. per Abb. in c. fi. col. 4. de dilatio. Rom. in l. 1. de arb. col. 6. quæ oïa diligenter nota.

Gloſa in verbo, non excludi.

7 Concludit, ꝙ ſicut in plenarijs; ita in ſummarijs † iuramentum calumniæ poſsit tacitè omitti. & cum glo. reſidet Pau. & Cardin. in 1. oppoſitio. & in quinto nota. quia c. primum. de iur. calum. diſponens iuramentum calumniæ poſſe omitti, nõ diſtinguit inter cauſam plenariã, & ſummariam. & idem tenet hic Io. de Imo. col. 18.

SVMMAE.

1 *Petitio ad quem finem ſit in ſcriptis redigenda.*
2 *Libellus an offeratur reo expenſis actoris. & quomodo ſit intelligendum hoc pronunciatum.*
3 *Verba, offerre, dare, tribuere, & ſimilia gratuitam conceſſionem important. Et an ſecundùm Bart. inſpiciatur conſuetudo loci, quòd libellus offeratur expenſis actoris, ibid.*

Glo. in verbo, formam.

1 Quærit ad quem effectum † petitio debeat in ſcriptis redigi: dic vt in ea, quam ſigna in eo, quod dicit, ꝙ li-
2 bellus offertur † reo expen. actoris. nam idem tenet glo. in Clemen. cauſam. de elec. & in Cle. 2. de appel. Io. de Imo. & Card. hic. Ioan. de

Fantu.

Fantu.& Domini.in c.offeratur 3.q.3. & Cardin.in d.Clem.2.dicens, 3 ꝙ † iſta verba, offerre, dare, tribuere, & ſimilia gratuitam conceſsionem important. facit.c.cum perſonæ. de priuile.in 6.& quod ibi not. Io.An.dicens, ꝙ copia priuilegij dari debet expen.producen.cum ipſe teneatur producere iura ſua allegat not.in d.c.2.ſed ad hoc reſponderi poteſt ſecundum Io. de Imo. & Domini. in d.c. cum perſonæ. ꝙ aliud eſt producere iura, aliud offerre libellũ. & quia probatio debet fieri iudici, & non parti.c.ſtatutũ.§.cum verò.de reſcrip.lib.6.l.quinquaginta. ff. de probatio.l.1.C.de condi.ob turpem cauſam.libellus non offertur iudici. Abb.in d.Clemen.cauſam.remittit ad no.per ſe in c.1.de libel.obla.& ibi tenet contra glo. prædictas per l.1.in princ.ff. de eden.ſatis enim eſt, ꝙ reo fiat copia ad deſcribendũ.& hãc partem tenet Ang.in d.l.1.dicens ibi eſſe caſum, ꝙ producens inſtrumenta in iudicio, non tenetur dare copiam ſuo ſumptu.& idem dicit in libello, qui licèt offerendus ſit per actorem, Auth.offeratur.C.de li.cõteſt.nõ tamen ſuo ſumptu. Bal. in d.l.1. de libello apertè non loquitur: licèt dicat, ꝙ ille, qui tenetur alicui edere, non tenetur ſuis ſumptibus. Sed idem Bal in d.Auth.offeratur.clarè tenet, libellum non eſſe dandum expenſis actoris: quia ad aliud actor non tenetur, quàm edere.& edere dicitur, faciendo copiam tranſcribendi. allegat.d.§.edere. & ita dicit tenere Cy.in d.Auth.offeratur. Sed in aliquibus locis ſeruatur cõtrarium. Io.de Ligna.in d.Cle.cauſam. tenet cõtra prædictas gl.quia rub.dicit de edendo, ideſt demonſtrando. & abſonũ videtur, ꝙ actor ſit ſcriptor rei, l.nimis.C.de teſtibus.ex quibus apparet nõ benè fuiſſe locutum Card.in d.Clem.2.volentẽ verba, edere, offerre &c.importare gratuitam editionẽ.nam cõtrarium probatur in d.§.edere.& illa gratuita conceſsio põt reſtringi quò ad facultatem conſequendi copiam; ſed non quò ad expenſas producẽtis.Bar.in d.l.1. & in d.Auth. offeratur. dicit ſeruandã eſſe conſuetudinẽ, quæ in aliquib. locis vnũ ſeruat, in alijs contrariũ. Sequendo glo. tu habes conſiderare tex. in d.Auth.offeratur.iuncto tit. de eden.ex quibus probatur, ꝙ actor tenetur ad duo, ſcilicet ad eden.& offeren.ſed offerre dicitur, quãdo ſuis expenſis: alias iſta obligatio offeren. ſi nil aliud importaret, quàm ſimpl.editio. fruſtra dixiſſet, offeratur. Cogita, & ſtante loci conſuetudine, illam obſerua.l.de quibus.ff. de legi.1.diſt.c.conſuetudine.§. ex non ſcripto.Inſt.de iure na.ceſſante itaq; cõſuetudine, durũ eẽt recedere ab opi.glo. ¶ Et adde prædictis quæ no.Bart.in l.2.§. defendi.ff.ex quibus cau.in poſs.ea.& in l.1.in fin.C.de procura.vbi determinat,

minat, ꝙ expenſis procuratoris, volẽtis litigare, debet dari copia mã dati, quando dñs, ſi vellet, poſſet perſonaliter litigare; aliter enim fieret deterior conditio litigantis cum procuratore: vbi verò perſona principalis non poſſet comparere, ſufficeret procuratorem facere copiam deſcribendi ſuum mandatum, per d. §. edere. Et ita tenent Ray, Bart. Ang. & Albe. in d. §. defendi. Et facit quod no. Pet. de Anch. in c. mulieres. de iudi. lib. 6. & in c. ſtatutum. §. inſuper. de reſcrip. eo. lib, dum quæritur, cuius expenſis debeat mitti ad abſentem principalẽ pro iuramento calumniæ ab eo præſtando, tanquàm melius informato, vel magis legali perſona: vide ẽt quod no. Domi. in c. præſentium. in prin. in 8. col. de teſtibus. lib. 6. dum quærit, ſi reus petat, actorem abſentem tanquàm melius informatum debere perſonaliter poſitio. reſpondere, cuius expenſis hoc debeat fieri, vide ibi.

SVMMAE.

1 *Actor in cauſa ſummaria an, & quando poſſit reconueniri in plenaria, & quomodo intelligatur materia reconuentionis.*

2 *Reconuentio an habeat locum in cauſa appellationis.*

3 *Reconuentioni an ſit locus, vbi iudicis officium imploratur.*

Glo. in verbo, voluerit. Diuiditur in ſex partes. Primò quærit. Secundò ibi [hoc dico] ponit vnam opinionem. Tertiò ibi [ſed quidam] ponit contrariam. Quartò, ibi [ſed Pet. reuertitur ad primam] reſpondet ad l. contrariam. Quintò ibi [prædictis] huic opi. opponit, & dupliciter ſoluit. Sextò, ibi [hic tñ] ponitur diſtinctio.

In eadem ibi, ſed quidam. Adde, ꝙ hãc tenet Bart. in d. Auth. & conſequenter. & in l. 1. § fin. de va. & extra. cogni. & communiter ſequuntur legiſtæ.

In eadem gloſa in fine. Hæc glo. ſingulariter eſt notanda, quia po-
1 nit articulum, an & quando actor † in cauſa ſummaria poſsit reconueniri in plenaria. in quo articulo Pau. de Eleaza. in c. cuius in agẽdo. 3. q. 8. vt referunt do. Anto. in d. c. 2. & Io. de Imo. hic, tenent, ꝙ etiam ſi motu proprio tollantur ſubſtantialia, intelliguntur ſublata in cauſa recon-

reconuentionis. mouetur per d.c. 2. in ratione ſui, quæ vniformiter habet locum, ſiue motu proprio ſit facta, ſiue non. ſ. vt æqualitas ſeruetur in iudicijs. Et eadem ratione idem dicendum eſt, ſi coram ordinario fiat reconuentio: quia bñficio ipſius reconuentionis, &, vt æqualitas ſeruet, poterit fieri recõuẽtio, ẽt do cã plenaria, licèt cã cõuẽtionis ſit ſummaria. dicit tñ Ioã. de Imo. ſe non recedere audere ab hac opi. propter auctoritatem tantorum virorum. argum. l. minimè. ff. de legib. Sed Pau. hic dicit, ꝙ coram ordinario, & delegato cognoſcente de cauſa ſummaria, ſecundùm hanc Clemen. habet locum reconuentio, etiam de plenaria ſui natura; quia hic tex. generaliter loquens, generaliter eſt intelligendus. quam rationem ſenſit glo. hic in fin. & ad hoc Lapus hic allegat iura, quæ hic allegat glo. in ver. Sed quidam. & maximè mouetur per d.c. 2. ¶ Ad opinionem, & rationem Innocen. reſpondet, ꝙ procedit in ſummarijs, de quibus non loquitur hæc Conſtitutio. nam ſecundùm Pau. quædam cauſæ ſunt propriè ſummariæ, in quibus non requiritur plena probatio, ſed ſemiplena, quandoque iuramentum tantum. l. præſenti. C. de his, qui ad eccleſiam confu. quandoque vnus teſtis, vt per Specu. de officio iudi. §. fi. ver. 6. & in iſtis vera ſit opinio, & ratio Innocen. natura enim reconuentionis non debet eſſe tantæ efficaciæ, ꝙ faciat ſatis eſſe ſemiplenè probare (cum tanto, & finali præiudicio aduerſarij) id, quod erat plenè probandum. Quædam ſunt cauſæ impropriè ſummariæ, & ſic iſtæ dicuntur; quia excludunt iudicij ſolemnia, vt hic: & in eis habet locum reconuentio, in qua ſimiliter ſine ſolemnitatibus iudicij procedetur, ita ꝙ vna ſententia poterunt terminari, vt exigit natura reconuentionis. Ad l. 1. C. vbi cauſa ſta. allegatam hic glo. in ver. Pet. reſpõdet Pau. ꝙ ibi non admittitur reconuentio proter naturam poſſeſſorij ibi intẽtati, qđ in hoc eſt priuilegiatum. c. 1. de ordi. cognitionum. petebat enim ibi dominus ſeruum fugientem ad aliam prouinciam, & ſibi libertatem vendicantem. & ibi dicitur, ꝙ iudex loci, vbi eſt, reſtituet eum domino: & iudex loci, vnde fugit, cognoſcet de libertate. ſicut dicitur de vxore, quæ primò debet viro reſtitui, quàm cognoſcatur de iuribus matrimonij. c. ex conqueſtio. c. ex tranſmiſſa. de reſtitutione ſpoliato. Cardin. hic col. 7. dicit, ꝙ opinio Pau. licèt diuerſa in verbis, eſt tamen effectualiter eadem cum opinione glo. poſita in verſi. æquum tamen. vſque ad finem. imò plus continet glo. in eo, ꝙ dicit diſtinguendum, quando cauſa eſt ſummaria per commiſsionem, an motu proprio emanauerit, vel ad inſtantiã. Ab. in d.c. 1. co-

lum. 13. & ſequen. poſt multa videtur adhærere opinio. Pau. de qua ſupra, cum duplici tamen limitatione. Prima, vt prædicta procedant, quando conuentio, & reconuentio reſpiciunt diuerſas cauſas. Si verò concurrunt reſpectu eiuſdem cauſæ, puta quia petitiones fiunt, & dantur hincinde contrariæ; verbi gratia, petit debitor pronunciari contractum vſurarium, actor directè petit contrarium. ſ. pronunciari fore legitimum, & exequendum, & vltra dicit, reconuentionem rei non debere admitti, quaſi ſit plenaria, hoc enim caſu non auditur, immo tunc reconuentio admittitur; quia non eſt ſeparata à conuentione, ſed illi annexa, veluti quædam defenſio, argu. c. cum inter, de except. facit quod no. Innocen. in c. ex conqueſtione. de reſtitutio. ſpoliato. & ita dicit tenere Lapum in allegatio. 3. ¶ Secundò limitat Abb. prædicta procedere in vera reconuentione. i. quando per eã prorogatur iuridictio: aliàs ſecus, vt ibi per eum. ¶ Sed iuxta prædi-
2 cta quæritur: an in cauſa appellationis habeat locum † reconuentio? Geminia. hic tenet, quod non, per l. ad cognitionem. ff. ex quibus cau. in poſſeſs. ea. & per l. 2. §. legatus, ff. de iudi. Sed Cardina. hic colum. 8, dicit, quod immo ſi fuit appellatum ante litem conteſta. quia tunc iudex ad quem ſuccedit in locum iudicis à quo, c. vt debitus. ſupra de appella. ſicut coram primo habuiſſet locum reconuentio, ita & coram ſecundo, de quo tamen ſe remittit ad no. per ſe in d. c. 1. vbi per Abb. colum. 15. & ſequen. Rememoro tamen tibi vnam ſingularem limitationem Ange. in d. §. ligatis, vbi per illum tex. & per d. l. ad cognitio. dicit, quod vbi appellans voluntariè ageret coram iudice appellationis (puta quia licèt haberet iudicium appellationis in patria, voluit tamen extra patriam adire ſuperiorem) tunc, cum voluntariè coram tali ſuperiore dicatur litigare, poterit reconueniri coram illo, argum. ſumpto à ceſſante ratione dictorum iurium. Et hanc dicit eſſe ſuam opin. menti tenendam. Sed an, vbi intentatur officium iudicis, habeat
3 locum † reconuentio? Ioan. And. in d. cap. 1. tenet quod ſic, vbi principaliter intentatur: ſecus ſi incidenter, argum. cap. 2. de officio iudi. nam principaliter ſic petitum ſuccedit loco actionis, d. c. 2. quoniam indirectè aliquid petitur à parte: & ideò ſi petitio ſimpliciter concluderet iudicij, aliud eſſet. alleg. Ioan. And. tex. vbi dicit eſſe caſum, in l. 1. in fin. ff. de var. & extraordina. cogni. de quo per Speculato. titu. de reconuentio. & Abb. in d. c. 1. colum. 27. ¶ Tu adde glo. & Ange. in l. ſed ſi reſtituatur. in prin. ff. de iudi. quæ tenet, quod vbi intentatur officium iudicis, non habet locum reconuentio: ſed Ange. ibi ſe remittit

ad notata

ad notata in Auth. & conſequenter. C. de ſent. & inter. ¶ Adde glo. in c. qualiter. il 2. in prin. in glo. magna. in fi. quæ ſecundum Ioan. de Imo. ibi idem tenet. ¶ Vltimò adde Bar. in d. l. 1. in fi. diſtinguentē, aut pro magno debito imploratur officium: aut pro paruo, vt primo caſu nō ſit locus reconuentio. ſecundo ſic. de quo ibi. ¶ Hanc reconuentionis materiam potuiſſem huic glo. applicare: ſed quia nimis eſt diffuſa (ne vltra propoſitum nimis hæc repetitio ſe extendat) me remitto ad legiſtas in d. Auth. & conſequenter. & cano. in d. c. 1. & 2. de mutuis peti. vbi latè per Ab. & latius per clariſsimum do. Marianum Socinum Senenſem. ſatis vobis ſit prædicta tetigiſſe ad intelligētiam dictorum in glo. iſta.

SVMMAE.

1 *Reconuentio vt habeat priuilegium ſimultanei proceſſus, an fieri debeat in ipſo litis exordio: an verò quò ad effectum prorogandi iuriſdictionem fieri poſsit, eodem etiam durante iudicio.*

2 *Exordium litis, an dicatur eſſe duplex; nempè vnum ex parte actoris, cum petit à reo; alterum ex parte rei, cum petit ab actore, vti Lapus diſtinxit. Et an ſolùm in cauſis ſummarijs fiat reconuentio in exordio litis, & non in alijs.*

3 *Actor iudicem, quem pro ſe approbauit, non debet dedignari eundem contra ſe habere.*

4 *Reconuentio propriè ſumpta dicitur illa, quæ habet omnia eius priuilegia, & debet fieri ante lit. conteſt. vel paulò poſt.*

5 *Reconuentio impropriè ſumpta dicitur illa, quæ ſolùm tendit ad prorogādam iuriſdictionem, & valet partibus non contradicentibus.*

6 *Exordium litis propriè an dicatur ipſa litis conteſtatio. Et an in cauſis ſummarijs iuramentum calumniæ ſit litis exordium.*

7 *Scriptura quare requiratur in petitione, & ſententia in cauſis ſummarijs.*

Gloſa in verbo, exordium.

Quærit vſq; ad quod tēpus poſsit fieri reconuentio: & ponit duas opin. tandem concludit, ꝙ ad hoc, vt reconuentio † habeat priuilegum ſimultanei proceſſus, de‑
1 bet fieri in exordio litis, per hunc tex. quæ quantùm ad effectum pro rogandi iuriſdictionem iudicis poteſt fieri, eodem durante iudicio. c. diſpendia. §. reus quoque. de reſcript. lib. 6. Et cum hac glo. tranſeunt Pau. & Stepha. ſed Lap. illam intelligit procedere in caſu ſuo. ſ.

quando ſine ſtrepitu, & figura iudicij procedit. Et ſecundùm ipſum
2 eſt aduertendum, ꝙ duplex eſt † exordium litis; vnum ex parte acto-
ris, cum petit à reo: alterum ex parte rei, cum petit ab actore. & ideò
ſecũdùm ipſum, ſicut actor in exordio petit; ita reus, quando petit, di
citur in exordio petere quò ad actorem. ¶ Iſta fuit ſubtilis inueſti-
gatio, ſed reprobatur per Cardina. hic; quia primò non eſt verum, qđ
dicit Lapus, ꝙ ſolum in ſummarijs fiat reconuentio in exordio litis,
& non in alijs; quia ſtud iure non probatur. Præterea ſecundũ mem
brum Lapi reprehenditur; quia hic tex. ſimpliciter loquitur in exor-
dio litis, & loquitur de eodem exordio: quare concludit Card. verum
eſſe quod dicit glo. Io. de Imo. dicit hanc glo. poſſe dupliciter intelli-
gi. ¶ Primò, ꝙ quandocunque eodem durante iudicio, reus poſsit
reconuenire actorem coram iudice aliàs ſuo: & iſtud eſt clarum; quia
etiam poſt finitum iudiciũ poſſet. ¶ Secundò poteſt intelligi, ꝙ reus
poſsit reconuenire, durante primo iudicio, corã iudice, qui aliàs erat
3 iudex actoris, hac ratione: quia ex quo actor † illum approbauit pro
ſe, non debet dedignari eundem iudicem contra ſe habere, d. l. cum
Papinianus. C. de ſent. & interlo. & d. c. 2. & hic intellectus eſt magis
notabilis, quàm primus, qui non habet dubium. Et hunc ſecundum
ſequitur Bar. in d. Auth. & conſequenter. licèt Io. Cal. contrarium te-
neat hac ratione; quia non reperitur iure cautum. Tandem ipſe Io. de
Imo. dicit veriorem eſſe opinionem glo. quam ſequitur Bar. quia & ſi
non ſit tex. expreſſus, ſaltem hoc ſuadet vrgentiſsima ratio ſupra di-
cta. quia non debet dedignari, &c. Et ita credit Imo ꝙ ſeruaretur in
practica hanc etiam opin. ſequuntur do. Pe. & do. Anto. in d. c. 2. Do-
mini, iſte eſt difficilis paſſus, de quo latè per Ab. in d. c. 1. vbi poſt mul
ta reſpondet ad contrarium d. §. reus quoque. quia ibi illud verbum
[eodem durante iudicio] debet referri ad verbum, conuẽtionis, quod
immediatè præcedit: nec inconuenit, ꝙ vnum verbum ad diuerſa re-
feratur. ſimile habetur in c. ab excommunicato. de reſcrip. & ideo in-
quantum refertur ad reconuentionem, debet intelligi, ꝙ fiat in princi
pio, ſed quando refertur ad conuentionem, debet intelligi, vt ſonat. Et
hunc intellectum primò firmat Ab. ratione; quia promptum eſt iura
iuribus concordare. Secundò, quia ille §. reus quoque. non venit in fa
uorem rei, ſed potius ad reſtringendam eius facultatem, vt durãte iu-
dicio, actor non valeat propulſare coram alio iudice. non debet ergo
operari contrarium effectum. ſ. vt tribuat poteſtatẽ reo reconueniẽ-
di indiſtinctè, durante eodem iudicio, contra alia iura diſponẽtia re-
con-

conuentionem ſtatim fieri.arg.reg.quod ob gratiam.lib.6.l.quod fauore.C.de legibus. ¶ Tertiò. Papa ibi vſus fuit illo verbo generali,eodem durante iudicio,ad oſtendendum,ꝙ quãdiu durat iudicium, nõ licet reo actorem conuenire coram alio iudice,quaſi poſtea liceat alios iudices impetrare:vnde noluit tantum ibi prouideri actori in caſu reconuentionis,ſicut prouiderat reo contra actorem,ne reus poſſit conueniri eodem tempore coram pluribus,& trahi ad diuerſos,vt patet in d.c.diſpendia. in prin. noluit ergo inducere ibi, vt indiſtinctè liceret reo reconuenire actorem,eodem durante iudicio;quia ſic prouideret contra actorem,cuius contrarium ibi intendit.Dominicus de ſancto Gemi.in d.§.reus quoque.poſt multas relatas opin.dat talem
4 doctrinam : ꝙ quædam eſt reconuentio † propriè, quæ habet omnia eius priuilegia : & iſta debet fieri ante litem conteſtatam, vel paulò
5 poſt,vt hic in glo. Quædam eſt impropria † quæ ſolum tendit ad ꝓrogandum iuriſdictionem : & hoc caſu, partibus non contradicentibus, valet,facta eodem durante iudicio coram ordinario, & delegato:quia partes bene poſſunt iuriſdictionem delegatam prorogare de re ad rem, vt no.glo.in c.P.& G.de offic.delega. & ſentit Io. An.in d. §.reus quoque. & ita poteſt procedere vno modo glo. hic. partibus verò contradicentibus diſtingue,ꝙ aut ille eſt aliàs iudex actoris : & poteſt,ſed non erit propria reconuentio , ſed conuentio , vt hic dicit glo. Aut ille non eſt aliàs ordinarius,vel eſt delegatus: & nõ poteſt fieri reconuentio , ex quò tunc pars contradicit delegato,tex.eſt ſm̃ intellectum in d.§.reus quoque . probatur in c. cum olim.il 1.de offic. delega.vbi parte contradicente,de re ad rem non fit prorogatio. De ordinario,& non ſuo iudice etiam patet;quia in proroganda iuriſdictione ordinarij requiritur conſenſus partium,vt no.in d.c.P.& G.& ita Hoſtien.in.c. 1.de mut.peti.licèt glo.hoc non declaret. ¶ Et hanc partem, ꝙ poſt litem conteſtatam non poſsit fieri reconuentio , niſi ſtatim poſt,tenet Lap.in allegatio.3.dicens ita practicari. ¶ Et hanc quæſtionẽ ſecundùm Dominicũ in d.§.reus quoque.decidit iſta Clemen.quod ſic demonſtrat. nam tẽpore Clementis iſta dubitatio erat in eſſe deducta,tã per iura ſuprà allegata , quàm per tex. in d.§.reus quoque . ergo cum hic tex.dicat , ꝙ petitio rei eſt fienda in ipſo litis exordio,ſi aliquid petere voluerit,ꝑ conſequens dicendum eſt, Papã hic voluiſſe decidere quæſtionẽ ipſam.Pet.de Anch.in d.§.reus quoque.in 7.nota.& in col.5.verſi.Ego prout dixi. dixit non ſibi placere cõem opinionem.Primò,quia verba [eodem durante iudicio] poſita

d.§.reus quoque.referuntur ad verbum,conuentionis, & reconuētio nis.quæ ſalua ratione recti ſermonis,nõ magis poſſunt referri ad ver bum,conuētionis,quàm reconuētionis, ergo relata ad duo vniformi ter erunt intelligēda,l.iam hoc iure.ff.de vulga.& pupilla. ¶ Secundò verbum, maluerit, ibi poſitum ſonat in arbitrium eligēdi, & dat reo electionē impetrandi nouos iudices,vel vtēdi reconuētione. ¶ Tertiò communis opinio eſt,ꝙ conuētus in ſummario iudicio, poſsit reconueniri in plenario abſque priuilegio ſimultanei proceſſus: ſicut er go diuerſorum natura non impedit reconuētionē; ita non debet impedire interuallum tēporis. arg.l.miles ita.§. quod dicimus.ff.de teſtam.mili. ¶ Quartò.cum iudicium habeat longas moras.l.eo tem pore.ff.de peculio.abſurdū eſt dicere,ꝙ in proſecutione iuris ſui reus debeat hic finē iudicij arctare ad impetrandum literas contra mētē d.§.reus quoque.qui ad hoc non arctat,vt probatur ex verbo,malue rit,ibi poſito.Iſta opinio Pet.de Ancha.ſubtilis eſt, & benè notanda.

6 ¶ Sed tunc quæritur,quid ſit exordium † litis?Pau.ſe remittit ad no. in c.ſuper quæſtionū.de offic.deleg.vbi dicitur,ꝙ exordium propriè eſt litis conteſta.facit c.1.de lit.conteſta.in 6. ¶ Et ſi dicatur. quomo do de hoc exordio litis conteſta. poteſt intelligi hic tex. cum loquatur in cauſis, in quibus litis conteſtatio non requiritur? Soluit Pau.ꝙ in iſtis cauſis, vſque ad iuramētum de calum.fiet reconuētio, anteꝗ̃ dentur poſitiones,& articuli, & alia fiant,quæ habēt ſequi litis conte. & ſic in iſtis cauſis iuramētum de calumnia dicetur exordium.Et idē tenēt Lap.Gemi.Matheſi.& Cardin.hic.faciunt quæ plenè dixi ſupra in prin.huius §.in 5.notabili.

Gloſa in verbo, eligat.

Quærit;quia dicitur in tex.ꝙ petitio in ſcriptis,vel verbo,debet fieri,cuius erit electio?reſpondet,ꝙ petētis. idē tenent Pau. & Cardina.

Gloſa in verbo, informari.

Colligit practicam aduocatorum,qui faciunt triplicem copiam libelli.dic, vt in glo.

Gloſa in verbo, clarior.

Quærit, in quo fiet clarior diffinitio, ſi petitio redigatur apud acta?reſpondet, ꝙ cum memoria noſtra ſit la

bilis

bilis.c.præterea.23.diſt.l.peregre.ff.de acquir.poſs.l.hac conſultiſsima.§.at cum humana.C.qui teſtam.fa.poſs. ſi non ſcriberetur, poſſet occultari, & impediri veritas. Itē de quo petitio ſcripta reperitur, poterit exprimi in ſnīa, vt eſt moris. Et ex his ſecundùm Io.de Imo.ha-
7 bes verā rationē, quare exigitur ſcriptura † in petitione, & in ſnīa in ſummarijs; quia per hanc Clem. non intelliguntur prohibita ea, quæ concernunt indaginē veritatis, vel conſeruationē indagatæ veritatis, vt in ſimili dixit glo. in verbo, defenſionis.

SVMMAE.

1 *Poſitiones ad faciliorem litis expeditionem ſunt inuentæ.*

2 *Articuli ſunt in cauſa dandi. Et quid continere debeant, & quando per iudicem admittendi.*

1 tio: qua pendente producitur, vel adducitur aliquid, ſuper quo diſputatur, an ſit admittendum: tali diſputatione pendente, non currit dilatio. concordat optima glo. in verbo, videtur. in c. cupientes. §. ꝙ ſi per 20. de elect. in 6. Confirmatur hæc concluſio ex multis. ¶ Primò ex eo, quod tenet Bal. in l. 1. in col. 2. ver. Vlterius no. hic. C. de iuram. calum. per illum tex. ſ. ꝙ antequam reſpondeatur poſitioni ſub iuramento calumniæ, terminus datus ad probandum non currit, quod etiam tenet Specu. ti. de dila. §. 1. verſi. Sed nunquid. ¶ Secundò facit bon. tex. ſecundùm vnum intellectum in c. cum ex literis. de in integ. reſti. vbi probatur, ꝙ quadriennium datum ad petendum reſtitut. in int. non currit pendente dubio, an reſtitutio competat, vel non. ¶ Tertiò facit tex. in l. qui interrogatus. ff. de interrog. actio. vbi ſecundùm Bal. ibi probatur, ꝙ donec iudex deliberat, an articulus ſit impertinens, vel pertinens, non currit dilatio data. ¶ Quartò facit, quod no. Pau. & Do. in c. pia. §. 1. de excep. in 6. vbi dicunt, ꝙ dilatio octo dierū, de qua ibi ad probādum excōmunicationem, non currit interim, donec diſputatur, an ſit verum, illum eſſe excommunicatum. ¶ Quintò facit quod no. Rota deci. 340. quæ incipit. Item fuit dubitatum. dicens, ꝙ tempus bimeſtre, vel trimeſtre datum iudici pro teſtibus recipiendis, vt in c. licet cauſam. de probat. c. præſentium. de teſtibus. lib. 6. non currit pendente compromiſſo. ¶ Sextò facit Clemen. quādiu. de appell. Auth. ſi tamen. C. de tempo. appella. vbi fatalia proſequendi appellationem non currunt, ſtante compromiſſo. ¶ Septimò facit quod no. Rota deciſio. 110. incipiente. Item ꝙ fatalia. concludens, ꝙ fatalia non currunt proſequenti cauſam ſuper attentatis, appellatione pendente, quando appellans agens ſuper attentatis vincit: ſecus ſi ſuccumbit; quia tunc ſibiipſi impedimentum fecit, & dolo sè egit: ergo cum dolus ſibi non debeat patrocinari, fatalia currunt. ad hoc facit, quod infra dicam. ¶ Octauò facit, quod no. Cyn. in l. contra maiores. C. de inoffi. teſtam. & Rapha. Cum. in l. ſi expreſsim. ff. de appell. colum. 15. Bald. & Do. meus Peruſinus. in c. dilecto. in 8. colum. de appella. in illo articulo: an pendente cauſa nullitatis, currat

tempus

tēpus in cauſa appellationis. ¶ Nonò facit, quòd no. Bal. in l. 1. charta pen. ver. His expeditis, reſtat venire ad vltimum. C. qui accuſa. non poſs. vbi plenè per quinque col. tractat, an terminus à ſtatuto deſcriptus, infra quem cauſæ criminales terminentur, à die accuſationis, vel inquiſitionis currat, quādo accuſatus, vel inquiſitus accuſat teſtes de falſo, vel contra eos inquiritur, pēdente proceſſu contra teſtes. ¶ Decimò facit, quod no. Pau. de Caſt. in conſi. 21. col. 7. determinans, ꝙ pendente quæſtione ſuper deſertione appellationis, non currunt fatalia. ¶ Vndecimò facit, quod no. Ioan. And. in c. ſi electio. de elect. lib. 6. vbi tenet, ꝙ ſi appelletur ab irritatione electionis, non currit tempus ad eligendum: quia appellatione pendente nihil eſt innouādum, 2. q. 6. c. appellatione. & ideo cum electores habeant iuſtum impedimentum, tempus illis non currit. c. ne pro defe. de elect. ¶ Duodecimò facit verbum Spe. tit. de appella. §. 1, ver. Sed nunquid currat. dicentis, ꝙ terminus ſtatutus ad probandum exceptionem non currit, donec diſputatur, an illa exceptio ſit admittenda. & ſequitur Bald. in l. 1. C. de iuram. calum. ver. Adde etiam. colum. 2. ¶ Tertiodecimò facit doct. Bald. in l. quādiu. in fi. q ff. de acquiren. hæredita. volentis, ꝙ terminus ad probandum non currit, donec diſputatio examinatur, & iudex deliberat, an articuli ſint admittendi, vel non. Et idem dicit de tempore ad probandum, vt non currat, pendente tempore ad reſpondendum poſitionibus datis, & ſic antequam pars poſitionibus reſpondeat. quod etiam tenet Bal. in l. 1. C. de iuramen. calum. & alibi etiam ſupra dixi. Vtriuſque dicti Bal. in d. l. quādiu. aſsignat ratiōē: quia prius, quàm iudex admittat articulos, vel pars reſpondeat poſitionibus, volens probare eſt impeditus impedimento iuris: ergo non currit ſibi terminus, l. ſecunda §. in omnibus. ſecundùm vnam lecturam. ff. de iudicijs. Et optimè facit glo. ſingularis in verbo, videbitur. in dicto §. ꝙ ſi per 20. dicens, ꝙ terminus legalis aſsignatus ad probandum non currit, donec pendet cognitio, an exceptio oppoſita ſit admittenda. ¶ Aduerte tamen, & attende bene: quia licèt Doct. hic, maximè Io. de Imo. ſic intelligant gl. iſtam velle, vt ſupra retuli, & ita ſoleat frequenter allegari: & ego dixerim ſupra concordare gl. in d. §. quod ſi per viginti. in verbo, videbitur. Nunc tamen diligentius hāc glo. conſiderans, dico, ꝙ immo hæc glo. non concordat cum glo. in d. §. quod ſi per 20. & conſequēter non facit ad doctrinam Bal. de qua in d. l. quādiu. & ſupra retuli. nam manifeſtè dicit hæc gl. ꝙ iudex nō debet aſsignare terminum ad articulandum, & ponendum, & poſtea

terminum

terminum ad probandum;quia ex illo ſequeretur abſurdum, ꝙ productis articulis,vel poſitionibus in termino, tempus curreret ad probandum,priuſquàm reſponderetur poſitioni,vel admitterentur articuli. ecce ergo qualiter ſentit, & innuit, ꝙ tempus ad probandum currit,antequam articuli admittantur per iudicem, vel pars reſpondeat poſitionibus.Et ita declarat velle hanc glo. celebratiſsimus Iuriſconſultus do.Fran.de Are.in c.vltra tertiam. de teſtib.col.8.& ſeq. colligens,& inferens ex hac glo.ſic intellecta duo. ¶ Primum,ꝙ ille,
3 qui habet † terminum ad ponendum,vel articulandum, ſatisfacit termino,ſi producit articulos,vel poſitiones in termino, licèt infra terminũ non faciat admitti articulos, vel reſponderi poſitionibus. ¶ Secundum, ꝙ probatorius terminus currit, licèt articuli nõ ſint admiſſi,vel poſitionibus reſponſum.Et in hanc ſententiam dicit Aret. inclinare Bal.in l.ſi cum ipſe.ff.de excu.tuto. vbi poſt Dyn.in reg. non licet actori.lib.6.dicit cautelam eſſe, facere pronunciari per iudicem, ꝙ non currat terminus probatorius, donec ſit reſponſum poſitionibus, vel admiſsi ſint articuli: & ſic ad tollendum difficultates obſeruat practica ſecundùm Roma. in d.l.quãdiu. Bald.autem in d.l.contra maiores.concordando has opiniones,vt refert, & ſequitur Rom. in d. l.quandiu.diſtinguit,ꝙ aut probabiliter poteſt dubitari,an articuli ſint admittendi,vel non: tunc etiam ſi iudex aliquos non admittat, & ob id diſtulit admiſsionem cæterorum, non currit terminus; quia pars incerta non potuit probare, impedita impedimento iuris: quod fortius procederet,ſi poſtea articuli, de quibus dubitatur, fuerunt admiſsi.ſi verò non erat probabilis dubitatio (quia articuli erãt impertinentes, & non admittendi) tunc quia eſt, quod imputet ſibi pars, quæ illos articulos deduxit: ideò illi currit terminus.l.2.§.non ſolum.ff.ad Tertul.vbi tex.notabilis, per quem determinat ibi Bart. ꝙ ſi diſputatũ ſuper mandato.& poſtea pronunciatur mandatum legitimum, currit terminus ad faciendum actum ſequentem, ſi exceptio propoſita non habebat probabile dubium:quod eſt ſingulariter notandum.Et ad hoc bene facit deciſio Rotæ.cap.2.incipiente. Item,ꝙ fatalia.quam ſupra allegaui. ¶ Conſidera tamen,vbi ſupra Aret.hãc diſtinctionẽ Bal.ſolum procedere,vbi diſputatur,an articuli ſint admittendi,vel non; & non procedere,quando pendet terminus ad reſpondendũ poſitionibus: nam cum hoc caſu pars vtatur permiſsione iuris, quo caſu vſus poſitionũ inuentus eſt,vt hic, & no.in c.1.de cõfeſsis.lib.6.nihil eſt, quod ſibi poſsit imputari, ſi non vult probare

prius

prius, quàm ſciat, in quibus releuetur ab onere probandi per reſpon
3 ſionem aduerſarij, vt innuit hæc glo. in fi. Sed tu etiam conſidera, quia hæc ratio fortè non eſt bene tuta: nam quemadmodum ius permittit fieri poſitiones, ita etiam permittit fieri articulos. Præterea eo caſu, quo poſitiones eſſent impertinentes, eſt ꝙ poſsit imputari ſic ponenti. Cogita, & nota prædicta, quia pro certo ita diſcuſſa alibi non inuenies. Non etiam quieſcit animus in eo, quod Aretin. in d. c. vltra tertiam. colligit hanc glo. velle, ꝙ probatorius terminus currit, licèt articuli non ſint admiſsi, vel poſitionibus reſponſum; quoniam quicquid ipſe dixerit, in eius fortè libro gl. erat aliter ſcripta. Ego in meo libro, & in quodam alio ſtampato reperio, quòd immo glo. dicit id, ad quod ſolet allegari, & ſic concor. cum glo. in d. §. quod ſi per 20. Dicit enim formaliter, prima placet; & maximè quia poſitionibus datis in termino reſpondendum eſt, articuli etiam examinandi. Illud ergo tempus, quo ſuper his inſtatur, non currit in termino productionis: nec eſt congruum parti ſtatui terminum ad probandum prius, q̃ ſciat, in quibus releuetur, & quos articulos probare teneatur. verba
4 ſunt formalia glo. ecce ergo clarè glo. velle, tempus † quo examinantur articuli, an ſint admittendi, non currere in termino productionis. Iterum bene cogita, & conſidera.

Gloſa in verbo, remiſsionem.

Quærit de forma remiſsionis, & ſe remittit ad c. præſentiũ. de teſti. & aliquid dixi ſupra in 10. notabili.

Gloſa in verbo, pro teſtibus.

5 Quærit, an pro teſtibus probatorijs detur † remiſsio? reſpondet, ꝙ ſic, per hunc tex. qui loquitur generaliter. Idem dicit gl. pro teſtibus reprobatorijs, per hunc tex. & per d. c. præſentium. idem tenet Pau. Io. de Imo. & Card. col. 7.

Gloſa in verbo, producendum.

Quærit, an ſemper in dilatione data ad producendum inſtrumenta liceat producere teſtes: & tenet, ꝙ non, ſe remittendo ad no. in c. peruenit. de teſtib. cogen. Idem tenet Pau. eadem ratione. nam licèt appella
tione

tione inſtrumentorum veniant teſtes, d.c.peruenit. tamẽ inſtrumenta producuntur publicatis atteſtationibus,& non teſtes; quoniam in inſtrumentis non timetur ſubornatio.c.cum dilectus. de fi.inſtrumento.ſecus in teſtibus Clementi.teſtibus.facit, quod no.Specula.titu. de dilatio.§.fi.ver.Item no.ꝙ cum datur.ex quibus infert Pau.ꝙ vbi non obſtaret teſtium publicatio (quemadmodum in termino producendorum teſtium) producũtur inſtrumenta, vt hic: fortius econtra in termino producẽdi inſtrumenta, producerentur teſtes.d.c.peruenit. nam gratia vtriuſque debet dari dilatio.l.notionem.§.inſtrumentorum.ff.de verbo. ſignifica.Iſto enim caſu ceſſat ratio ſubornationis, ideo admitti debet talis productio. ¶ Aduerte tamen ad vnum,ꝙ in
7 termino dato ad producendum † teſtes non omnia inſtrumenta poſſunt produci, ſed ſolummodo quæ faciunt ad cauſam. & ſic quæ potuiſſent produci in termino dato ad producendum omnia acta, & monumenta ſecundùm Paulum hic,& Cardina.colum.7. quod eſt bene notandum.

SVMMAE.

1 *Inſtrumenta producere volens poſt terminum ſibi datum audietur, iure aduerſarij illæſo manente, ſecundùm tertiam opi. glo.*

2 *Productio inſtrumentorum licèt poſt terminum datum admittatur re integra, & iure aduerſarij illæſo manente: non tamen admittuntur articuli dati poſt terminum, nec probatio, quæ fieret per teſtes, quæ requirit cauſæ cognitionem in longum tractum.*

3 *Inſtrumenta an poſſint indiſtinctè produci vſque ad concluſionem in cauſa ſecundùm Glo.in 2. opinio.*

4 *Terminus ad probandum, & probatum habendum per omne genus probationis licèt habeat vim concluſionis in cauſa, non includit tamen probationem per confeſſionem.*

5 *Probatio per confeſſionem non eſt propriè probatio, ſed probationis releuatio.*

6 *Terminus ad probandum, & probatum habendum includit probationes per inſtrumenta, quæ habent ſuum terminum vſque ad concluſionem in cauſa, niſi talia in ipſo termino exprimantur verba, ſub quibus tacitè includatur etiam inſtrumentorum productio.*

7 *Cautela, ꝙ non comparentes in termino ad inſtantiam ſcholarium præfixo, à quibus aliquid ſe debere habere prætendant, non audiantur, eſt, ꝙ iudex interloquatur, dicens: ꝙ ſi intra terminum non comparuerint, ex nunc, prout ex tunc iudico, illos amplius non audiendos.*

8 *Parti petenti nouam dilationem ad probandum id, quod poſſet probari in cauſa appellationis, petita dilatio an ſit concedenda.*

9 *Libellus, mandatum, & reſcriptum poſſunt exhiberi ſine dilatione. Item exceptio opponitur ſine dilatione, ibid. num. 10.*

11 *Iudex an poſſit præſtituere terminum ad opponendum dilatorias, quando ſuſpicatur de malitia rei.*

12 *Sponte quis dicitur redire ad gratiam, etiam ſi veniat poſt præſtitutum tempus ad petendam gratiam, dummodo res ſit integra.*

13 *Res integra dicitur, quouſque ius aduerſarij non fuerit diminutum, vel factum deterius.*

14 *Probatio teſtium an ſit re integra de æquitate canonica in ſummarijs cauſis admittenda, vbi proceditur ſine figura iudicij. Et quid in plenarijs, & ciuilibus, ibid. num. 15. Et an in criminalibus, num. 16.*

17 *Inſtrumentorum productio, an poſſit æquè admitti poſt lapſum termini, re integra exiſtente, ſicuti probatio teſtium.*

18 *Dilatio probatoria eſt peremptoria, niſi legitimum detur impedimentum.*

19 *Terminus probatorius quando non ſit parti notificatus perſonaliter, ſed tantùm ad domum, non eſt peremptorius, quando res eſt integra.*

20 *Receptio teſtis poſt lapſum termini, parte non opponente an valeat.*

21 *Teſtis receptus poſt terminum ſibi præfixum ad teſtificandum, an, & quando faciat indicium.*

22 *Productio, & examinatio teſtium an valeat, ſi pars fuerit citata ad videndum iurare ipſos teſtes, & non comparuerit.*

23 *Iudex ſi, citata parte ad dicendum, cur probationes non ſint admittendæ, vel ad videndum aſſignari nouum terminum citationis recipiat, vel terminum aſſignet, talis aſſignatio, & receptio an valeat.*

24 *Termino aſſignato à lege ad probandum in cauſa principali an poſt ipſum terminum elapſum poſſint produci teſtes in cauſa appellationis, non obſtante lapſu termini aſſignati in cauſa principali.*

25 *Termini legalis aſſignatio eſt ſententia ipſius legis, à qua non licet appellare.*

Gloſa in verbo, non obſtante,

Quærit, an vbi non ſit remiſsio pro teſtibus producen. poſsint inſtrumenta produci lapſo termino dato ad producẽdum ipſa inſtrumenta. & reſpondet per hunc tex. ꝙ non. Ex quo infert ad q. an volens † producere inſtrumenta poſt terminum ſibi datum audiatur. In qua recitat tres opin. & tandem tranſit cum tertia opi. diſtinguente,

1

ꝙ vbi

ꝙ vbi ius aduerſarij eſt illæſum, audietur, aliàs ſecus. ¶ Et hanc ter-
tiam opin. dicit glo. æquam. & vt inquit Cardin. communiter eſt ap-
probata, & eam tenet hic Stepha. & Cy. poſt Iaco. de Are. in l. ſi
ea. C. qui accu. non poſſ. Sed Barto. in l. mancipiorum. ff. de optio.
lega. hoc limitat procedere, quando in iudicio ad nullum actum eſt
deuentum, nec ad vlteriora eſt proceſſum, lapſo dicto termino: ſed
ſi ad vlteriora foret proceſſum, non poſſet de nouo producere, niſi
iuret de nouo ad ſe perueniſſe, arg. c. paſtoralis. de except. iuncta d. l.
2 mancipiorum. quæ pro Bar. bene probat. ¶ Item attende, ꝙ † licèt
poſt terminum admittatur productio inſtrumentorum, vbi ius ad-
uerſarij eſt illæſum: non tamen admittuntur articuli dati poſt termi-
num, nec probatio, quæ fieret per teſtes, quæ requirit cauſæ cogni-
tionem in longum tractatum, rõ differentiæ eſt; quia in probatione
fienda per inſtrumenta ſtatim cùm producũtur, apparet veritas ſine
alia cauſa probationis: & ideo dici poteſt, hodie conſtat, hodie aga-
tur. c. litteras. de reſtitu. ſpolia. c. cum olim. de re iudi. l. is à quo. ff. vt in
poſ. le. Et ita tenet hic Cardi. col. 8. & alle. Rotam ſic tenere deciſ. 33.
quam ego reperio eſſe deci. 30. & incipit. Item fuit dubitatum. Guil.
3 de Montelau. & Pau. tenent ſecundam opi. glo. ꝙ indiſtinctè vſq; † ad
concluſionem in cauſa poſsint inſtrumenta produci. nam cum de iu-
re hoc permittatur. c. cum dilectus. de fi. inſtru. non debet iudex arcta-
re partes, vt infra certum tempus producant inſtrumẽta; quia hoc nõ
reperitur diſpoſitũ iure, ſicut reperitur de dilatorijs: c. exceptionem.
de excep. & de refrænanda multitudine teſtium. c. ſignificauerunt. de
teſti. & dixi ſupra in glo. in verbo, partes. ¶ Pro hac opinione opti-
mè facit ſingulare verbum Abb. in c. licèt cauſam. col. 9. de probatio.
4 vbi dicit, ꝙ licèt terminus † ad probandum, & probatum habendum
per omne genus probationis, habeat vim concluſionis in cauſa quò
ad probationes facti, licèt non quò ad allegationes iuris: tñ non inclu
dit probationem per confeſsionẽ ſecundùm do. Anto. ibi, quia illa nõ
5 eſt propriè † probatio, ſed probationis releuatio, vt plenè no. in rubr.
6 de probatio. Item non includit † probationes per inſtrumenta: quia
cum inſtrumenta habeant terminum à iure præfixum, ſcilicet vſq; ad
concluſionem in cauſa, d. c. cum dilectus. non debet illa probatio in-
cludi, vbi apertè terminus non fuit ſtatutus: quia non eſt anguſtanda
probationum copia. l. qm̃. C. de hæreticis. niſi exprimantur talia ver-
ba, in quibus includatur tacitè productio inſtrumentorum: puta ſi in
dilatione dicatur, ad producendum omnia acta, & monumenta, qui-

bus partes ſunt vſuræ,& ita Abb.in d.c.licèt cauſam.per hunc tex.po nentem hanc practicam in cauſis ſummarijs. Relatis ſupraſcriptis habes,quæ ſuper hoc notabili articulo dixere & glo.& Doct. hic. ¶ Ego verò (quia articulus pulcher , & quotidianus eſt) ſtatui latius illũ diſcutere . ¶ Et addo,ꝙ primam opi.glo. quam allegat Spec. tenuit ēt Archi.in c.iudicantem.30.q.5.Item addo, ꝙ tertiam opi. glo. hic diſtinguentis, an ius aduerſarij lædatur, vel non,tenet Bal.in d.l.ſi ea.& Bart.in l.fin.ff.de ferijs. vbi dicit,ꝙ quando res eſt integra , ēt ſi nullũ ſubſit impedimentum,vel alia cauſa legitima,ex hoc ſolo,ꝙ res ſit integra, & ſic ius partis non læditur, concedi pōt ſecunda dilatio. vnde ſicut iudex poteſt concedere ſecundam dilationē, ita pōt admittere probationes ſine noua dilatione: mouetur, quia ſi nouus terminus poteſt aſsignari in cauſa appellationis , eodem modo re integra videtur poſſe aſsignari in cauſa principali . ¶ Sed hæc ratio ſecundùm Areti. in d. c. licèt cauſam. non videtur ſufficiens : quia ſi quò ad hoc cauſa principalis,& appellationis eſſet pariformis(ſcilicet ꝙ vbi res non eſt integra, nouus terminus non eſſet concedendus in cauſa appellationis) non ita ſimpliciter diſponeret l. per hanc. C. de tēpo.appel. prout diſponit,nouum terminum fore concedendum. Præterea inter cauſam appellationis , & principalem poteſt aſsignari ratio differentiæ : quia ſicut cōcluſio in cā principali facta nō obſtat in cauſa appellationis; quia partes ſe videntur limitaſſe ad cauſam principalem, quæ pēdebat, vt traditur in c.fraternitatis. de teſt.& in c.cum veniſſent. eod. titu.ſic poteſt dici,ꝙ iudex,aſsignando terminum in cauſa principali, videatur voluntatem ſuam limitaſſe ad illam cauſam,& propterea nō ſit præiudicium in cauſa appellationis. ¶ Et ſi dicatur,ex quò in cauſa appellationis poteſt aſsignari nouus terminus , eadem æquitas ſuadet,immo maior,vt aſsignetur:nunc reſpondetur,ꝙ immo iſta æquitas ceſſat , vt puniatur negligentia non probantis , quæ ſatis punitur , ſi propter hoc reportat ſententiam contra ſe . ¶ Quare, dicit Areti. vbi ſupra:ꝙ licèt prædicta ratio Bart.non videatur bona: diſtinctio tamen glo. hic in tertia ſua opi. confirmatur ex his , quæ no. Inno.in c. cum in tua. qui ma. accu. poſs. quem ſequitur Bal.& Ang. in l.ſi quis hæres inſtituatur.in prin.ff.de acqui.here.Dixit enim Inno.ꝙ ſi iudex ſtatuit terminum alicui cum comminatione, ꝙ vlterius non audietur: nihilominus re integra poſt lapſum termini debet illum audire. quod eſt notandum, quia facit ad q.quam quotidie videmus. nam ſcholares,qui probè in ſtudio vixerunt,in eorum receſſu fieri faciunt in ſcho

lis, &

lis,& plateis proclamationes, ꝙ ſi aliqui ab eis habere prætendunt, compareant infra tres dies, aliàs non audientur. nam re integra, vltra terminum prædictum venientes agere poterunt,& ab eis petere, ſecũdùm Abb. in d.c. cum in tua. ponentem, quando res dicatur integra, vt ibi per eum.
7 Cautela † tamen eſt, vt lapſo termino non audiantur: ꝙ iudex in interlocutoria, qua aſsignat dictum terminum, apponat illa verba: & ſi infra terminum non comparuerit, ex nunc, prout extunc iudico illos non eſſe audiẽdos. & ita determinat Ang. in l. quãdiu. ff. de acqui. hære. ſequitur Bartho. Cæpola in cautela 105.& Ang. Areti. latius Inſtitu. de except. in rubr. col. 31.& ſequenti, quod eſt bene notandum. ¶ Et idem dicas, ſi lapſo termino iudex interloquatur illum non audiendum ſecundùm Bal. in Auth. ad hæc. C. de vſu. colu. pe. de quo vide Ioa. de Imo. & Roma. in d. l. quamdiu.& Areti. Inſti. de actio. §. ſi minus. col. 18. Et ego aliquid latius dixi ſupra ea. Clem. in principio in tertio articulo principali in 6. q. ver. An autem is, cui eſt præfixus terminus, de quo ſupra, audiatur, veniẽs poſt terminũm. ibi vide, maximè de veritate cautelæ Ange. de qua ſupra. ¶ Aduerte et, quia contra Bar. in d. l. ſi. dicentem, ꝙ vbi pars † petit nouam dilationem ad probandum id, quod poſſet probare in cauſa appellationis, dilatio petita concedi debet, tenet Roma. in conſ. 226. incipiente. Vltra pridie allegata. dicens dictum Bar. eſſe manifeſtè falſum: quia ſecundùm ipſum ſequeretur, ꝙ ſi mille dilationes peterentur ad probandũ id, quod in cauſa appellationis probari poſſet, mille eſſent concedendæ: quod eſt abſurdum, cum lex ſtudeat amputare dilationes, l. 2. C. de tempo. ap. l. 1. C. de dilatio. ¶ Secundò ſequeretur, ꝙ ſi poſt tertiam dilationem peto quartam, vel vlteriorem ad probandum id, qđ poſſet probari in cauſa appellationis, ꝙ eſſet mihi concedenda: ſed hoc eſt falſum, quia non aliter admittitur ad petendam quartam, niſi iuret ſe in nulla negligentia fore verſatum, & notitiam harum probationum de nouo ad eum perueniſſe, argu. c. paſto. de excep. c. nulla. de elec. lib. 6. ¶ Tertiò ſequeretur, ꝙ ſi pars omnem poſsibilem diligentiam in prima dilatione adhibuiſſet, vt certi teſtes examinarentur (quod fieri non potuit iuſto impedimento) & petat ſecundam dilationem ad probãdum per omne genus probatio. dilatio concedi debet; quia talis probatio in cauſa appellationis poſſet fieri. Sed iſtud eſt falſum, quia dixit Iac. But. & ſequitur Bal. 2. col. in l. admonendi. ff. de iu reiuran. ꝙ ſecunda dilatio concedi debet ad producendum ſolum illos teſtes, in quibus fuit diligens, & ſollicitus in prima dilatione, & nõ

ad probandum alia. ¶ Præterea ſi ad omne id, quod probari poſſet in cauſa appellationis, danda foret noua dilatio in cauſa principali, quaſi de nihilo ſeruiret nobis l. per hanc. C. de temp. appel. diſponés, non probata in cauſa principali poſſe probari in cauſa appellationis. Et ita reſidet Roma. in prææallegato ſuo conſilio. quod bene nota, qa communiter Doc. tranſeunt cum dicto Bart. in d. l. fin. quod prima cõſideratione ſonat bene auribus. Quò tamen ad principalem articulũ glo. hic, ꝙ immo re integra ſine noua aſsignatione termini poſsint nõ ſolum inſtrumenta, ſed teſtes produci, tenet Bal. in l. 1. in prin. in fin. q. ff. ſi ex noxa. cauſa aga. alleg. l. ſi rem. §. quolibet. ff. de euictio. c. cũ in veteri. de elec. d. l. mancipiorum. & glo. ordi. hic. & ita dicit teneri per Doc. mouetur ratione potiſsima, quia iudex poteſt facere gratiã dilationis, quando vult. c. conſuluit. de officio delega. ¶ Sed certè ille tex. loquitur in dilatione expectatoria, quæ ſui natura non ita fortiter excludit, ſicut terminus probatorius, vt no. in Clemen. 1. de exceptio. ¶ Præterea in d. c. conſuluit. iudex ſolum concedit gratiam in diem ſequentem, & non vlteriorẽ, ergo &c. Idem tenet Bal. in l. fi. col. 3. ff. de ferijs. dicens, ꝙ re integra debet concedi noua dilatio, & etiam ſine noua dilatione iudex debet admittere probare volentes, infra paucos dies, vt purget moram. Et ſic inquit Bal. vtrunq; fieri poſſe; ſcilicet vel dare nouam dilationem, vel admittere probare volentem ſine termino: nam probationes ſine termino fieri poſſunt, nec de ſubſtantia probationis eſt terminus. l. in crimine. vbi Bart. ff. de adulte. no. dom. Anto. in d. c. licèt cauſam. Ego allego. tex. in c. prudentiam. §. ſexta. de offi. delega. ibi [ſtatim, vel infra terminum] quem ad hoc ibi ponderat Bald. Niſi tu dicas, ꝙ ibi tex. non ſignat probationem poſſe ſine termino fieri: ſed ꝙ minor dilatio eſt ſtatuenda illi, qui ſe offert incontinenti probare, licèt non oporteret incontinenti probare. Cogita, quia conſideratio non eſt irrationabilis. ¶ Pro prædictis tamẽ
9 facit, quia † libellus produci poteſt ſine dilatione, Auth. offeratur. C. de litis conteſtatione. Item mandatum, & reſcriptum poſſunt exhi-
10 beri ſine dilatione. Item † exceptio opponitur ſine dilatione; quia ſufficit dilatio data à lege. c. exceptionem. de excep. Præterea dilatio non aſsignatur, vt faciat actum valere, ſed vt quis poſt terminum non audiatur. d. c. paſto. & c. coram felici. de reſti. in integ. Ex quibus Bal. in d. l. fin. col. 4. concludit, ꝙ dilatio non eſt de ſubſtantia probationis, nec in cauſa ciuili. d. l. ſi quando. & c. cum à nobis. eod. titu. nec in cauſa criminali. l. 1. vbi per Iaco. de Are. de dilatio. facit l. is, à quo. in

princ.

princ. ff. vt in poſſ. leg. & l. ille à quo. §. ſi de teſtamento. ff. ad Trebel. ¶ Sed Bart. in l. damni. §. Sabini. ff. de dam. infe. videtur ſimpliciter tenere, quòd receptio facta poſt terminum non valeat, non diſtinguendo, an res ſit integra, vel non. Idem videtur dicere in d. l. mancipiorum. volens, ꝙ lapſo termino pars non debet audiri, niſi iuret de nouo ad ſe hanc facultatem perueniſſe. Ex quo ſenſit ibi Bart. ꝙ hoc (ſcilicet, ꝙ facultas de nouo ſuperuenerit) probari per iuramentum pôt, per d. c. paſtoralis. Sed ad hoc ſecundùm Arc. in d. c. licèt cauſam. reſponderi pôteſt; ꝙ ideo ibi ſit fortior excluſio; quia terminus opponendi dilatorias, de quo ibi, eſt inductus ad excludendum malitiam volentis protelare litem. nam Guil. de Suza. vt refert Io. And. in addi.
11 de dilatio. §. 1. ver. Et nota. dicebat, ꝙ de iure ciuili † iudex nô poteſt ſtatuere terminum ad opponendum dilatorias, niſi quando ſuſpicatur de malitia rei, licèt de iure cano. hoc poſſet ſtatim. quod tamen nô placet Ioa. And. & dom. Anto. d. c. paſto. dicentibus differentiam in hoc nô eſſe inter ius ciuile, & canonicum. & ita tenendum, licèt Abb. ibi col. 14. teneat, ꝙ immo de iure cano. poſsit ſtatim ſtatui dictus terminus per illum tex. ibi [nonnunquàm] &c. cuius opi. hoc anno ibi reprobaui. Sed iſta ratio excludendi malitiam ſemper habet locum in termino probatorio: quia licèt propter ſuſpicionê calumniæ quis excludatur quandoq; à probando, non tamen ſemper hoc prouenit, vt no. in d. c. licèt cauſam. niſi dicas, ꝙ immo, niſi vbi ius expreſsè permittit, etiam in termino probatorio quis videtur excludi, niſi doceat de iuſta cauſa, quaſi lex præſumat, ꝙ velit protelare litem. Cogita. Bart. tamen in d. l. mancipiorum. reſpondendo ad illam l. limitat hoc ſuum dictum, quando poſt lapſum termini ad aliquem actum iudicialem eſſet proceſſum: quia iudex procedendo ad vlteriora inter partes, facit rem non eſſe integram abſq; eo, ꝙ ius partis ſit factum deterius. pro quo bene facit quod in ſimili no. Archi. de hæreti. lib. 6. in
12 c. vt commiſsi. vbi dixit, ꝙ is dicitur ſponte † redire ad gratiam, etiam ſi veniat poſt terminum ſtatutum ad gratiam petendam, dummodo res ſit integra. & dicitur res integra, ſi talis petens gratiam poſt terminum, nondum fuit perſonaliter requiſitus, vt ibi per eû, & alios Doc.
13 communiter tamen Doc. in quæſtione noſtra dicunt † rem eſſe integram, quouſq; ius aduerſarij non fuerit diminutum, vel factum deterius. dom. Ant. in d. c. licèt cauſam. relatis prius ſatis diffusè aliorum opinionibus, & êt Rotæ in deci. ſupra alle. concludit diſtinguendos eſſe tres caſus in hoc articulo. Primus eſt, quid in ſummarijs. Secun-

dus, quid in ciuilibus cauſis, in quibus ſeruatur ordo iuris. Tertius quid in criminalibus. Primo caſu ſcilicet in ſummarijs † & fortius, vbi proceditur ſine figura, de æquitate canonica admittitur probatio teſtium re integra, per ea, quæ dicit iſta glo. in verbo, non obſtante. Et ita dicit ſeruare ſtilum curiæ. Ant. in d. c. licèt cauſam. dicit, ꝙ ſaluo ſtilo curiæ, qui eſt factus de æquitate canonica, hoc dictum nõ eſt admittendum. mouetur primò: quia ꝙ cauſa ſit ſummaria, debet potius operari excluſionem dilationis, & reſecare materiam dilationis, quàm ampliare, vt no. Bart. in Extrauag. ad repri. in verbo, per citationem. & ſequũtur Moder. in l. ſi finita. §. Iulia. ff. de dam. infe. ¶ Secundò tex. iſtius Cle. dicit, ꝙ in cauſis ſummarijs iudex debet abbreuiare terminos, & dilationes: & ſic patet, ꝙ iſta forma ſummaria habet virtutem abbreuiandæ dilationis, ergo fortius debet fieri excluſio in ipſis, quàm in plenarijs, & ordinarijs. ¶ Tu adde, ꝙ hæc glo. non dicit, ꝙ in ſummarijs productio teſtium admittatur lapſo termino. Sed dicit, ꝙ tunc demum in ſummarijs poſt lapſum termini admittitur productio teſtium, quando contingeret remiſsionem fieri pro teſtibus producendis. ergo vbi non contingeret talem remiſsionẽ fieri, licèt cauſa ſit ſummaria, productio non admittitur. Ita hanc glo. intellexit velle Roma. in præallegato conſ. 326. in fin. quod eſt notandum, quia intellectus iſte ſonat, & eſt amicus multum litteræ, & tex. licèt hæc glo. ſoleat frequenter per Doc. allegari, ꝙ in ſummarijs lapſo termino admittatur teſtium productio. ¶ Præterea inducta ad vnum effectum, non debent operari contrarium, l. legata inutiliter. de lega. 1. ergo, ꝙ cauſa cognoſcatur ſummariè (cum ſit inductum ad effectum abbreuiandæ litis) nõ debet operari augmentum. Et bene ad propoſitum facit, quod not. Rom. in conſ. 3 2 2. incipiente. In caſu propoſitæ cõſultationis. & quæ latius dico infra, in fi. cõmenti huius Cle. in articulo, quẽ plenè examino, an cauſa ſummaria habeat inſtantiã.

15 ¶ Secundo verò caſu, quando cauſa eſt † ciuilis, ſed non ſummaria, ſed ordinaria, & plenaria, concludit dom. Ant. in d. c. licèt cauſam. ꝙ etiam re integra non admittitur probatio teſtium, per tex. ibi: vbi patet, quòd pars, cuius teſtes reprobantur de corruptione, & falſitate, habuit terminum ad probandum dicta illorum teſtium, & tamen innuit ibi littera, quòd ius aduerſarij erat integrum, ſicut in primo termino, vt videtur probare tex. in c. coram felicis. de reſtitu. in integrũ. vt ibi per do. Anto.

16 ¶ Tertio caſu, ſcilicet in cauſis † criminalibus, Compoſto. in c. quod ſicut. in princ. de electio. & dn. Anto. in d. c.

licèt

licèt cauſam, tenet indiſtinctè, ꝙ accuſator poſt lapſum terminũ non
audiatur, nec admittatur, vt ibi per do. Anto. ¶ Et prædicta intelli-
ge vera, & procedere in actore, non aũt in reo, ſecundùm Ioa. And. in
addi. titu. de teſte. §. videndum. in additio. magna. ver. Viſo de primo.
Sed ſecundùm Areti. in d. c. licèt. veritas huius dicti dependet ab illa
difficultate, de qua traditur in c. fraternitatis. de teſtibus, quia ſi te-
nemus, ꝙ liceat reo poſt concluſionem in cauſa producere teſtes. for
tius hoc licebit poſt dationem termini. ¶ Si verò tenemus, ꝙ reus
hoc non poſsit, ſed ſolum iudex ex officio: tunc magnum eſt dubiũ;
quia æqualitas ſeruanda eſt in iudicio, etiam quò ad effectum proba
tionis. l. petendæ. in fin. C. de tempo. in integ. reſti. pe. regula. non de-
bet actori. lib. 6. ¶ Aduerte tamen, ꝙ lapſus termini licèt impediat
partem, vt ſupra: non tamen impedit iudicem producere teſtes. ratio,
quia terminus præfixus parti non excludit iudicem ſecundũ Bal. in l.
2. §. ſed quia. C. de iura. calum. facit quod no. Inno. in c. per tuas. de te-
ſti. & Bal. in l. ampliorem. C. de appell. & Roma. in conſ. 49. & in rubr.
ff. de arbi. col. 10. ¶ Sed quia prædicta loquuntur in productione te-
17 ſtium, quæro quid de inſtrumentis † an illa poſt lapſum termini poſ-
ſint produci? Rota in præallegata deci. 30. tenet, ꝙ ſemper productio
inſtrumentorum admittatur: quia iſtę ſunt probationes, quæ non re-
quirunt tractum temporis; in quibus, quia ſunt euidentes, ceſſat præ-
ſumptio calumniæ, vel malitiæ. Et ita Bal. in l. 1. §. edenda. ff. de eden.
& ita alleg. glo. iſtam in verbo, non obſtante, tenere, per tex. in c. cum
dilectus. de fi. inſtru. vbi poſt publicatas atteſtationes admittitur pro-
ductio inſtrumentorum. Sed certè glo. iſta hanc opi. non tenet, immo
firmat opi. an ſit res integra, vel non. ¶ Præterea contra iſtam ſen-
tentiam tenet Archid. in d. c. iudicantem. 30. q. 5. quem ſequitur Ioa.
de Imo. in d. c. licèt cauſam. motus, quia non eſt fienda differentia in-
ter teſtes, & inſtrumenta, l. in exercendis. C. de fide inſtru. ¶ Tertiò
contra communẽ opi. videtur tex. in hac Clem. in hoc. §. ver. eo ſaluo.
ſic inducendo. Exceptio firmat regulam, iuribus notiſsimis. Sed hîc
dicit, ꝙ non obſtante lapſu termini in hoc ſolo caſu poſſunt inſtrumẽ
ta produci, ſcilicet quando fit remiſsio pro teſtibus ad prouinciam: er
go aliud dicendum in alijs caſibus. ¶ Et ſi dicatur, ꝙ iſte caſus ex-
ceptus intelligitur, quãdo res non eſſet integra (vt eſt, quando penden
te termino dato pro remiſsione teſtium, pars produceret inſtrumẽta)
reſpondetur, ꝙ hoc eſſet iniquiſsimum, quia ſic fieret gratia parti cũ
iniuria alterius: quod non eſt dicendum. c. ſuper eo. c. ex parte. de offi-

cio de leg.l.2.§.merito.ff.ne quid in loco publico. vnde oportet intelligere, ꝙ hic res eſſet integra. & ſic decidetur hic quæſtio, de qua ſupra, ſcilicet ꝙ non admittatur probatio per inſtrumenta, etiam re integra, niſi in illo caſu tantùm. ¶ Et iſtam conſiderationem ad tex. iſtum ponit Aret. in d.c. licèt cauſam. quam notabis, quia prodeſt ad ea, quæ ſupra dixi ex mente Rom. in articulo, an in ſummarijs procedat quæſtio iſta. ¶ Nec obſtat ratio, quæ ſumitur ex d.c. cum dilectus. quia alia eſt excluſio, quæ fit per lapſum termini, & alia, quæ fit per publicationem atteſtationum, & in vtraq; diuerſa eſt ratio excludendi. patet, quia poſt lapſum termini fit excluſio, eo quia iudex videtur tacitè interloqui, ꝙ vlterius non audiet. quæ ratio ita militat in inſtrumentis, ſicut in teſtibus: ergo &c. Excluſio verò, quæ fit propter publica. atteſtatio. fit propter timorem ſubornationis, quæ ceſſat in inſtrumentis, igitur &c. ¶ Confirmatur prædicta opi. quarto loco. nam ſtatuere terminum eſt quędam interlocutoria, l. à procedente. C. de dila. c. 1. de dila. ſed interlocutoria licèt quò ad iudicem non trāſeat in rem iudicatam, tranſit tamen quò ad partem. c. cum dilecti. de elec. no. in c. cum ceſſante. de appel. ergo videtur, ꝙ partes non poſſint producere nec teſtes, neq; inſtrumēta: immo plus, cum iſta interlocutoria trahat ſecum executionem ipſo iure, ſcilicet ꝙ poſt lapſum terminum non audiatur, videtur ꝙ non poſſet etiam à iudice reuocari ſine cauſæ cognitione, l.1.§.fin. vbi per glo. & Bart. ff. de præto. ſtipu. no. in d.c. cum ceſſante. Niſi dicas, ꝙ interlocutoria iudicis aſsignantis terminum limitatur à cauſa, propter quam aſsignatur, vel præſumitur aſsignari, l. à filio. §. alumno. ff. ad Trebel. l. ſi is ita hæres. ff. de acqui. hæred. l. 3. §. Stichus. ff. de ſtatu liber. d.l. mancipiorum, in ratione ſui. facit qđ no. Roma. in l.2. ff. de re iudi. col. 59. & dixi ſupra in princ. Clem. in articulo tertio principali, dum poſui quaſdam notabiles fallentias ad regulam, ꝙ dilatione pendente, conquieſcit officium iudicis. ergo, cum re integra non ceſſet cauſa, propter quam ſtatutus fuit terminus, & propter quam dilatio probatoria excludit probare volentem, ea ratione, ne lites procedant in longum. l.1. C. de dila. l.2. in fi. C. vt infra cer. tempora. l.2. in prin. C. de temp. ap. quæ ratio habet locum, ſiue res ſit integra, ſiue non: ita & in productione inſtrumentorū, ſicut teſtium. igitur &c. ¶ Quintò facit ratio. lapſus termini excludit probare volentem ea ratione, ne lites procedant in longum, vt ſupra dixi. q̄ ratio habet locū, ſiue res ſit integra, ſiue non; ita & in productione inſtrumentorum, ſicut teſtium. igitur. ¶ Sextò. leges dicunt, ꝙ dilatio

18 tio † probatoria eſt peremptoria: niſi detur legitimum impedimentũ, ab hac regula non eſt recedendũ, etiam ſi res ſit integra, cum adhuc militet ea cauſa excluſionis. quia hoc non reperitur iure cautũ. ¶ Septimò. poſt lapſum termini ad probandum pars nullam habet viam ad proponendum, tex. eſt in l. ſcire oportet. §. 1. in fin. de excuſa. tuto. quod non eſſet verum, ſi aliquo caſu, puta re integra, poſſet audiri. Et ideo ibi exprimitur, ꝙ licèt res ſit integra, durat tamen terminus peremptorius excluſiuus. Et ſi dicatur, ꝙ illa lex loquatur in termino legali, prout in ſimili materia ad illum tex. dixit Bal. in l. diffamari. C. de inge. manu. qui terminus legalis fortius excludit, quàm terminus hominis. l. ſi libertus. ff. de bo. liberto. reſpondetur, ꝙ hoc caſu terminus aſsignatus à iudice, qui eſt miniſter legis, debet idem operari, qđ terminus aſsignatus à lege, l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudicata. bo. tex. in c. cupientes §. quod ſi per 20. de elec. in 6. ¶ Octauò facit. c. coram felicis. de reſtitu. in inte. vbi quis poſt lapſum termini ita excluditur à dilatione petenda, vt producat inſtrumentum, ſicut teſtes; igitur &c. ¶ Nec ob. tex. in c. ſi tibi abſenti. de præben. lib. 6. quia cauſa termini fuit ibi, ne ex vacatione eccleſia pateretur detrimentum, & vt poſsit celeriter prouideri. ſi ergo adhuc non eſt prouiſum, ceſſat cauſa termini aſsignati. vnde non mirum, ſi acceptatio facta re integra poſt terminum ibi valet. ¶ Et nota prædicta, quia ſubtilia ſunt. inquit tamen Areti. in d. c. licèt cauſam. ꝙ opinio, quæ habet, ꝙ inſtrumenta poſsint produci poſt lapſum termini, ſeruaretur in practica, eo quia communior, & quia magnam habet æquitatem. ¶ Item illa opinio, quæ habet, ꝙ etiam teſtes poſt terminum produci poſsint, in vno caſu eſſet multum æqua, ſcilicet quando dilatio probatoria non eſſet notificata parti perſonaliter, ſed ad domum: quo caſu, ſaltem ex parte rei, cui minus poteſt imputari, quàm actori, procederet ipſa productio ſecundùm Bal. in Auth. ei qui. C. de tempo. appel. dicentem, ꝙ ſi
19 terminus † probatorius notificatur ad domũ, non eſt peremptorius, niſi expreſsè in eo dicatur. quod dictum habet magnam æquitatem, ſaltem in reo, quando res eſt integra. nam dicit notanter gl. in verbo, liberè, in c. ordinarij. de offi. ordi. lib. 6. ꝙ quando in cauſa iudex procedit ex officio: tunc poſt lapſum termini fit probatio re integra. ¶ Sed conſidera, ꝙ glo. ibi videtur ſe reſtringere ad cauſas beneficiales tantùm, quod tamen de iuris ſubtilitate fortè non procedit, per ſupradicta, in articulo, an in ſummarijs poſt lapſum termini fiat pro
20 ductio. ¶ An autem † receptio teſtis poſt lapſum termini, parte non opponen-

opponente valeat? conclude, ꝙ ſine cauſæ cognitione, & parte non citata, eſt nulla receptio facta poſt terminum, ſiue terminus ſit legalis, ſiue hominis. ¶ Primum probatur in l. ſcire oportet. §. conſtituens. ff. de excu. tuto. facit quod no. Bart. in l. properandum. C. de iudi. in q. quando terminus præfigitur parti. ¶ Secundū tenet expreſsè Bart. in l. 2. ff. de appella. reci. Bald. in l. 2. in fi. C. de epiſc. audien. & Ang. in l.
21 fin. ff. de ferijs. ¶ Sed an teſtis † receptus poſt terminum faciat indicium. Bart. in d. l. 2. col. fin. tenet, ꝙ ſic. Sed Bal. in d. l. 2. C. de epiſc. audien. intelligit hoc verum, niſi quando terminus fuiſſet peremptorius, arg. l. qui Romæ. § Seius. ff. de verbo. oblig. l. mancipiorum. ff. de opt. lega. l. ſi ea. C. qui accu. non poſſunt. & eius, quod not. Inno. in c. cum in tua. qui ma. accu. poſſunt. niſi iuſta cauſa mouiſſet iudicem. nam ex qua cauſa poteſt dilationem nouam dare, ex eadem poteſt teſtes recipere: quoniam de ſubſtantia probationis non eſt dilatio probatoria, ſecundùm Bar. in l. in crimine. ff. de adul. & heri ſupra latius dixi. Et ita etiam reſidet Ang. Areti. in d. l. 2. in fin. ff. de ap. reci. Ad qđ bene facit glo. fin. in Cle. conſtitutionem. de elec. Aduerte tamen, ne erres: quia ſi teſtes iurauerint in termino, & depoſuerint poſt terminum, eo caſu, quo deponere debeant infra terminum (quod quādo ſit. not. plenè in d. c. licèt cauſam. & per Bart. in d. l. damni. §. Sabinus. Bal. in rubr. C. ſi ex fal. inſtru. in c. præſentium. §. fin. de teſti. lib. 6. plenius per eundem in c. pia. de excep. lib. 6. per Roma. latè in cõſ. 443.)
22 tunc clarus eſt caſus. ¶ An autem poſt terminū valeat † productio, & examinatio, ſi pars fuit citata ad videndum iurare teſtes, & nõ cõparuerit? videtur ꝙ ſic; quia ſic citando videtur declarare, ꝙ vult admittere partem ad probandum, non obſtante lapſu termini. Contrarium conclude, quia talis declaratio non debuit, nec potuit fieri parte non citata; quia, vt ſupra dixi, talis aſsignatio termini fuit interlocutoria, quæ traxit ſecum executionem: nec poteſt reuocari, niſi pars ſit citata. Præterea in tali aſsignatione, etiam primi termini, requiritur cauſæ cognitio: & ſic partis citatio ſecundùm dom. Anto. in d. c. licèt cauſam. referentem Io. An. in addi. Specu. ſentit glo. & Ang. in l. fin. ff. de ferijs. ergo cum talis interlocutoria non potuerit fieri ſine cauſæ cognitione, & parte citata, non poteſt etiam reuocari parte nõ citata, ſecundum Bart. in l. quod iuſsit. ff. de re iudi. ¶ Præterea, dicit notanter Bald. in l. fin. §. ſed quia. C. de iure delibe. ꝙ quando certus terminus eſſet aſsignatus à iudice ex legis diſpoſitione, talis aſsignatio alterius termini eſt nulla ipſo iure, quando iudex in primo termino aſsi-

no aſsignaſſet totum terminum iuris. Ex quibus infero, ꝙ ſi iudex parte non citata aſsignet ſecundam dilationem, aſsignatio eſt nulla, quod tenet Bart. in l. fin. ff. de pœnis. licèt aliter ſentiat in l. 1. C. de dilatio. Sed primum dictum magis placet Areti. in d. c. licèt cauſam. qa negari non poteſt, quòd etiam ſi iſta ſecunda aſsignatio termini non ſit ſecunda dilatio, ſed ſuppletio primæ dilationis, quin requiratur citatio, quæ etiam in prima aſsignatione, & dilatione requiritur, vt ſupra dixi. ¶Secundò, ſi in iſta ſecunda aſsignatione non eſſet ſecunda dilatio, ſequeretur, ꝙ primus terminus non eſſet peremptorius, neq; excluderet, quod eſſet contra regulam d. l. fin. ¶Tertiò, cum ex cauſa iudex poſsit abbreuiare terminum iuris, vt no. in l. 1. ff. de re iudi. & latiſsimè dixi ſupra in prin. Clem. non apparet ratio, quare ſecũda aſſignatio termini non debeat dici ſecunda dilatio. ¶ Quid aũt ſi iu-
23 dex † parte citata ad dicendum, quare probationes non debeant admitti, vel ad videndum aſsignari nouum terminum probationis, recipit, vel terminum aſsignat: conclude, ꝙ talis aſsignatio, & receptio valet non ſolum, vbi ſubeſſet iuſta cauſa ſecundùm Bart. in d. l. 2. C. de epiſ. audi. ſed etiam, vbi non ſubeſſet: dũmodo pars fuerit citata, vel præſens; quia talis ſententia eſſet contra ius litigatoris, & prima interlocutoria, parte citata, poterit reuocari. c. à iudice. de appel. li. 6. no. plenè in l. quod iuſsit. ff. de re iudi. & ita tenet expreſsè Ang. in l. fin. in fin. ff. de ferijs. & licèt loquatur de aſsignatione ſecundæ dilationis: eadem tamen eſt ratio in receptione teſtium, quæ fieri poteſt ſine aſsignatione termini, vt ſupra dixi, & ita reſidet Aret. in d. c. licèt causã.
24 ¶An autem poſt terminum † aſsignatum à lege ad probandum poſſint produci teſtes in cauſa appellationis, non obſtante lapſu termini aſsignati in cauſa principali? Archi. in c. de illicita. 24. quæſt. 3. & Ioa. Mona. in c. cupientes. §. ꝙ ſi per 20. de electio. in 6. tenent, ꝙ terminus ſtatutus à lege impedit probare volentem in cauſa appellationis, niſi fuerit impeditus in dicto termino: vel obtulerit ſe probaturum, & nõ fuerit admiſſus, vel ſeruauerit tempora, ideſt fecerit infra tẽpus quicquid potuerit, vt produceret teſtes, ſed fortè ipſi fuerunt impediti, hanc opi. ſequitur do. Anto. in d. c. licet cauſam. col. 5. & in c. paſtora-
25 lis. de excep. Et facit ad hoc ratio: nam aſsignatio † termini legalis eſt ſententia legis, à qua non licet appellare. l. ſi qua pœna. ff. de verbo. ſign. l. 2. ff. de appella. reci. Et ſic non poteſt dici, ꝙ appellatio à diffinitiua ſuſpendat effectum interlocutoriæ, quæ præceſsit, & etiam aſſignationem termini, vt voluit Ioan. An. in c. fin. de appel. lib. 6. ¶Secundò

cundò facit, quia ſicut litis cõteſtatio, terminus excluſiuus dilatoriarum operatur eundem effectum in cauſa appellationis, ſicut in principali.l.ita demum.C.de procurato.ita videtur dicendum, ꝙ quicunque alius terminus legalis operetur effectum ſuum, etiam in cauſa appellationis. ¶ Confirmatur tertiò iſta opinio ſecundùm Areti.in d.c. licèt cauſam. quia renunciatio facta de teſtibus ſuper certo, & determinato articulo trahit ad cauſam appellationis; ergo & terminus legalis ad illam extendi debet, quia lex ſemper eſt certa: facit.c.conſtitutus. ſupra de teſtibus. Et hac opinion e retenta, notanter habes colligere limitatio. ad l. per hanc. C. de tempo. appel. ¶ Contrariam tamen opi. tenuit Areti.in d.c. licèt cauſam: quia ſecundùm opi. prædictam ſequeretur, ꝙ publicatis atteſtationibus non deberent poſſe recipi, & produci teſtes in cauſa appellationis; quia publicatio eſt terminus legalis, Auth. at qui ſemel. C. de proba. & tamen contrarium tenetur in d.l. per hanc. Ad hoc argu. dici poteſt obſtare Cle. 2. de teſti. tenen. opi. ꝙ corrigat leges, de quo ibi, & in d.l. per hanc. ¶ Secundò, paria ſunt, dilationem aſsignari à lege, vel à iudice, miniſtro legis; quæ aſsignata à iudice ſuccedit loco dilationis legalis, ſecundùm Bernar. in c. ex ratione. de appel. no. in d.c. paſtoralis. ergo ſicut intentio iudicis limitatur, vt eius dilatio non porrigat effectum ad cauſam appellationis: ſic debet limitari intentio legis, licèt excluſio legis in caſu, quo excludit, fortiùs excludat, l. facta. §. ſi quis. ff. ad Trebel. ꝙ autem aſsignatio iudicis limitetur ad cauſam principalem; patet, quia cenſetur eſſe quædam comminatio, quæ ad cauſam appellationis non extenditur. C. commi. vel epi. per totum. ¶ Tertiò. concluſio in cauſa fortius excludit probare volentem, quàm aſsignatio termini: ſed concluſio in cauſa limitatur reſpectu primæ inſtantiæ, vt no. in c. cum veniſſent. de teſti. igitur &c. Et hanc opinionẽ inquit Areti. æquiorẽ eſſe. ¶ Ad contraria reſpondet, ꝙ non videtur de mente legis aſsignantis terminum probatorium in cauſa principali velle illum extendere ad cauſam appellationis. ¶ Nec ob. qd dicitur in d.l. ita demum. quia loquitur quò ad excludendas exceptiones dilatorias, quæ facilius excluduntur, quàm peremptoriæ, & facultas probandi, vt patet ex notatis in d.c. paſtoralis. ¶ Adde tamen pro eadem ſententia bene facere; quia non durius, ſed mitius agitur cum lege, quàm cum homine, l. Celſus. ff. de arbi. ſi ergo poſt aſsignationẽ hominis admittitur probatio in cauſa appellationis, ergo & poſt aſsignationem legis. ¶ Prætereà lex ad purgan. negligentiam quandoq; ſtatuit terminum litis

conteſta.

conteſta. quandoq; aliam, & tamen mora non purgata in cauſa principali, poteſt purgari in cauſa appellationis, glo. notanda. in l. ſi rem quam. §. fin. ff. de euictio. ſequitur Bal. in l. ſi inſulam. ff. de verb. oblig. & in c. 1. §. porro. in fi. quæ ſit prima cauſa benefi. amitten. Addo glo. magnam. in l. 1. ff. de actio. emp. bene facit glo. in l. creditori. in princ. ff. mandati. & quod notanter tradit Bal. in c. fraternitatis. de teſti. dicens, quòd quælibet mora, & negligentia poteſt purgari in cauſa appellationis, ſed non contrarietas. quod eſt perpetuò notandum. ergo non obſtante lapſu termini, in cauſa appellationis debet admitti probatio: quæ omnia diligenter tenè menti: quæ licèt ſuper hac glo. non ponant hic Doc. viſum tamen fuit illa recenſere, quia optimè conueniunt huic glo. & eius materiæ.

SVMMAE.

1 *Iudex quòd in cauſis ſummarijs interroget, eſt ſpeciale, vbicunque ſuadet æquitas.*

2 *Iudex poteſt in cauſis plenarijs ex officio: in ſummarijs verò ad inſtantiam partis poſt concluſionem interrogare poteſt ad partis fundandam intentionem.*

3 *Iudex an poſſit ex officio partem interrogare ante litis conteſtationem.*

Gloſa in verbo, interrogabit.

Opponitur, quòd

1 non ſit ſpeciale in ſummarijs, † vt iudex interroget, vbicunq; æquitas ſuadet. nam idem etiam eſt in plenarijs. c. cum Ioannes. de fi. inſtru. l. vbicunq;. ff. de inter. actio. glo. fatetur contrarium: niſi fortè dicas, quòd in ſummarijs ſit ſpeciale, quòd poſt concluſionem etiam ad inſtantiam partis poſſet interrogari quod non eſt in plenarijs. d. c. cum Ioannes. & dixi pulchrè ſupra eo. §. in 11. notabili. Ex quo collige ſingulariter fallentiam ad d. c. cum Ioannes, & d. l. vbicunq;. Dicit tamen Ioa. de Imo. quòd non potuit tantùm clamare coram vno iudice, quòd hoc obtineret. Cardi. hic col. 4. refert Guil. de Montelau. Gemi. & Mathe. tenere cum glo. dum dicunt, quòd eſt ſpeciale in iſtis ſummarijs, in quibus nõ cõcluditur: ſed iudex breuiter tendit ad veritatem eliciendam, vt etiam ad inſtantiam partis poſſit interrogare, ſecus in plenarijs. c. cum clamor. de teſti. Et hoc tenet Domi. in c. 1. col. pe. de confeſſis. lib. 6. Idẽ hic videtur tenere Paul. dicens, quòd ſi verbum, vbicunq;, poſitum hic, refertur ad duo præcedentia, ſcilicet quòd iudex interroget ad inſtantiam partis, vel ex officio: bene erit ſpeciale in ſummarijs, quòd etiã poſt concluſionem

cluſionem fiat interrogatio ad inſtantiam partis. Sed ſi fieret relatio ad proximum verbum, ſcilicet quando ex officio interrogat, nihil erit ſpeciale in iſtis: quia etiam in alijs ex officio poſt concluſionem põt interrogare, vt vult glo. in dicto c. cum Ioannes. Sed primam expoſitionem dicit Pau. magis amicam litteræ. ¶ Tu adde notanter, ꝙ in
2 plenarijs† ex officio, in ſummarijs ad inſtantiam partis iudex poſt cõcluſionem põt interrogare, ẽt ad fundandam intentionem partis, ſecundùm do. Anto. in c. 1. col. 5. de iudi. dicens ſe ſic conſuluiſſe. & adde quæ idem do. Anto. dixit in c. cum cauſam. de iura. calum. ¶ Item
3 an iudex † ex officio poſſit ante litẽ conte. partem interrogare. Rom. in conſ. 373. incipien. In caſu propoſito. tenet ꝙ ſic, vt ibi per eum, ponentem, & concludentem per bonas rationes, & iura, iudicem, etiam parte petente, poſſe partem interrogare, etiam ante litem conteſt. quod bene no.

SVMMAE.

1 *Citatio præcedere debet ad prolationem ſententiæ, ſub hac præciſa forma, ſcilicet ad audiendam ſententiam. Et ſic non ſufficit citatio in genere. Quæ reg. fallit, quando citatio ad totam cauſam emanaſſet. ibid. num. 2.*

3 *Citatio iſta, Compareas ſuper tali crimine reſponſurus ita, vt deueniri poſſit ad ſententiam ſine noua citatione, an valeat. Et an ſit vera diſtinctio Bart. de qua in Extrauag. ad reprim. circa generalem citationem.*

4 *Iudicem volentem proferre ſententiam an ſufficiat citare partes ad audiendam eius voluntatem.*

5 *Citatio debet eſſe certa, & determinata, non vaga, & generalis.*

6 *Sententia lata vltima die inſtantiæ, an valeat ſine citatione.*

7 *Statuto diſponente, arbitrum debere iudicare infra menſem, requiritur citatio, etiam ſi laudum feratur vltimo die menſis, & ratio.*

8 *Prorogatio compromiſſi facta vltima die termini valet, etiam parte nõ citata. Idem etiam ſi fieret citra vltimam diem compromiſſi, abſque partis citatione, ibid. num. 9.*

10 *Compromiſſum cum clauſula ſi fiat, ꝙ poſſit abſentibus partibus ferri ſententia (quod poteſt) requiritur tamen ipſarum citatio. Et clauſula, quòd poſſit abſentibus partibus ferri, debebit ſuppleri, citatis tamen.*

11 *Sententia quando eſt contra abſentem ferenda, debet fieri citatio cum commi natione, quòd niſi compareat infra talem diem, feretur contra eum ſententia: nec ſufficit eum ſimpliciter citari ad audiendam ſententiam.*

Gloſa in ver. ad id.

Tene menti glo. ſecundùm Io. de Imo. vt ſcias practicare, vo
1 lentem, ꝙ ad prolationem † ſententiæ debet præcedere citatio ad id, ſcilicet ad ſententiam audiendam: & ſic non ſufficit citatio in genere: concordat ad hoc glo. in c. conſuluit. de offi. dele. & glo. in verbo, reſpondeat. in c. cum contumacia. de hæreti. lib. 6. Idem tenet Paul. dicens, ꝙ alias non valet ſententia, etiam ſi pars fuerit contumax in pro
2 ceſſu negotij. alle. Inno. in c. cum olim. in fin. de teſtibus. & ita reſidet hic Car. col. 2. in 15. notabili. ¶ Fallit primò † hæc ſententia glo. quãdo emanat citatio ad totam cauſam; quo caſu poteſt procedi ad diffinitiuam abſq; ſpeciali citatione, ita Paul. hic per no. in d. c. conſuluit. & in c. auditis. de procura. & in Spec. de citatione. §. viſo de tempore. ver. Item licet. & ita hic Car. col. 4. verſ. Quintò opponitur. ¶ Addo bene ad hoc facere tex. in Extrauag. ad reprimen. in ver. Super dicto crimine quo probatur, vbi probatur, ꝙ valet iſta citatio. Compareas
3 † ſuper tali crimine reſponſurus, ita vt deueniri poſsit ad ſententiam ſine noua citatione. Sed Bart. ibi, quem hic ſequitur Pet. de Ancha. verſ. 11. vtrum debeat ſpecialiter, & limitatè citari ad audiendum ſententiam: diſtinguit, ꝙ ſi citatus citatione generali comparet, & ſtat vſq; ad finem: tunc ſi tempore ſententiæ abſit, debet ſpecialiter citari ad id, & ſic procedat hic tex. Sed vbi citatus citatione generali non comparet, contra ipſum procedetur, etiam ad ſententiam, ſine alia citatione. & ita procedat tex. in d. ver. ſuper dicto crimine. quod eſt ſecundùm Pet. de Ancha. bene notandum. Tu adde quæ latius dixi ſupra in. §. non ſic tamen. ſuper glo. in ver. citationem. ¶ Secundò intellige prædicta procedere in citatione hominis: ſecus in citatione iuris, quæ peremptoriè facta cum comminatione, ꝙ procedetur in cauſa, ſufficit ad ſententiam incluſiuè: probatur hoc in c. ſæpe. de ap. in c. veniens. de renun. vbi per dominũ Ant. in c. 1. de elec. lib. 6. iunctis ibi notatis in nouella in verbo, procedatur. & notatis per Inn. in c. cordi. in fi. de appel. lib. 6. per glo. in Cle. cauſam. in fin. de ele. Et ita notanter tenet Mathe. in ſuo notabili octauo: vbi etiam ponit, an citatio hominis cum comminatione habeat vim peremptorij. Item quid in comminatione iuris, vide ibi, & Ang. in l. in peremptorio. ff. de iudi.
4 ¶ An autem ſufficiat † iudicem volentem proferre ſententiam citare partes ad audiendam eius voluntatem? Rota deci. 336. ſecundùm aliquos, ſed in meis eſt deciſio 342. quæ incipit. Item retento. tenet, ꝙ

non.pro qua ſententia primò adducitur hæc glo. ¶ Secundò tex.in c.
5 fi.de dolo,& contu.li.6. ¶ Tertiò ratio, quia citatio † debet eſſe cer-
ta,& determinata,non vaga.& generalis, doctrina eſt glo. in verbo,
determinate. in c.fin.de reſcrip.facit l.qui inſulam.ff.de ver. ob. & qđ
no.Bart.in l.aut qui.§.1.ff.quod vi aut clam.vbi tex.probat,ꝙ citatio
debet eſſe certa reſpectu diei, & horæ. Adde quod no.Spe.titu.de ci-
tatio.§.viſo. ver.Quid ſi data. & no. in Cle.1.de do.& contuma. per
Roma.in conſ.306. & pulchrè in l.1.ff.de arbi. col. 6. ¶ Quartò ad-
duco rationem.quia ſententia iudicis non continet voluntatem,ſed iu
dicium iuris. declarat enim iudex id,quod eſt iuris, non id, quod eſt
ſuæ voluntatis. hinc dixit notanter glo.in c.iudicet.3.q.7.quam ſequi
tur Abb. in rubri. de re iudica. ꝙ iudex debet iudicare ſecundùm ſuā
opi.non ſecundū ſuam voluntatem,l.quoniam nulli.& l.a proconſu
libus.& l.eos § ꝙ ſi ſuper.C.de ap.tex in l.magis puto.§. ſi prætor. ff.
de rebus eorum. ergo cum iſta citatio ad audiendum voluntatem nō
contineat iudicium iuris,meritò ſententia ipſa cenſetur nulla. Et hanc
ſententiam Rotæ ſequitur Ioa.de Ana.poſt Ioan.de Imo.in c.ad peti-
tionem. de accu.dicens idem eſſe in quolibet actu fiendo per iudicē;
quia ille actus eſt exprimendus, nec ſufficit citatio ad audiendum vo
luntatem;quia eſſet generalis,& incerta, per ſupradicta.eandem opi.
ſequitur Roma. in ſuis ſingularibus ſub rubri. de re iudi.in ſingulari.
20. alleg.do. Anto. in c.ſæpè.de ap.eandem ſequitur Mathe.in ſuo no
tabili octauo. & Roma. in l. ſi finita.§. Iulianus. ff.de damn.infec.di-
cens ita tenere do. Anto.in d.c.cum ceſſante.de ap.poſt domi.de Ro-
ta.Idem tenet Ioan. de Imo. in c.cōſuluit.de offi.deleg.facit quod no.
Bart. in Extrauag. ad reprimen.in ver.ſuper dicto crimine.Bald.in l.
conſentaneum. in 4. no. C.quomodo & quando iudex. Domi. Alex.
in d.§.Iulianus. & in apoſtillis ſuper l.ſi apparitor.C.de cohorta.li.12.
limitat hanc doctrinam Rotæ, & Doc. non procedere, vbi citatio ad
audiendam voluntatem non tenderet ad aliud, quàm ad ſententiam
audiendam, ar.l.qui certum. ff. ſi certum petatur. Et ita dicit ſenſiſſe
Bal.in d.l. conſentaneum.col. 2. Mihi non placet hoc;quia impoſsibi-
lis eſſet cognitio,ꝙ talis citatio tendat ad audiendum ſententiam: quia
cum voluntas iudicis poſsit verſari circa plura, citatus non magis de-
buit credere iudicem velle iudicare,quàm aliud deliberare. fateor ta-
men,ꝙ ſi per æquipollentia verba eſſet citatus ad audiendum ſenten-
tiam, valeret citatio,& ſententia,iuxta no.in ſimili in l.in ſumma. ff.de
re iudi.& in l.1.eod.tit.vbi dicitur,& notatur valere ſententiam latam

per

per æquipollentia verba, condemno, vel abſoluo. Cogita. ¶ An aũt
6 ſententia † lata vltima die inſtantiæ valeat ſine citatione, conclude, q
aut inſtantia fuit aſsignata ab homine; puta à iudice, vel appellato-
re, aut à lege. Primo caſu non requiritur citatio. c. ſæpè, de ap. Secun-
do caſu ſic, per tex. in Auth. ei qui. C. de tempo. ap. ibi [reus quærebatur] ratio differentiæ eſt: quia quando inſtantia aſsignatur ab homi-
ne, illa habet vim citationis: ſecus quando aſsignatur à lege. & ita no
tatur in d. Auth. ei qui. Ex qua doctrina infert ibi Bal. q ſi ſtatutum
7 † diſponat, arbitrum debere iudicare infra menſem, requiritur cita-
tio, etiam ſi laudum feratur vltimo die menſis: quia tempus eſt lega
le: ſecus ſi menſis apponitur à partibus: quo caſu valet latum vltimo
die ſine citatione, & ita Bar. in l. ſi de meis. §. fin. ff. de arbi. dicens hãc
eſſe opi. Inn. Idem ſequitur Bal. in d. Auth. ei. dicens ſe conſuluiſſe, q
ſi arbitrator, in quem erat compromiſſum de quantitate dotis, adie-
cto menſe ab ipſis partibus compromittentibus, vltima die ferat lau-
dum, abſente reo, & non citato, valet laudum: ſecus ſi citerióre die
proferatur: quia quód tunc facit arbitrator, dicitur clam & mala fide
facere. l. ſiquis arbitratu. ff. de verbo. oblig. Et ita tranſit Bal. licèt di-
cat, q quædam beſtia humana conſuluit contrarium, à cuius conſilio
non potuit appellari, obſtante ſtatuto. fuit tamen arbitramentum aſ-
ſertum caſſatum propter enorme conſilium. Et ex eadem doctrina
8 Bald. in d. Auth. ei. infero valere † prorogationem factam vltimo die,
parte non citata. & Bald. in vtroq; dicto ſequitur dñs Lãfrancus in cõ
mento c. quoniam contra. de proba. in ver. interlocutiones. col. fi.
9 Plus addo, q talis † prorogatio compromiſsi, ẽt citra vltimam diem
facta, ſine partis citatione valet, vt voluit ipſe Bal. in l. 1. C. de ſenten.
ex pericu. reci. ſequitur Roma. in l. 2. ff. de re iudi. col. 62. & idem Bal.
in c. Quintauallis. de iureiur. col. fin. Et ego tibi dixi ſupra eadem Cle.
in princ. dum tractaui aliquid de prorogatione compromiſsi. Tene
tamen menti prædictam diſtinctionem elegantem; quia Bal. illius im
memor in c. 1. §. fin. quo tempore mil. videtur damnare opi. Bart. in d.
l. ſi de meis. §. fin. quod non feciſſet, ſi prædictæ doctrinæ etiam ſuæ in
d. Auth. ei qui. fuiſſet memor. Ad quod vide dom. Anto. in c. fin. de iu-
10 reiur. ¶ Aduerte etiam & no. bene, q ſi fiat compromiſſum † cum
clauſula, q poſsit ferri ſententia abſentibus partibus (quod poteſt, d. l.
diem proferre, §. ſi quis litigatorum. ff. de arbi. l. 2. ſecundùm vnã lect.
C. ex quibus cau. maio.) requiritur tamẽ citatio partium. & ideò clau
ſula, quòd poſſet ferri partibus abſentibus, debet ſuppleri, citatis ta-

men, ſecundùm Spe. tit. de arbi. §. excipit. ver. Pone. Idem tenet Albe. in l. ea quæ. C. quomodo & quando iudex. & in d. §. ſi quis litigatorũ. vbi dicit idem in arbitratore. glo. tamen diligenter intuenti ſentit contrarium, pro qua facit: quia cum partibus citatis, & abſentibus, de iure valeat ſententia, clauſula prædicta intellecta vt ſupra, nihil operatur, contra l. ſi quando. ff. de leg. 1. c. ſi Papa. de priuil. in 6. & ideo cauti tabelliones exprimunt, ꝙ poſſet procedi partibus abſentibus, vel
11 præſentibus, citatis, vel non citatis. Attende etiam, ꝙ vbi † ſententia eſt ferenda contra abſentem, citatio debet fieri cum comminatione: ꝙ niſi compareat intra talem diem, contra ipſum feretur ſententia: nec ſufficit ipſum ſimpliciter citari ad audiendam ſententiam. Ita gl. & Bart. in d. l. ſi apparitor. C. de coharta. lib. 12. quæ glo. licèt loquatur de condemnatoria criminis: illam tamen extendit ibi Bart. & credi: idem eſſe in ciuili in caſibus, in quibus lite non conte. poteſt ferri ſententia contra abſentem: vt in illis citatio abſentis ſit fienda modo prædicto; ſcilicet cum comminatione: aliàs non nocet: de quo vide Bal. aliter loquentem in l. conſentaneum. col. 2. C. quomodo & quando iudex. & adde quæ eleganter no. Bart. in l. aut qui aliter. in princ. ff. quod vi aut clam. & de veritate glo. & dicta Bart. in d. l. ſi apparitor. vide plenè Rom. & dom. Alexan. in d. §. Iulianus. col. 5. & ſequen. non

S V M M Æ.

1 *Citatio peremptoria requiritur in cauſis plenarijs: quæ concluſio multas recipit fallentias.*
2 *Citatio, vel monitio, quando fit alicui, cui debetur reuerentia, non habet vim peremptorij, & eſt ſecunda fallentia.*
3 *Partes quando ſunt præſentes, valet ſententia ſine ſolemnitate peremptorij lata, tametſi non ſint citatæ.*
4 *In ſententia principis non requiritur citatio peremptoria.*
5 *Citatio peremptoria an requiratur in ſententia interlocutoria. Et quid in interlocutoria primi decreti, et ea, quæ fit ab obſeruatione iudicij, ibid. nu. 6. 7. Item quid in ea, per quam iudex procedit ad annotationem bonorum; & ea, quæ exhaurit uires negotij principalis. ibid. num. 8. & 9. Et quid in inter-*
10 *locutoria magni præiudicij, nu. 11.*
Iudex ſi dicat. Cito te hac citatione pro omnibus, an habeat vim peremptorij.
12 *Solemnitas peremptorij non requiritur in cauſis ſummarijs, in quibus proceditur ſimpliciter, & ſine figura iudicij.*

Caſus,

13 *Caſus, in quibus requiritur peremptoria ſolemnitas, & in quibus non requiritur, qui ſunt quatuordecim.*
14 *Solemnitas peremptoria an vendicet ſibi locum in citatione, quæ fit à principio ante comparitionem aduerſarij.*
15 *Commonitio an habeat vim peremptorij.*
16 *Sententia quando tranſiuiſſet in rem iudicatam, tunc præſumitur pro citatione peremptoria.*
17 *Imperatoris ſententia, atque etiam Papæ lata ſine citatione an valeat.*
18 *Citatio per ſe conſiderata non eſt de iure naturali, ſed propter defenſionem, quam ſecum habet, cenſetur de iure natura.*
19 *Citatio, quæ fit poſt habitam cauſæ cognitionem ad audiendam ſententiam, eſt inducta ex quadam ſolemnitate iuris ciuilis; & ſic eſt de iure ciuili.*
20 *Parte citata peremptoriè ad audiendam ſententiam; & non comparente, ſi iudex præſtituta die non pronunciet, ſed poſt diem velit pronunciare, an teneatur iterum citare. Et an in ipſo citato non comparente requiratur manifeſta contumacia, vt iterum non ſit citandus, ibid. num. 21.*

Glo. in verbo, peremptoriè. Duo habes ex glo. notare. Primum, quod in caſibus, quibus proceditur ſeruato ordine iuris, ſolemnitas peremptorij requiritur; ideò in cauſis plenarijs erit neceſſaria. Secundum, quod in cauſis ſummarijs non requiritur citatio peremptoria. ¶ Circa primum duo ſunt examinanda. Primum quid in ſententia diffinitiua. Secundum quid in interlocutoria. ¶ Ad primum
1 concludo, quod in cauſis plenarijs requiritur † citatio peremptoria; per hunc tex. à contrario ſenſu & l. ad peremptorium. ff. de iudicijs. Idem tenent hic Guil. de Montelaud. Paul. & Lapus hic. facit quod no. Inn. in c. ad petitionem. de accuſa. notat Bart. in l. ſi finita. §. Iulia. ff. de damno infecti. ¶ Fallit hæc glo. ſecundum Guil. & Gemi. quando præſens citatur, vel monetur à iudice. intellige ſecundum Bald. & Saly. in l. 2. C. quomodo & quando iudex. quando talis monitio fit apud acta iudicij; quia talis monitio habet vim peremptorij, vt dicit notanda glo. in dicta l. 2. & in c. conſuluit. de officio deleg. Idem tenet Ioan. de Imo. col. 4. & Cardi. in 6. oppo. hic. Et idem dicas eſſe in monitione arbitri: quia arbitria ſunt redacta ad inſtar iudiciorum, l. 1. ff. de arbitris. ſecundum Roma. in l. ſi quis arbitratu. ff. de verborum oblig. & Saly. in dicta l. 2. quod eſt valde notandum: licet moder. Siculus in dicto c. conſuluit. teneat contrarium: quia eadem prærogatiua non debet

eſſe in arbitro, cum non habeat iuriſdictionem, quæ eſt in iudice. Et prædicta intellige procedere non ſolum, quando monitio fit in præſentem ore iudicis: ſed etiam quando fit per nuncium, iudice præſente, & mandante in aliquem præſentem, ſecundũ dom. Anto. in c. 1. de libel. obla. in 9. col. Bal. in d. l. 2. C. quõ & quando iudex. per l. ſi proc. præſentis. ff. de ver. ob. Sed hoc non placet Siculo in d. c. conſuluit. per tex. in l. ſeruus ſi hæredi. in prin. ibi [perſonæ cui demonſtratus adhæret] ff. de ſtatu liber. Præterea cum effectus prædictæ monitionis attribuatur maieſtati iudicis: ergo eius perſonam non debet egredi. Tu ſequere dom. Ant. & Bal. quia tex. in d. l. ſeruus. ſi bene illum ponderabis, non obſtat. Præterea eſto, ꝙ effectus attribuatur maieſtati iudicis. Si eo præſente, & mandante nuncius moneat, talis monitio debet attribui ipſi iudici. argumen d. l. ſi procuratori præſentis. igitur &c. ¶ Hæc tamen notabilis fallentia non habet locũ in cauſa feudali mota coram paribus curiæ, quorum monitio reſpectu dñi feudi non habet vim peremptoriæ citationis. tex. eſt ſingularis, & ibi Bald. colum. 3. ver. Sed mirum. de mili. vaſal. qui contumax eſt. ¶ Ex quo tex. & ibi notatis per Bal. Colligo ſecundam fallentiam ad præmiſſam con-
2 cluſionem, ſcilicet ꝙ vbi † citatio, vel monitio fit alicui, cui debetur reuerentia, non habet vim peremptorij, quod eſt perpetuò notandum: quia ab alio tactum non reperio. facit tamen ad hoc tex. in c. 1. de ſup plen. negligen. prælato. & quod no. dom. Anto. in c. ex litteris. de cõſt. Et ſic intelligendo tex. in d. c. 1. de mili. vaſal. qui contu. etſi ꝙ loquatur in caſu ſpeciali (ſcilicet quando monens debet reuerentiam illi, quem monet): habes colligere claram ſolu. ad illum tex. per quem Siculus moder. in d. c. conſuluit. nititur deſtruere communẽ doctrinam, de qua ſupra, ſcilicet ꝙ monitio iudicis non habeat vim peremptoriæ citationis. quod bene notabis. ¶ Secundò fallit prædicta concluſio,
3 vbi partes † eſſent præſentes: quia tunc valeret ſententia ſine ſolemnitate peremptorij, ſecundũ Io. de Imo. hic, per ea, quæ no. Ioa. And. in c. fin. de elect. lib. 6. vbi hoc tenet Bald. in apoſtil. per l. etiam. §. 1. ibi [præſente vel vocato.] ff. de mino. præſens enim citari non debet, immo dicitur fatuus iudex, qui præſentem citat, vt ibi no. ¶ Adde idẽ tenere Bal. & Ang. in l. 1. ff. de in ius vocan. & in rub. C. eod. titu. & in rub. C. quomodo, & quando iu. fortius dixit Bal. in Auth. ſi omnes. C. ſi vt ſe ab hære. abſti. ꝙ etiam vbi requiritur citatio pro ſubſtantia à ſtatuto, præſens non eſt neceſſariò citandus. Idem ſentit Barto. in l. prolatã. in penul. q. C. de ſenten. & interlocu. om. iu. facit quod no. Bal.

in apoſtil.

in apoſtilbtit. de confeſsis. lib. 6. Et hoc procedit, vbi citatio requiri-
tur ad effectum ſimplicis citationis, & præſentiæ: ſecus ſi requiratur
ad hoc, vt citatus reſpondeat: quo caſu præſens petere poteſt ſe citari
debere, vt habeat tempus ad deliberandum, vt habetur per Bald. in l.
cum fratrem. C. de his, quibus vt indig. de quo etiam articulo, an præ-
ſens ſit citandus, vide do. Ant. & Doc. poſt eum in c. 1. de iudicijs. Bar.
in l. accuſatoribus. C. de accuſatio. ¶ Tertiò fallit concluſio prædicta
4 glo. in ſententia † principis, quæ non requirit ſolemnitatem perem-
ptoriæ citationis, ſecundùm Bart. in l. 2. C. quomodo, & qñ iu. immò
nec fortè citationem, vt latius infra dicam in fin. huius glo. ¶ In in-
5 terlocutoria verò ſententia † an requiratur citatio peréptoria, Bart.
in d. l. ſi finita. §. fin. facit regulam, ꝙ non. Fallit primò in interlocuto-
6 ria primi † decreti, etiã ſi fiat miſsio cauſa cuſtodiæ, per ea, quæ not.
glo. Dy. & Bart. in d. l. ſi finita. §. ſi plures. de quo ibi per moder. ¶ Se-
7 cundò fallit in interlocutoria ab obſeruatione † iudicij, ſecundùm
Inno. in c. ad petitionem. de accu. per l. properandum. §. & ſi quidem.
C. de iudi. Idem tenet Bart. in l. conſentaneum. & in Auth. qui ſemel.
C. quomodo & qñ. Doc. in c. conſuluit. de officio deleg. dom. Ant. in c.
cauſam. de dolo & contuma. vel de eo, qui mit. in poſſeſs. Ioa. de Ana.
in c. ad petitionem. de accuſa. Bal. in c. 1. de mili. vaſal. qui contu. eſt.
Et hoc procedit, niſi reus cauerit infra certum terminum ſe proſecu-
turum, & finiturum litem: quo caſu lapſo termino, & 10. diebus vltrà,
non requiritur ſolemnitas peremptorij in abſolutione rei ab obſer-
uatione iudicij. tex. eſt ſingularis in Auth. quod fieri. C. de dila. ſequi-
tur Bart. in d. Auth. qui ſemel. dom. Ant. in d. c. cum cauſam. Rom. in
ſingulari 23. ſub rub. de re iudica. quod eſt bene notandum. ¶ Ter-
8 tiò fallit in interlocutoria † per quam iudex procedit ad annotatio-
nem bonorum, iuxta l. 1. C. de requiren. reis. vbi glo. ponit formam ta-
lis annotationis. Ita Inno. in d. c. ad petitionem. ſequitur dom. Alexã.
in d. §. Iulianus. & Io. de Ana. in d. c. ad petitionem. Bal. in c. 1. de mili.
vaſal. qui contu. eſt. ¶ Fallit quartò in interlocutoria, quæ exhaurit
9 † vires negocij principalis ſecundùm Bart. in d. l. conſentaneum. quẽ
ſequitur ibi Saly. & Bart. in l. tres denunciationes. C. quomodo & qñ.
Dom. Anto. in d. c. ad petitionem. & licèt Ioa. de Imo. in d. §. Iulianus.
dicat, ꝙ hoc dictum Bart. fortè non probatur lege. tamen ſecundum
Moder. ibi confirmari põt ratione; quoniam talis interlocutoria, per
quam negocium principale, vel principalis pars ipſius terminatur,
habet vim diffinitiuæ ſecũdùm Bal. in l. 1. col. 5. ver. Denuò quæro. C.

quando pronunciat lege, tex. ſingularis in l. intra vtilem, cum glo. ff. de minor. & glo. 2. in Clem. ſi. de appel. & in interlocutoria habente vim diffinitiuæ requiruntur ea omnia, quæ in diffini. glo. ſing. in verbo, ſta tuens in c. ſi. de elec. lib. 6. notant Doc. per glo. in c. peruenit. & de appel. Fede. de Se. in conſ. 198. Bal. in l. & in minoribus. C. de his, quibus vt indig. Roma. in rubr. de re iudi. ff. dicit hoc, & nota in rub. de re iudi. in q. illa de ſequito loquente de interlocutoria, habente vim diffinitiuæ in ſecundo dicto Bart. vide etiam in c. quoniam frequenter. §. in alijs, vt lite non conte. Bal. in addi. Spe. titu. de ſententia. col. 9. verſicu. & in interlocutoria, vbi refert Guil. de Suz. dicere, quod interlocutoria, quæ poteſt reparari per diffinitiuã, non requirit ſolemnitatem peremptorij: alias ſecus, & de materia vide etiam Io. An. in d. c. conſuluit. Ang. in l. ſi. ff. de ferijs. & in l. 1. §. hæc ſtipulatio. in repetitione. ff. ſi cui pluſquã per l. falcid. ad peremptorium. ff. de iudi. in Auth. ei qui. C. de bo. auctoritate iudi. poſſi. Spec. de citatione. §. viſo. ver. Dicuntur etiam. & in titu. de dila. §. videndum. ver. Si termini. & ver. Quid ſi data. ¶ Quid autẽ

10 ſi iudex dicat: Cito te hac citatione pro omnibus: an habeat vim peremptorij? vide Bart. in d. §. Iulianus. & ibi do. Alex. & pleniùs in l. contumacia. ff. de re iudica. quæ omnia tene bene menti, quia alij hic non

11 ponunt. ¶ Fallit quintò in interlocutoria magni præiudicij, ſecundùm Ang. in d. l. ad peremptorium. & do. Ant. in d. c. ad petitionem. vbi Io. de Imo. & Io. de Ana. tenent contrarium per no. in d. l. ſi finita. §. ſi plures. per glo. & Barto. dicentes, quod in miſſione cauſa cuſtodiæ (& ſic vbi agitur de modico præiudicio) requiritur ſolemnitas peremptorij, & ibi per eos. ¶ Ad ſecundum autem principale notabile, quod

12 ex hac glo. ſupra collegi, ſcilicet quod in cauſis ſummarijs non requiratur ſolemnitas peremptorij, adde, quòd idem tenet Ang. in d. l. ad peremptorium. & Rota deciſ. 245. incipiente. Item licèt in cauſis prophanis. Idem Bal. in rub. C. commu. vel epi. no. Bart. in l. filiusfami. ff. de dona. & in l. 1. ff. de teſta. mili. Quod ſingulariter intelligit procedere Rom. in d. §. Iulianus. in cauſa ſummaria, in qua proceditur ſummariè, ſimpliciter, & ſine figura iudicij: ſecus eſſet in cauſa, quã lex ſimpliciter vocat ſummariam. Et probat hoc modo, Primum decretum eſt ſummarium. Auth. ei qui, cum glo. C. de bo. auct. iudi. poſſi. l. 1. C. vbi in rem actio. c. quoniam frequenter. §. quod ſi. ſup. vt li. non conte. no. Bal. in d. Auth. ei qui col. 9. & tamen in ipſo requiritur peremptoria citatio, vt per glo. in d. §. Iulianus. & in d. c. quoniam frequenter. in c. 1. de mili. vaſal. qui contumax eſt. Cyn. in l. 3. in 8. q. ff. ſi ex noxa. cauſa

agatur.

aſſignato ad diem ad eum proponendum, C. de bo. quod ſoli. in d. l. ſi pluſſi idem ſcriptum &
e ad petitionem. & ſic eſt communis opinio, de qua plenius hic dixi ſupra. Ad
13 igitur &c. ¶ Ex ſupradictis habes notare aliquos ſpeciales caſus, in quibus
requiritur peremptoria ſolemnitas: & multos, in quibus non requiri-
tur, quibus adde alios quoſdam. ¶ Et primò, quia quando ſunt plu-
res iudices, & unus requirit alium abſentem, ſufficit unica requiſitio,
glo. notanda in verbo, requiſiuerit in Clem. i. de haeret. in Collio. ſi epi-
ſcopus. 18. dicit Card. & Abb. in c. cum cauſa. de off. dele. Ab. in c. ſtatui
nobis. b. lim. de elect. Bal. & Ang. in d. l. ad peremptorio. ſacit glo. in l.
ea. C. ſi man. ita ſecit alici. Auth. ſi omnes. C. ſi ut ſe ab haere. abſti. c. ſtat.
14 de clandeſtina deſponſa. c. fin. qui ma. ac cu. poſſ. quae probant ſuf-
ficere unicam requiſitionem extraiudicialem, glo. tamen in d. c. cauſa
onuſ a rentio, quam non requiratur trina requiſitio iudicis: colliges pro
15 qua facit. in d. de ſuppleo. neglegen. prael. & quod dixi hoc vide pul. hic
Domini in conſilio obtra. unum. de off. deleg. Ioan. Roma. in conſ. 422.
Bal. in l. edicto. Col. i. C. de edendo. ¶ Secundò, ubi pons eſt ai
tur ad ſtabdam, ſufficit unica citatio, ut ſi epiſcopus 18. diſt. ¶ Ter-
tiò: in requiſitione extraiudiciali ſufficit unica, l. Titius §. uſque de leg.
16 ſecundo. Bal. in c. cum dominus. ſalut. qui li contumax eſt, glo. in d. c. ſi epiſco-
pus. Bart. in l. Seius & Angel. in ſi. de leg. 3. li. ſi Titia. ff. de acqu. h. qui
Romanus §. Sola. ff. de verbo. obliga. l. de pupillo §. ſi quis ipſi praetori. ff.
de oper. nou. nuncia. glo. in verbo, propoſita. in c. cum proponeres. de elect.
17 lib. 6. Dominicus in d. c. ſi contra eum. Roma. in conſ. 346. in d. in fin.
C. de adulte. ¶ Quartò, in eo quod non requiritur peremptoria cita-
tio ſecundum Inn. de ſuo ubi in c. cum olim. de re iudicata, allegat Io. An.
in c. cum ſit. Romana. de appella. ¶ Quintò idem eſt in citatione facta
à principe ſecundum Hoſt. & Doct. in d. c. cum olim. de re iudi. glo. in l. pendlet
C. ex quibus cau. mai. notat Bald. in l. ex qua. C. quomodo, & quando ap
do plus dicit Hoſti. in d. c. cum olim: quod contra tirannum occoſtene in
bona Papa. poteſt ferre ſententiam non citatum, & ſequitur Roma-
nus in ſingulari pe. de re iudicata: & dicam infra in quaeſtione, an ſen-
tentia principis lata ſine citatione valeat. ¶ Sextò idem eſt in ſen-
tentia expenſarum ſecundum Ang. in d. l. ad peremptorium. & Doct.
in c. querelam. de procu. ¶ Septimò idem ſi nuncius fuit impeditus
per citandum, quominus ad eum iret, ſecundum Ange. in d. l. ad pere-
ptorium allegat Innoc. in c. ad petitionem. ¶ Adde idem tenere Pet.
de Ancha. in Clem. 1. de iudiciis. per c. quoniam §. porro. ut lite. non
conteſta. ubi tex. notabilis, facit quod notat Bal. in l. ex qua. C. quomo-

 do &

do & quando iudex. in l. properandum. §. ſin autem reus. C. de iudic. ¶ Octauò idem, ſi citatus appellauit ſemel, vel bis à grauamine; quia ſic appellando videtur proteſtari, quod non vult amplius coram eo comparere, ideò poteſt diffinitiua contra ipſum ferri. c. 2. de dolo & cōtu. in ſexto. no. Ang. in d. l. ad peremptorium. in glo. magna. ¶ Nonò, ſententia lata in palatio Apoſtolico valet ſine ſolemnitate peremptorij: quia in illo omnes termini poſt litem conteſtatam ſunt peremptorij, ita Rota deciſ. 245. quæ incipit. Item licèt in cauſis prophanis. & in deciſ. 307. incipiente. Item fuit determinatum dubium. & allegant Spec. ad hoc titulo de citatione. §. viſo. ver. dicunt. ¶ Decimò, perſonaliter citatus non eſt, niſi ſemel, vocandus. Inno. in d. c. ad petitionē. & hoc verum, ſi dixit ſe nolle venire: de quo per Bal. in c. 1. de milite vaſ. qui contumax eſt. notatur in l. fin. ff. de in integrum reſti. per Io. And. in c. venerabilibus. §. ſecus. de ſententia excom. lib. 6. Clem. ſi an te. de dolo & contu. & ibi per glo. & per glo. in c. 2. de dolo, & contu. in ſexto, per Ang. in d. l. peremptorium. ¶ Vndecimò, ſi mandatur inferiori, quod compareat coram ſuperiore, ſufficit vnicum mandatum, ſecundum Spec. titu. de cita. Sed Ioa. And. tenet contrarium in c. fi. de accuſa. & Bal. quem vide in c. 1. de milite vaſal. qui contu. eſt. ¶ Duodecimò, vbi debet citari titanous, vel alius, qui ſit terribilis in citando, ſufficit vnica citatio ſecundum Io. And. in c. non minus. de immu. eccle. ſequitur Bald. in d. c. 1. de milite vaſal. qui contu. eſt. ¶ Tertiodecimò, ad videndum iurare teſtes, ſufficit vnica citatio, ſecundū Bart. in l. conſentaneum. C. quomodo & quando. ſequuntur communiter Doc. in d. c. ad petitionem. & in c. conſuluit. de offi. deleg. habetur per Bart. in l. ſi quando. C. de teſtibus. per Arc. in c. ſignificauit. col. 6. de teſtibus. ¶ Sed hoc verum intelligit Ioā. de Imo. in d. c. ad petitionem. quem ibi ſequitur Io. de Ana. quò ad effectum, vt ratione contumaciæ poſſet puniri in expenſis. c. querelam. de procura. non autem ad hunc effectum, vt ratione contumaciæ poſſet fieri miſſio in poſſeſſionem: quia tunc requiritur peremptorium, etiam ſi fiat miſſio ex cauſa cuſtodiæ, per no. per glo. Dy. & Bart. in d. l. ſi finita. §. ſi plures. & hoc bene notabis: quia militat non ſolùm quantum ad iſtum caſum, ſcilicet quando citatur ad videndum iurare teſtes, ſed in omnibus alijs, in quibus non requiritur peremptorium, vt non procedat quò ad effectum mittendi in poſſeſſionem. ¶ Quid autem de citatione ad videndum produci teſtes? Bald. in d. l. ſi quā. C. de teſti. tenet, quod vnica non ſufficiat: quia agitur de magno præiudicio: & vide Ioan. de Ana. in d. c.

ad petitionem. ¶ Quartodecimò idem eſt, vbi verſatur modicum
præiudicium ſecundùm Ange. in d. l. ad peremptorium. Sed glo. in d.
c. ſi epiſcopus. 18. diſtinc. ſentit contrarium, & Bart. in d. §. Iulianus,
dum concludit, q in primo decreto requiratur peremptorium, ſequi-
tur Io. de Ana. in d. c. ad petitionem, ſupra dixi, & vide Ang. in d. l. ad
peremptorium. Alios etiam caſus colligere poterit curioſus lector,
ſatis ſit pro nunc prædictos recenſuiſſe. Moderni latè loquũtur de ma
teria in d. c. ad petitionem, & etiam in d. §. Iulianus, ad quos me remit
to. Vbi etiam plenè examinant, an & quando comminatio ad proce
dendum ad vlteriora habeat vim peremptorij. An autem ſolemnitas
14 † peremptorij habeat locum in citatione, quæ fit à principio ante cõ
paritionem aduerſarij, vide Inno. in d. c. ad petitionem. & Ang. in d. l.
ad peremptorium. ponentem etiam quid in inducijs deliberatorijs.
15 Item an † comminatio habeat vim peremptorij, vide Bart. in d. §. Iu-
lianus, cuius doctrinam ſequitur Io. de Imo. in c. paſtoralis. de excep.
& Ang. in l. in peremptorio. ff. de iudi. Rota in præallega. dec. 245. &
plenè Moder. do. Alex. in d. §. Iulianus. & Mathe. in notabili ſuo octa-
uo. & de materia peremptorij pulchrè loquitur Bal. in l. fi. ff. de ferijs.
16 Aduerte tamen, q vbi ſententia † tranſiuiſſet in rem iudicatam; tunc
præſumitur pro citatione peremptoria ſecundùm do. Ant. in c. in præ
ſentia. de renun. col. 6. facit c. bonæ. de electio. ¶ Supraſcriptis optimè
applicari poſſe puto q. illam antiquam, quam Pileus diſputauit, ſua
17 q. 18. ſcilicet an ſententia Imperatoris † lata ſine citatione valeat: in
quo articulo tex. in c. 1. in fin. Ibi [nec nos & inaudita parte ali-
quid poſſumus iudicare] de cauſa poſſeſs. & proprie. probare vide-
tur, q non, immo plus, cum ibi ante verbum, poſſumus, ponatur nega
tiua, nec, datur intelligi, q lex reſiſtat ſententiæ tali, iuxta doctrinã
glo. in c. 1. de regu. iur. lib. 6. ¶ Secundò ad idem facit c. nos in quẽ-
quam, 2. q. 1. ¶ Tertiò tex. in Cle. paſtoralis. de re iudica. vbi propter
defectum citationis caſſatur ſententia Imperatoris iniuſta contra re-
gem Robertũ lata. ¶ Quartò facit tex. & glo. in l. fin. C. de legi. & l.
nam ita diuus. in fin. ff. de adoptio. ¶ Quintò facit ratio, quia citatio
inuenta eſt ad defenſionem: quæ defenſio eſt de iure naturali, ergo p
principem non poteſt auferri. l. 3. §. ad idem. ff. de re milita. & d. Clem.
paſto. ¶ Sextò, inquiſitio veritatis etiam requiritur coram principe;
quia illa eſt iuriſgentiũ, ſed ad cognitionem veritatis peruenitur per
citationem partis, l. fin. C. ſi per vim. Ibi [merita cauſarum partium
aſſertione] &c. ¶ Septimò. Deus citauit Adam, dicendo, Adam, vbi

es. vt no. in Extrauagan. ad repri. in ver. ſine figura. igitur &c. ¶ Hanc partem tenet Bal. in d. l. fi. C. de leg. dicens, q licet princeps non teneatur ſeruare ordinem iudiciarium. c. in cauſis. de re iudi. tamen debet citare partes, alias non valeret ſententia principis. Idem tenet Bart. in l. 2. C. quomodo & quando iudex. dicens, q tamen non requiritur peremptoria citatio. de qua ſupra dixi. ¶ Eandem ſententiam ſequitur Roma. in l. 1. col. 5. ff. de arbi. dicens eſſe caſum no. cum glo. in dict. fin. Idem Roma. in conſ. 487. in fin. & in ſingulari vltimo ſub rub. de re iudi. Idem Io. An. in c. 1. de cauſa poſſeſ. & proprie. diſtinguens tamen inter ordinariam poteſtatem principis, & abſolutam. Idem Io. An. in c. cum olim. de re iudi. hoc limitans non habere locum in notorijs. ¶ Eandem opi. tenet Bart. in d. l. nam ita diuus. in aliquibus locis bene facit l. diuus. ff. de iure aureo. annul. & Bart. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de lib. & poſthu. Hoſti. & dom. Anto. in d. c. cum olim. limitant non habere locum, vbi ſententia fertur contra rebelles Eccleſiæ. quo caſu ſine citatione valet. & ſequitur Bald. in proh. feu. & Roman. in ſingul. [illegible] de re iudi. Card. & Abb. in d. c. 1. de cauſa poſſ. diſtinguunt, q aut poterat competere defenſio, aut non, iuxta doctrinam Bart. in l. [illegible] §. [illegible] ff. de admini. rerum ad ciui. pertinentium. vt ibi per eos. Ego in hoc articulo & paſſu notabili, omiſſa indagatione, quanta ſit poteſtas Imperatoris, & Papæ, quæ certè maxima eſt, vt patet ex traditis per Bar. in l. reſcripta. in principio. C. ſi contra ius. & in l. imperium. ff. de iuriſdi. omn. iudi. per Paleum in d. q. 18. & plenè per Alua. [illegible] c. 1. quis dicatur dux, vel co. mar. & alias aliquid dixi in rub. C. de teſta. lib. 6. Solum ad huius articuli clariorem intelligentiam, dico primo videndum eſſe, an Papa, vel Imperator poſſit diffinire omiſſo ordine iuris, quem cæteri magiſtratus inferiores tenentur obſeruare. l. prolatam. C. de ſenten. & interlocu. omnium iudi. c. exhibita. de iudi. Auth. offeratur. C. de li. conteſta. c. 1. de libelli obla. per Paul. in Cle. diſpendioſam. de iudi. Et certè concludo, q ſic. Et videtur primo hoc probari per l. ex imperfecto. C. de teſta. & ibi bona glo. no. in c. in cauſis. de re iudi. in c. fin. de tranſac. in c. ad petitionem. de accu. ¶ Secundò facit, quia princeps ſupplet omnem defectum ſolemnitatis ordinis iudicialis omiſſi. d. Clem. paſtoralis. & per eius reſcriptum tollit ſolemnitatem teſtamenti, l. ſi non ſpecialiter. C. de teſta. facit quod no. in c. illa. de elec. ¶ Tertiò. Imperator legem condendo poteſt ordini iudicij a ſe inducto derogare. patet in Extrauagan. ad repri. & in d. Clem. diſpendioſam. & per hanc Clem. & no. in d. Auth. offeratur. ergo &

go & procedendo poteſt derogare dicto ordini. hoc probatur in l. de quibus.ver.Nam cum ipſæ.ff.de legi.l.2.in fi.C.de dila. firmat Bal. in d.l. imperium. & in d.l. fin. & in c.1.de noua for. fide. facit quod ipſe no.in l. Barbarius.ff.de officio præto. ver.Expeditus de primo.vbi dicit,ꝙ populus habens poteſtatem legis condendæ, non habet in actibus ſuis procedere iudicialiter,ſiue litigioſè. nam princeps eſt lex animata in terris,in Auth.de conſulib.§.fin.ſi ergo eius lex,quæ cenſetur vox mortua,hoc poteſt,fortius hoc poterit eius vox viua. argu.§.ſi verò.in Auth.de fide inſtru.facit quod no.Io.An.in c. ad diſſoluendum. de deſpon.impu.ſuper glo.fin.¶ Quartò.conſuetudo,ꝙ ordo iudiciarius non ſeruetur, valet ſecundùm Inno.in c.1.de libe.obla.ergo fortius hoc poteſt Imperator, iuxtà no.per Inno.& Doc.in c.cum P. tabellio.de fide inſtru.nam conſuetudo fungitur vice principis. c. ſuper quibuſdam. de fide inſtru. no. in c.conqueſtus.9.q.1. Et quod poteſt conſuetudo, poteſt & lex.& conſequenter princeps,d l.de quibus.qđ enim principi placet, legis habet vigorem,l.1.ff.de conſtitu. prin.§. ſed quod principi. Inſti. de iure naturali. ¶ Quintò.quicquid facit princeps,facit Deus,in Auth.de hære.& fal.in prin. ergo ſola facti veritate inſpecta, debet iudicare, cum Deus ſit ipſa veritas, vt no.in c. cum omnes.de teſta.quę non fallit,nec fallitur,l.fin.C.de ponde.auri. li.11.c.à nobis.de ſen.excom.Hinc dixit Bal.in c.1.§. fin.de noua forma fidelitatis.ꝙ vbi princeps ſcit veritatem, non debet ire per ambages. Idem dixit Bald.in l. ſcimus. in prin.ver.Sextò quæro.C.de iure delibe. facit quod no. Bart.in l.ſi fideiuſſor.§.quædam.ff.manda.in l. Quintus, eodem titu.in l.filiusfami.ff.de dona. in Extrauag. ad reprl. in verbo, ſine figura.& per conſequens omnis ſolemnitas iudiciorum videtur ab eo excludi.Hinc dixit Archi.in c.Cęmonienſem.56.diſtin. ꝙ princeps omnem ſolemnitatem circumſcribit.Idem notat Spec.tit. de legato.§.nunc oſtendendum. ver. 18. & clarius inquit Archi.in c. ſeruatis.25.q.2. ꝙ in principe eſt plenitudo poteſtatis: & vbi patet eius intentio, ſeruanda eſt. facit c.ad aures.de reſcriptis. Ibi [intentionis noſtræ] &c. patere autem dicitur, quod facit ex certa ſcientia, nec debet in dubium reuocari,l.2.ff.de legi. c.1.& 2.de confirma.vti. no.Bart.in l. conficiuntur.§.1.ff.de iure codi.& Bal.de pace Conſtan. in.§.ſi quis aût.quæ ſupraſcripta omnia probant,ꝙ Imperator poſſit ſuam ſententiam proferre,non ſeruata ſolemnitate iuris: & ſic ſtãdo, vel die feriata, iuxta no.in l.fin. C.de ferijs. faciunt notata per glo. & Doc.in l.ictus fuſtium. ff. de his,qui no.infa.l.verum.§.ex facto.ff.de

mino: ſententia enim principis non requirit exactum ordinē iuris ſe-
cundum Io. An. in c. in cauſis. de re iudi. nam ipſe ſolus habet poteſta
tem mandandi, ſic facias. Alij aūt debent dicere, facias iuſtitiam ſe-
cundùm Inn. in c. ſignificadtibus. de offi. delega. nam coràm ipſo prin
cipe ſuppletur defectus ſolemnitatis iuris: ita ꝙ proceſſus agitatus co
ram principe non poteſt dici nullus reſpectu ordinis nō ſeruati: quia
permittens coràm ſecaliter procedi, videtur diſpenſare, ſecundùm In
no. in c. 1. de lit. cōte. Idem no. Io. in c. inſtitutiones. 25. q. 2. facit quod
no. Spec. titu. de ſententia §. iuxta propoſitionem. facit tex. in d. c. ad
petitionem. in fi. per quem dixit ſingulariter Bald. in c. 1. § fin. de noua
forma fideli: ꝙ etiam vbi alias ordo iuris non ſit ſeruatus, princeps
poteſt iudicare ſola facti veritate inſpecta. quod eſt notandum. Ex
quibus propius ad quæſtionem noſtram accedendo, inferri poteſt, ꝙ
cum citatio ad ſententiam ſit de ordine iudicij, valebit ſententia Im-
peratoris, vel Papæ ſine citatione. ¶ Confirmo hanc ſententiam ex
18 multis. Primò quia citatio † de ſe non eſt de iure naturali, ſed pro-
pter defenſionem, quam continet, l. 3. §. ſi ad diem. ff. de re mili. no.
Bald. in l. executorem. col. 15. verſ. Modò facio quendam volatum. C.
de execu. rei iudi. Idem dicit Roma. in rubr. ff. de arbi. col. 7. licèt di-
cta iura non alleget, nec Bal. & ideo licèt citatio ad ſe defendendum,
19 & probationem faciendum ſit de iure naturali: tamen citatio † quæ
fit poſt habitam cauſæ cognitionem ad audiendum ſententiam, eſt in-
ducta ex quadam ſolemnitate iuris ciuilis: fit enim, vt ille quaſi con-
tractus, qui inter litigantes celebratur. l. 3. §. idem ſcribit. ff. de pecu-
lio. habeat ſua eſſentialia fundamenta; quæ non haberet, niſi interue
niret citatio. probatur; nam cum inter abſentes non poſſit contrahi,
l. conſenſu. vbi glo. ff. de actio. & oblig. niſi mediante aliquo organo,
l. 1. ff. de contrahen. emp. & alteri per alterum non acquiritur. § alteri.
Inſti. de inutili ſtip. & l. ſtipulatio iſta. § alteri. ff. de verbo. oblig. fuit
ad hunc quaſi contractum firmandum inuenta citatio: qua interue-
niente citatus habetur pro præſente, Auth. qua in prouincia. C. vbi de
crimine. immo citati abſentia ſuppletur Dei præſentia. l. properandū.
§ cum autem. C. de iudi. & ita voluit Bal. in l. cum fratrem. C. de his,
quibus vt indig. Iſtud autem, quòd alteri non acquiritur, ꝙ ſit ſole-
mnitas iuris ciuilis, & non naturalis, probatur: quia ex tali ſtipulatio-
ne alteri facta oritur exceptio, vt no. in d. §. alteri. quæ non oriretur,
ſi quòd alteri non acquiritur, eſſet ſolemnitas iuris naturalis. Igitur
cum citatio ad ſententiam ſit iuris ciuilis ſolemnitas, quam non tene-

tur obſeruate Imperator, vel Papa, vt ſupra dixi: ſequitur ſententiam Imperatoris, vel Papæ latam ſine citatione valere. ¶ Secundò, ꝙ talis citatio ad ſententiam ſit iuris ciuilis, probatur ſic. Vbi ſolemnitas iuris eſt ſeruanda, non valet ſententia lata pro abſente, ea non obſeruata, & ſic pro abſente non citato. l. furioſo. ff. de re iudi. l. ea quæ. C. quomodo & quando. quæ tamen ſententia pro abſente non citato valet, vbi ſolemnitas iuris ciuilis remota eſt, & ſic in caſibus, in quibus proceditur ſine figura iudicij, vt determinat Bart. in Extrauag. ad reprimen. in verbo, ſine figura. ſequitur hic Io. de Ligna. & Ioa. de Imo. col. 38. & Pet. de Ancha. hic. ergo patet, ꝙ citatio ad ſententiam eſt ſolemnitas iuris ciuilis. ¶ Tertiò eandem opi. firmat Bal. in repetitione l. 1. C. de ſumma Tri. col. 31. ver. Item puto quartam concluſionem. vbi concludit valere ſtatutum, ꝙ facta diſcuſsione cauſæ, ſententia non poſsit vitiari: quia ꝙ citatio ad ſententiam requiratur, eſt ordinis, & de apicibus iuris magis, quàm de bona fide, ſi partibus præſentibus eſt de cauſa diſcuſſum; & ideo poteſt ei renunciari. l. ſi fideiuſſor. §. quædam. ff. mandati. voluit Spec. titu. de citatione. §. viſo. ver. ſed pone ꝙ partes. ¶ Quartò dixit Bal. in c. cum ſit Romana. de appel. ꝙ citatio ad ſe defendendum eſt de iure naturali, alleg. d. Clem. paſtoralis. ego allego tex. in l. 1. C. de requ. ren. reis. Aliæ verò citationes ſunt de iure ciuili. ¶ Quintò facit quod dicitur de arbitratore, cui omnis ſolemnitas ciuilis remittitur, iuxta no. in c. Quintauallis. de iureiur. in l. ſi ſocietatem. § arbitrorum. ff. pro ſocio. quia poteſt proferre laudum ſine citatione ſecundùm Gu. l. & Bal. in l. epiſcopale. C. de epi. audi. quod tamen pro nunc nõ firmo, ſed remitto ad no. in l. ſi quis arbitratu. ff. de verbo. oblig. in l. 6. C. de contrahen. empt. & in d. c. Quintauallis. per Roma. in conſ. 62. & Abba. in conſ. 65. ¶ Sextò. ex quo citatio ad audiendum ſententiam emanat poſt concluſionem in cauſa: & ſic tempore, quo nihil poteſt allegari, vel fieri, vt per Inno. in c. paſtoralis. de cauſa poſſeſsio. & proprie. facit l. ſi rem. §. ſi. ff. de euic. patet, ꝙ per omiſsionem talis citationis non tollitur defenſio. ¶ Septimò, vbi iudex ex officio procedit, licèt procedere non poſsit abſq; citatione, qua monetur inquiſitus, vt faciat ſuam defenſionem, l. 3. §. ſi ad diem. ff. de re mili. no. Bal. in l. 1. C. de confeſsis. col. 1. verſ. Denuò quæro. Angel. in l. pactum. ff. de pac. tamen talis iudex ex officio procedens poteſt procedere ſine citatione ad ferendam ſententiã. gl. notanda in verbo, opponentes. in c. cupientes. §. ꝙ ſi per 20. de elec. lib. 6. ſequitur Ang. in l. ſi quis libertatem. § nam cum quidam. ff. de

petitio.

petitio.hære.l. de vnoquoq;. ff. de re iudi. ¶ Octauò facit quod dicit Abbas antiquus in c.cauſam quæ.de reſcriptis.volens, ꝙ vbi declaratur proceſſus nullus, non requiratur citatio, quod ad præſens non firmo, ſed me remitto ad ibi no. per Doct. ¶ Nonò facit.quia licèt in diſcuſſione facti, per quod dicitur impoſita pœna ipſo iure, requiratur citatio; quia in tali diſcuſſione pars poſſet lædi, vt voluit glo. notanda in Clem.præſenti.in verbo, conſtiterit.de deci.& in Clem.multorum.in verbo, conſtiterit.de pœnis.tamen in ipſa ſententia declaratoria facti non eſt neceſſaria citatio.tex.eſt ſingularis in c.reprehenſibilis. de appel.ita tenet Rom.in cõſ. 482.& hoc modo intelliges prædictas glo. licèt aliqui malè intelligentes ſoleant eas allegare ad hoc, ſcilicet ꝙ in declaratoria facti requiratur citatio, ſed malè, ſecundùm ipſum Roma. Adde, quòd idem tenet Cardi.in Clem.in pleriſque.de electio.colu.9. Et ego latius tangens idem tenui in c. 1.de homicidio. lib. 6. ¶ Decimò ad propoſitum allego glo.in verbo, ſtatuimus.in l. 2. C.de legi. quæ dicit, ꝙ valet ſententia principis lata, vna parte abſente; licèt ſecus ſit in ſententia inferioris alterius magiſtratus, etiam ſi ſit lata pro abſente non citato, l. furioſo. ff. de re iudi. l. ea quæ. C. quomódo & quando. ¶ Itaq; cum (vt ex prædictis clariſsimè demonſtratum eſt) citatio ad audiendum ſententiam non contineat defenſionem, ſed ſit inuenta ex quadam iuris ciuilis ſolemnitate, quo & iure ciuili inuenta eſt ipſa ſententia, vt no. in l. 1. & in l. Iulianus. ff. de condi.indebi.& in l. 1. C.de iur.& fac.igno.ſequitur, ꝙ princeps, qui huiuſmodi ſolemnitates ſeruare non tenetur, poterit ſententiam ferre ſine citatione. ¶ Et vltra ſupra allegata addo, ꝙ hanc partem tenet Bal.in l. ne cauſas. C.de appel. Ange.& Imo.in d. l.de vnoquoq;.& Ang. in d. l. ſi quis libertatem §. nam cum quidam. vbi dicit, ꝙ in cauſa coram Papa, vel Imperatore poteſt ferri ſententia, vtraq; parte abſente, & ſine citatione: quæ omnia memoriter habes notare, quia ab alijs ſic diſcuſſa non reperies. ¶ Plus fortè poſſet attentari, quòd valeat ſententia Imperatoris cauſa non cognita, vt viſus eſt velle Bald.in d. l. ne cauſas. dicens, ꝙ ſententia principis lata ſine cauſæ cognitione ita valet, ſicut priuilegium. allegat l. is qui. ff. ex quibus cauſis maio. vbi glo. dicit, ꝙ ſi iuſta eſt cauſa, valet factum principis ſine citatione. ¶ Confirmatur hæc opinio, ſcilicet ꝙ princeps hoc poſsit non ſolum de abſoluta, ſed etiam de ordinaria poteſtate, & ſine clauſula. nõ obſtãte; quia princeps de tali poteſtate ordinaria, & abſq; dicta clauſula poteſt facere, & abſq; cauſæ cognitione, quæ poteſt facere inferior,

1 *Cauſa ſummaria, & plenaria in duobus capitibus æquiparantur, nempè ꝙ in vtraq; cauſa ab eodem iudice, & non ab alio, & in ſcriptis eſt ferenda ſententia. Et in quibus caſibus præſens hæc concluſio in vtroque capite non procedat, prout num. 2. & 3.*

4 *Sententia lata ſuper incidenti valet ſine ſcriptis, & quando fertur ſuper notorio. ibid. num. 5.*

6 *Cauſa mouens iudicem ad ferendam ſententiam reg. non eſt ab eo in ſententia neceſſariò exprimenda. Quæ concluſio multas recipit fallentias, vt ibidem.*

7 *Cauſa in ſententia debet exprimi, quando agitur in ea de graui præiudicio. Sicuti etiam in ſententia excommunicationis requiritur expreſſio cauſæ.*

8 *Expreſſio falſæ cauſæ an vitiet ſententiam. Et quid ſi duæ exprimantur, quarum vna ſit vera, altera falſa. Et quid ſi falſa tantùm exprimatur cum ver. maximè, ibid. remiſſiuè.*

Gloſa in verbo, in ſcriptis.

Concludit, quòd dixerit Egi
1 dius, ꝙ in duobus † cauſæ ſummariæ æquiparant plenarijs. Primò, ꝙ ab ipſo iudice, & non ab alio debet ſnia proferri. qđ Bal. hic in apoſtillis dixit valde notandum. Secundò, ꝙ in vtraq; ſententia debet in

ſcriptis proferri.c. fin.de re iudi.lib.6. Ratio eſt,ne aliàs contingat oc cultari veritatem prolatam in iudicio, & victorem fruſtra laboraſſe. Hanc glo. ſequitur Dñicus in d. c. fin.quicquid ibi dicat Arc.h. ¶ Pri-
2 mum dictum huius glo.fallit,quando † ſententia fertur ab vno ex plu ribus iudicibus de mandato aliorum,c. cum ab vno, de re iudi.lib.6. Ita Ioa.An.& Dominicus in d.c.fin.col.1.de hoc tamen paſſu,an ſen tentia poſſet per alium proferri, vide Cy.in l. 1.& 2 C.de ſen.ex peri cu.reci.& dom. Alex.plenè in rub.de officio eius.circa fin.vbi plures dat remiſsiones. & vide aliquid ſuper glo. ſe. in verbo, ſtans. ¶ Secun dum dictum huius glo. ſequuntur hic Matheſi.& Io.de Imo.dicentes Spec.in tit.de ſententiæ prolatio.§. iuxta.& in titu.de appel.§.2.con ſuluiſſe iudices, ꝙ quando pronunciant,dicant,in his ſcriptis &c. Et ita obſeruat conſuetudo, licèt non ſit neceſſarium, vt no.in d.c.fin.& in d. l.2. & in l.ſciendum. ff.de verbo.oblig. ¶ Hoc tamen ſecundum
3 † dictum glo.fallit in aliquibus caſibus,in quibus ſententia non eſt ne ceſſariò in ſcriptis proferenda, de quibus per Specu.vbi ſupra, & per
4 glo.in d.c. fin. Et inter alios caſus habes notare, ꝙ ſententia † lata ſu per incidenti valet ſine ſcriptis, ſecundùm Bal.in l. 2. C. de ſenten. ex pericu.reci.per tex.ſingularem in l.defendentem.ff. de aucto. tuto. & ita Roma.in rub.ff.de arbi.col.9.& in rub.ff.de re iudica. col. 5. & in ſingulari primo ſub rub. de re iudica. ¶ Secundò idem dicas eſſe in condemnatoria expenſarum, vel lata ſuper aliquo alio acceſſorio ad ipſam ſententiam.no.in l.patris & filij.ff.de vulga.& pupil. ¶ Tertiò
5 idem eſt,quando fertur ſuper † notorio,glo.notanda,quam multi nõ habent, in Auth.vt iudi.ſine quoquo ſuffragio. §. neceſsitatem. idem tenet Bal. in l.presbyteri. C.de epiſc.& cler. do.Ant.in c.ad noſtram. de iureiuran.Archi.& Io.An.in c.fin.in fin.de pœnis.lib.6.Ioa.An.in c.veſtra.de cohabi.cleri.Dominicus in c.fi. de re iudi.li.6. Io.de Imo. in c.euidentia.de accu. Rom.in l.is cui bonis.ff.de verbo.oblig.qđ eſt
6 notandum. ¶ An aũt ſit neceſſe in ſententia † exprimere cauſam mo uentem iudicem. Matheſi. hic dicit,ꝙ non,per c.ſicut.de re iudica.de quo per glo.in l.properandum.§.illo.C.de iudi.in l.2.§.ignominiæ ff. de his,qui notan.infa.per Io.de Imo.in l. ſi is ad quem.ff.de acquiren. here.dicẽtem fatuum eſſe iudicẽ exprimentem cãm: quia ſi illa cã re perietur falſa,ſententia erit nulla,tanquam continens expreſſum erro rem.de quo ibi. ¶ Fallit hæc concluſio primò, quando propter ine ptam petitionem iudex abſolueret reum, & hoc ne pereat actori ius de nouo agendi. l. filiusfami.§.diui. ff.de lega. 1.c.examinata.de iudi,

raliter in omnibus alijs caſibus, in quibus eſſet eadem q. quæ in prædictis, l. illud. ff. ad leg. Aquil. c. cum dilecta. de confir. vti. ſecundũ Senenſem in d. c. ſicut. quæ omnia habes bene commendare memoriæ. Et aduerte, ne erres, quia Doc. hîc videntur ſentire, ꝙ in prædictis caſibus ad validitatem ſententiæ requiratur expreſsio cauſæ. quod non eſt verum; quia licèt quò ad certos varios effectus, qui poſſent oriri, & ſortiri ex ſententia, cauſa ſit exprimenda: tamen quantùm ad validitatem ſententiæ, etiam in prædictis caſibus non requiritur expreſſio cauſæ. Ita declarat pulchrè Abbas in d. c. ſicut. & in ſuo conſilio 7. Sequũtur Moder. in d. §. illo. de quo per Areti. in c. ſignificauerunt. in 6. col. & ſeq. de teſti. quod eſt bene notandum. ¶ Super hac glo. &
8 iuxta prædicta quæri poteſt, an expreſsio † falſæ cauſæ vitiet ſententiam. & quid ſi duæ exprimantur, quarum altera eſt vera, altera falſa. Et quid ſi falſa tantùm exprimatur cum verbo, maximè, dixi hoc anno in c. 1. de re iudi. vbi per Abba. habetur in c. inter cætera. in c. cum inter. eod. titu. & ad ibi no. me remitto, ne præſens repetitio nimis in longum trahatur præter propoſitum.

SVMMAE.

1 *Iudex, quòd ſtans proferat ſententiam, an ſit in cauſis ſummarijs ſpeciale.*
2 *Concluſio an ſit neceſſaria in cauſis plenarijs, & in quo foro.*

Gloſa in verbo, ſtans.

Cõcludit ſpeciale eſſe in ſummarijs, ꝙ iudex † ſtãs
1 proferat ſnĩam. Pau. hic refert Pet. & Cy. in l. iudices. C. de iudi. tenere, ꝙ ſi iudex bene deliberaret, poſſet etiam in plenarijs ſtans ſententiare: quia multa fieri prohibẽtur. &c. 2. q. 6. c. biduũ. c. ad Apoſtolicã. de regu. l. patre furioſo. ff. de his qui ſunt ſui, vel ali. iu. Idem dicit Pet. addens, ꝙ ſicut dominus poteſt ſtipulari per procuratorem. l. ſi procuratori. ff. de verbo. obliga. Ita poſſet iudex per ſuum miniſtrũ pronunciare, per d. l. quod vltimum tenet Cy. in l. 2. C. de ſenten. ex peri. reci. Sed hoc non placet Pau. quia iudex per ſeipſum debet proferre. c. fin. de re iudi. lib. 6. Et hoc verius eſſe dicit hic Car. col. 5. per glo. hic, & in d. c. fin. & 2. q. 6. c. ſi quis in hoc. & l. ſtatutis. C. de ſen. ex peri. reci. dixi aliquid ſupra in glo. præce. & vide dom. Alex. in rub. ff. de offi. eius.

Gloſa in verbo, concluſionem.

2 Arguit per hunc tex. ꝙ in plenarijs ſit neceſſaria † concluſio in cauſa. poſtea dicit, ꝙ communiter in foro ſeculari non fit: In eccleſiaſtico bene fit per partes, vel per iudicem, inuitis partibus, quando ſufficiētes dilationes ſunt datæ. & hanc glo. ſequitur hic Bal. in apoſtillis. Ex qua colligit Io. de Imo. ꝙ in foro ciuili (ex quo in eo non fit concluſio in cauſa) inſtrumenta vſq; ad ſententiam poſſunt produci. quod dicit notandum. Sed aduerte quia Pau. hic, & Card. in fi. tenent per hanc litteram. ibi [videbitur] ꝙ iudex inuitis partibus in ſummarijs poſsit concludere. ex quo colligit Cardi. differentiam inter ſummarias, & plenarias; quia in primis eſt in optione iudicis, an concludat. in plenarijs ſecus, propter conſuetudinem; de qua hic in glo. Intelligit tamen concluſionem factam eo ipſo, ꝙ renunciatur omnibus probationibus iuris, & facti; adeò quòd neutra pars amplius auditur de facto, vel de iure, vt plenè no. per Inno. & Doc. in c. paſtoralis. de cauſa poſſ. & proprie. per Spec. titu. de renuncia. & citatione. in princ. & alibi frequenter per Doct.

SVMMAE.

1 *Forma procedendi ſimpliciter, & ſine figura iudicij, habet non ſolum locum, quando princeps ſic committeret, ſed etiam quando canon ita diſponit procedendo, vel lex.*

2 *Partibus contradicentibus an poſſit in cauſis ſummarijs ſeruari ordo iudiciarius.*

3 *Non contradicere tenet medium inter conſenſum, & diſſenſum, regulariter, vbi ſimpliciter conſenſus in aliquo actu requiritur.*

¶ Sequitur. §. Quæomnia.

1 Væ omnia. No. primò, ꝙ forma † procedendi ſimpliciter, & ſine figura iudicij, de qua hic, non ſolum habet locum, quando à principe ſic committitur: ſed etiam quando canon ita diſponit procedendo, vel lex. ¶ Secundò no. ꝙ ordo iudiciarius in cauſis ſummarijs &c. exigit ſolemnitatem. quæ, qualis ſit, dicam infra in glo. ¶ Tertiò no. ꝙ partibus non contradi-

centibus, etiam in ſummarijs poteſt ordo ſeruari; de quo in glo.
¶ Quartò no. caſum, in quo ſufficit tacitus conſenſus, & ſic non reclamatio, de quo in glo. Et ratio prædictorum ſecundùm Guil. de Mõtelau. eſt; quia talis forma eſt inducta in fauorem partis, ergo potuit illi renunciare. c. ad Apoſtolicã. de reg. Præterea res de facili redit ad propriam naturam ſuam. c. ab exordio. 35. di. l. ſi vnus. § pactus. ver. Quod in ſpecie. ff. de pac. ¶ Quintò no. differentiam eſſe, an proceſſus ſit irritus, an irritandus.

Gloſa in verbo, alias.

Exponit tex. Sed Guil. de Montelau. aliter exponit illud, alias, ſcilicet reſcripta Sedis Apoſtolicæ; quia alius inferior nõ poteſt contra ius cauſam committere ſine figura iudicij: de quo dixi ſupra latè in glo. in verbo, mandamus. vide ibi.

Gloſa in verbo, contradicentibus.

2 Quærit, an contradicentibus partibus † poſsit ſeruari ordo in ſummarijs? reſpondet, ꝙ non. Quod tamen intelligit verum, quando ſic mandatur procedi ſummariè ab homine, vt hic. Secus ſi non mandetur, ſed ponatur in iudicis poteſtate. puta dicatur, ꝙ iudex poſsit procedere, per not. in Clem. diſpendioſam. de iudi. & in hoc hanc glo. cõmendat Bal. hic in apoſtillis. Ex qua glo. & his, quæ in ea dicuntur, infert Guili. de Montelau. hic eſſe caſum, in quo potius recurritur ad extraordinariũ reme. quã ordinariũ, contra l. in cauſæ. ff. de mino. c. cõſtitutus. de in integ. reſt. quod ideò eſt, quia extraordinarium nõn eſt contra ius commune, ſed ſecũdùm ipſum ius, vt hic. ff. de publica. l. 1. §. inde quæritur. vbi no. per glo. & Dy. notatur etiam in c. ex parte. 2. de reſcrip. per glo. & Ang. in l. 1. §. per hanc. ff. de rei ven. in l. fin. C. ſi aduerſus rem iudi. in l. fin. ff. ſi mi. ſe ma. dix. per Bar. in l. in prouinciali. de ope. no. nun. per Cy. in l. ea quidem. C. de accu. in vlti. q. ¶ Secundò dicit, & no. iſta glo. hic eſſe vnum caſum, in quo ſufficit tacitus cõſenſus, & taciturnitas. Regulariter tamen vbi requiritur conſenſus,
3 non contradicere † tenet medium inter conſenſum, & diſſenſum. qđ intelligit Car. procedere, præterquàm in fauorabilibus, in quibus tacens habetur pro conſentiente, l. ſi remunerandi. §. quod ſi paſſus. & l. qui patitur. ff. mandati. no. Inno. in c. in Geneſi. de elec. & latè per Bar. in l. inuitus. C. de procurato. per glo. in l. filiusfami. §. inuiti. ff. de procu

ra. per Bart. in l. quæ dotis. ff ſolu. matr. in l. Gaius. ff. de pigno. actio. aliquid per glo. & Doc. in l. 2. §. voluntatem. ff. ſolu. matr. in c. 1. & 2. de accu. lib. 6. per glo. & Io. An. in reg. qui tacet. lib. 6.

SVMMAE.

1 *Iudex an poſſit altera tantùm parte inuita ordinem iudiciarium in ſummarijs ſeruare.*

2 *Priuilegium ita debet intelligi, vt reg. indultum. facilè non tollatur.*

3 *Partes quando expreſſè conſenſerunt, quòd ſeruetur ordo iudiciarius in tota lite, vel ſimpliciter, non poſſunt poſtea pœnitere: ſecus quando tacitè, ideſt quando non contradixerunt; quia tunc quò ad reliquas partes poterunt pœnitere.*

4 *Geſta per filium in iudicio, abſente patre, valent, nec eius indigent conſenſu: ſed in agendis bene requiritur patris conſenſus.*

5 *Glo. in l. proinde. la 2. ff. ad leg. Aquil. quomodo intelligenda, dicens, iudicium ſolemniter incohoatum, debere ſolemniter per ſententiam terminari.*

6 *Compromiſſo facto in aliquos, vt arbitros, & arbitratores; ſi eligant arbitri viam, an poſſint redire ad viam arbitratoris.*

7 *Proceſſum eſt per aliquem, tanquam arbitrum in parte, in alia verò parte tanquam arbitratorem: an poterit tunc peti reductio, tanquam arbitrium ſit latum ab arbitratore.*

8 *Habens plures vias procedendi, nec appareat, quam elegerit: in dubio præſumitur illam elegiſſe, per quam actus melius valere poſſit.*

1 Gloſa in verbo partibus. Quærit primò, an † Iudex altera parte tantùm inuita, poſſet ſeruare ordinem iudiciarium in ſummarijs: & tenet, quòd ſic, primò per hunc tex. ibi [partibus] qui loquitur in plurali. Secundò quia res de facili redit ad ſuam naturam. Tertiò quia ſi tex. voluiſſet, quòd alterius partis ſufficeret contradictio: poſteaquam poſuit verbum, partibus, addidiſſet, vel earum altera. ¶ Sub dubio tamen fortè ſubdit glo. quòd ex mente huius tex. ſubaudienda ſunt illa verba, vel eorum altera. quod ſic demonſtrat, reſoluendo verba tex. ibi [contradicentibus partibus] in affirmatiuam, ideſt partibus non conſentientibus. quo caſu ſufficeret alteram partem contradicere; quoniam vna contradicente, non eſt verum dicere, quòd partes conſentiant. alleg. no. in ſimili in Clem. in pleriſq; de elec. ¶ Et hunc ſecundũ intellectum tenet hic Guil. & dom. Card. Flor. col. 2. reſpondens ad

tex. ibi

tex.ibi [contradicentibus partibus] ꝙ ideò loquatur in plurali: quia
reſpicit pluralitatem perſonarum, argu.c. vt priuilegia.de priui. ¶ Se-
cundò adducit, quia ſequeretur aliàs, ꝙ in iſtis ſummarijs eſſet in po-
teſtate iudicis, & rei priuare actorem commodo huius Clemen. ſim-
pliciter &c. & ſine figura iudicij. quod eſſet inconueniens; cùm deceat
2 priuilegium † ſic intelligi, vt facile non tollatur reg. indultum.lib.6.
Et ſecundum hunc intellectum ſenſus eſt, ꝙ proceſſus non eſt irritus,
ſi partibus non contradicentibus eſt factus, ideſt nulla partium con-
tradicente, referendo illud plurale, partibus, ad pluralitatem cauſa-
rum. Pau. tamen hic tenet primum intellectum glo. quia negat i non
poteſt, partes non contradicere, altera tantùm contradicente. Idem
tenet hic Stepha. & Ioa. de Imo. Ratio tamen Cardi. Floren. ſtringit
multum in oppoſitum. ¶ Secundò quærit glo. quando partibus con
ſentientibus iudex in ſummarijs ſeruauerit ordinem proceſſus in ali-
quibus: an inuitis partibus poſsit in reliquis partibus proceſſus eun-
dem ordinem obſeruare? Poſt multa argumenta diſtinguit glo. ꝙ
3 aut partes † expreſsè conſenſerunt, vt ſeruetur ordo in tota lite, vel
ſimpliciter. Aut expreſsè non conſenſerunt, ſed tacitè, quia non con-
tradixerunt. Primo caſu partes non poſſunt pœnitere. Secundo verò
caſu quò ad reliquas partes poſſunt pœnitere, per hunc tex. ibi [in to
to, vel in parte.] Item quia actus iudiciorum ſingulares ſunt de ſe per
fecti. Et hanc glo. ſequuntur Guil. Paul. Stepha. & Bal. hic in apoſtillis,
cõmendans plurimum hanc glo. quam etiam ſequitur Roma. in conſ.
133. incipiente. In propoſito caſu: vbi per hanc glo. ſingulariter limi
tat Auth. qui ſemel. C. quòmodo & quando iudex. ꝙ licèt in lite iam
inchoata quis cogatur perſiſtere, nec poſſet inuita parte renunciare,
vt ibi: tamen in modo litis inchoatæ ſecus eſt. in quo quantùm ad reli
quos actus locus eſt pœnitentiæ. quod eſt bene notandum per hanc
glo. quam etiam ſequitur Paul. de Caſt. in conſ. 25. quod incipit. Super
primo dubio. & Io. de Imo. in c. fi. de præſump. col. 22. bene facit quod
no. Bal. in l. neq; natales. C. de proba. in fi. col. dum loquitur de execu-
tore, dicens, ꝙ ſi executor in citando aſſumpſerit partes iudicis (quod
poteſt, vt no. in c. fin. de præſump. & in Clem. 1. de officio delega.) po-
teſt ab hac via recedere, & reaſſumere partes executorias. ¶ Acce-
dit etiam quod per hanc glo. ſcribit Bal. in l. fin. §. neceſsitatem. in 4.
4 colum. verſ. Alij dicunt. vbi inquit, ꝙ geſta † per filium in iudicio pa-
tre abſente valent, nec indigent eius conſenſu, ſed bene in agendis pa
tris requiritur conſenſus. bene ẽt facit, quod voluit Rom. in conſ. 248.
incipiente.

incipiente. Hæc ſententia duplici reſpectu. dicens, ſtatutum tollens ſolemnitatē in procedendo, non auferre ſolemnitatem requiſitam in pronunciando. & ita dicit tenere Bart. in quodam ſuo conſilio, vt ibi per eum. ¶ Facit etiam quod notat Hoſti. in c. Quintauallis. de iureiuran. ꝙ habens vtranq; poteſtatem arbitri, & arbitratoris, poteſt aliquos actus facere vt arbiter, & aliquos vt arbitrator. de qua quæſtione ibi dicam, ſaltem remiſsiuè. ¶ Et ex præmiſsis habes colligere,
5 quomodo ſit intelligenda † glo. in l. proinde. la. 2. ff ad leg. Aquil. dicens, ꝙ iudicium ſolemniter inchoatum debet ſolemniter per ſententiam finiri. quam ſequitur Bald. in l. diffamari. col. 2. C. de inge. manu. Patet etiam, quomodo intelligi debeant tradita per Bal. in l. qui procuratorem. ff. de procura. dicentem per illum tex. ꝙ qui habet mandatum ad principiandum litem per litis conteſta. videtur habere mādatum ad illam mediandam, & perficiendam: quia principium trahit ad ſe medium, & finem. & inſtantia cenſetur quodammodo vniformis, & indiuidua. nam certè prædicta non procedunt, quantùm ad modum litis, per dicta, quæ habes perpetuò notare. ¶ Aduerte tamen, quia primū membrum diſtinctionis, quam hic facit gl. ſcilicet; ꝙ vbi partes in totò conſenſerunt, non poſſunt pœnitere inuito iudice, non placet hic dom. Cardi. quia per talem conſenſum nihil acquiritur iudici, cuius non intereſt, an ſeruetur ordo, vel non. & ſtipulationes ſunt inuentæ ad id, quod noſtrà intereſt. l. ſtipulatio iſta. §. alteri. ff. de verb. obl. §. alteri. Inſti. de verb. ob. Sed ſolum per dictum conſenſum acquiritur partibus; ergo poſſunt pœnitere, & remittere, argu. c. præterea. 1. de ſpon. ¶ Præterea hec id, quòd dixit glo. quando ſimpliciter conſenſerunt &c. placet Gemi. quia cum acta ſint diuerſa, & habeant diuerſos effectus, conſenſus in àliquibus non debet ad alios referri, arg. c. quia cognouimus. 18. q. 2. l. operis. ff. d ope. lib. Auth. presbyteri. C. de epiſc. & cler. & hæc opinio placet Gard. hic. Io. de Ligna. cōcordat opi. ſcilicet ꝙ aut partes cōſenſerunt ſimpliciter: & hoc caſu non poſſunt pœnitere. & ſic procedat glo. Aut quò ad certos actus: & tunc loquatur opi. Gemi. Sed certè hanc concordiam voluit glo. hic, cui fortiter obſtat ſubtilis ratio dom. Cardi. quā ſupra retuli. ¶ Verùm quia glo. iſta ad hanc ſuam diſtinctionē alleg. c. dilectus. de reſcript. vt ſcias illum tex. inducere ad hoc propoſitum. dicas, ꝙ ſicut ibi exceptio de duobus diebus non oppoſita in parte proceſſus, poteſt in alia parte proponi: ita iudex in certa parte poteſt ſeruare ordinem, in alia procedere ſimpliciter. ¶ Dicit tamen hic

Cardi.

Cardi. quòd ſecundùm compilationem Greg. exceptio illa eſt dilatoria; & ideò omiſſa in prin. non poteſt amplius opponi. c. paſtoralis. de excep. ¶ Conferunt prædicta ad quæſtionem quotidianam. An
6 ij, in † quos compromittitur, vt arbitros, & arbitratores: ſi eligant viam arbitri, poſsint redire ad viam arbitratoris. Pet. de Anch. hic dicit, ꝙ ex quo acceptauit compromiſſum, vtroq; modo factum, nõ eſt in poteſtate ſua eligendo vnum, renũciare alij, inuitis partibus, l. 3. §. fin. ff. de arbi. de qua. q. vide Hoſtien. dom. Ant. & Io. de Imo. in col. 7. & ſequentibus in c. Quintauallis. de iureiu. no. in c. cum ex officij. de præſcrip. per Bart. in l. multum. de condi. & demon. Bal. in l. non codicillum. C. de teſta. Albe. in l. ſi de meis. §. recepiſſe. ff. de arbi. Ioa. de Imo. in l. nemo poteſt. delega. 1. ff. Roma. in rub. ff. de arbi. col. 21. faciunt quæ no. in l. ſi ſeruus. §. fin. ff. de leg. 1. per Dy. & Bart. in l. ſi dominium. ff. de furtis. & quæ no. in l. 3. ff. de teſta. mili. ¶ Sed tunc quæ-
7 ro. pone, per aliquem † eſt proceſſum, veluti arbitrum, in parte, in alia parte veluti arbitratorem: an tunc poſsit peti reductio tanquam arbitrium ſit latum ab arbitratore? Pet. de Ancha. hic tenet, ꝙ poſsit peti reductio: vt in dubio ceſſet omnis iniquitas. l. ꝙ ſi Epheſi. ff. de eo, quod certo loco. & litigia reſtringantur. c. nonnulli. de reſcriptis. & res potius valeat, quàm pereat. c. abbate. de verb. ob. l. quotiens. ff. de reg. iur. ¶ Præterea via arbitramenti aperit viam reductionis, quæ eſt magis æqua, ideò debet præualere. facit quod no. in l. ſi vir vxori. ff. de vſucap. de hac tamen q. me remitto ad no. plenè per Io. de Imo. poſt alios in d. c. Quintauallis. col. 7. & ſequen. & per moder. in l. ſi cui. §. fin. ff. de leg. 1. per Hoſti. & Doc. in c. 2. de arbi. vbi ponitur, an de iure canonico ita poſsit peti reductio à ſententia arbitri, ſicut à ſententia arbitratoris. ¶ No. tamen ad prædicta: ꝙ vbi quis habet plu-
8 res vias † procedendi, & non apparet, quam elegerit: in dubio præſumitur elegiſſe illam, qua actus melius valere poteſt, l. quotiens. ff. de rebus dub. Optimè facit. c. niſi eſſent. de præben. vbi in dubio præſumitur elegiſſe viam, qua pronunciatum melius validatur. Et idem tenet glo. in l. 1. ff. de iudi. loquens de habente poteſtatem iudicis, & arbitri. Illa enim, quæ ſunt dubia, ſemper benignius ſunt interpretanda; & vt minus obligent, quàm vt magis. c. ex parte in Chriſto. de verborum ſignifi. & ita hic reſidet Pet. de Anch.

SVMMAE.

1 *Irritum, & irritandum quid differant:*

Iudex

2 *Iudex an poſſit conſentientibus, ſiue non contradicentibus partibus ſummariè procedere in cauſis plenarijs.*

3 *Inchoato proceſſu inquiſitionali, ſi compareat accuſator, an ceſſet inquiſitio.*

4 *Inquiſitio an ſit ordinarium, vel extraordinarium remedium. remiſſiuè.*

5 *Inſtigatore inquiſ. proteſtante ſe nolle facere partem: ſi tamen poſtea inſtruat iudicem, in quantum poteſt, ſubminiſtrando ei teſtes, & ſimilia, an teneatur, ſi inquiſitus abſoluatur ab expenſis. Et de quo inſtigatore intelligatur, ibid.*

6 *Inquiſitor, qui contra aliquem iniquè proceſſit, an teneatur ad expenſas.*

7 *Denunciator num ſit in expenſis condemnandus, inquiſito abſoluto. Et quid in denominatore. ibid.*

8 *Denuncians licèt excuſetur à pœna calumniæ, quando facit coniectura pro ipſo, non tamen excuſatur ab expenſis.*

9 *Iudex, qui dolo, culpa, vel negligentia aliquem iniquè vexauit, an teneatur ad ſumptus. Et quid in arbitro, ibid. num. 10.*

11 *Exercentes aliquam artem tanquam periti, atq; magiſtri, de leui, & leuiſſima culpa tenentur.*

12 *Notarius, qui per imperitiam malè exercuit officium ſuum, qua culpa teneatur.*

13 *Dolus quando probatur in notario, pro intereſſe ſtatur iuramento partis; culpa verò in ipſo probata, plenè debet intereſſe probari.*

14 *Conſultor, dando reprobum conſilium per imperitiam, an, & qua culpa teneatur. remiſſiuè. Et an ipſe, vel iudex, qui ſecutus fuit conſilium ſuum, ibid. num. 15.*

16 *Aſſeſſor, qui tulit iniquam ſententiam de conſilio iuris periti, an teneatur, ſi conſilium fuerit iniquum, & conſulens ipſe fuerit à partibus electus.*

17 *Executor ſententiæ, dolo ſententiam exequendo, an faciat litem ſuam.*

18 *Condemnatio in expenſis quando fieri debeat. Et quæ ſint illæ expenſæ, quæ peti poſſint in ipſa die, qua fertur ſententia, & quæ quandocunq;, ibid.*

19 *Appellare an poſſit is, pro quo eſt lata ſententia, ex hoc ſolo, quod fuerit omiſſa expenſarum condemnatio, tanquam quid acceſſorium ad cauſam principalem. Et quid iuris, quando reus condemnatus in principali, fuiſſet abſolutus ab expenſis, ibid. num. 20.*

21 *L. fin. C. quando prouo. non eſt nec. quomodo intelligenda circa condem. expen.*

22 *Expenſæ ſi non ſint petitæ, & iudex omiſerit victum in eis condemnare, an poterit victor à tali omiſſione appellare, remiſſiuè.*

Gloſa

1 Gloſa penultima, & finalis. Quærũt qd ſit † irritum, & quid irritandum: & reſpondent, irritum dici de iure, irritandũ de facto. & alleg. concor. ad hoc. Quandoq; tamen impropriè vnum ponitur pro alio. no. in c. auditis. de elec. Item quandoq; quod eſt nullũ, irritatur, quatenus de facto proceſsit. no. in l. 1. ff. de ferijs. Clem. paſtoralis. de re iudi. & eſt glo. in l. ſi dolo. C. de rei vendi. no. in c. Odoardus. de ſolu. in c. 2. de teſti. cogen. quod no. quia prodeſt ad multa ar-
2 gumenta, quæ quotidie fiunt. ¶ Item quærit glo. fin. an † in cauſis plenarijs partibus conſentientibus, vel non contradicentibus iudex procedere poſsit ſummariè? & tenet, ꝙ non, aſsignans rationem differentiæ, & alle. no. in c. de cauſis. de offi. deleg. 2. q. 1. in primis. & in Spec. de prola. ſententiæ. §. iuxta. ver. Quid ſi de partium. hoc tamen limitat glo. per no. in c. fi. de re iudi. in glo. quæ dicit notanter prædicta procedere, vbi partes conſentirent, vel permitterent, ꝙ iudex in plenarijs cognoſceret ſummariè, tanquàm iudex: ſecus ſi procederet, tanquàm arbitrator. quo caſu poſſet non ſeruare ſolemnitatem iuris. Et ita tenet hic Guil. & Ioan. de Imo. col. fin. alleg. c. litteras. de præſump. c. cum tempore. de arbi. in Auth. vt diffe. iudi. §. ſi verò contingeret. Adde, ꝙ idem tenet Car. in prin. huius Clem. col. 7. qui vltra prædicta aſsignat rationem: nam partes poſſunt, ſi volunt, cedere toti liti: ergo & figuram tollere, dummodo extraordinariè iudex procedat. 2. q. 6. c. ſi quis libellos. nam etiam libellus poteſt omitti, ſecundũ Spe. tit. de actio. & peti. §. 1. de quo dixi in prin. huius Clem. in glo. in verbo, neceſſariò. Eandem ſententiam tenet Abb. in c. 1. col. fin. de libel. obla. & adde no. per glo. & Doc. in d. c. de cauſis. per Bal. in Auth. offeratur. C. de li. conte. per Rotam Romanam deciſ. 88. incipi. Item in cauſis. Bar. in l. prolatam. C. de ſen. & interlo. om. iudi. Io. de Imo. in d. c. Quintauallis. col. 11. Ang. in l. quicquid aſtringendæ. ff. de verb. obliga. ¶ Secundò limita prædictam concluſionem glo. procedere, quã partes in omnibus actibus, & toto proceſſu vellent renunciare: quo caſu non poſſunt: ſed particularibus actis (puta productioni inſtrumentorum, poſitionibus, & ſimilibus) bene poſſunt renunciare, ſecundũ Guil. hic quem ſequitur Io. de Imo. col. fin. & Card. in præalleg. col. 7. ſe remittens ad d. c. de cauſis. Idem tenet Domi. in d. c. fin.

Poſtremo Glo. huic operi finem imponens: quia ſupra dixerat, ꝙ res de facili redit ad ſui naturam, dixit id

xit id intelligi de natura naturata: poſtea inuocat naturam naturan-tem, ideſt Deum, cum ad illam redibimus, qui per Virginis interceſſionem nos collocet cum electis. Amen. Verum quia ſupra in glo. in verbo, non contradicentibus, dictum eſt, ꝙ extraordinarium remedium ceſſat, vbi eſt locus ordinario: iuxta illud quærit hic Guil. licèt multum impertinenter de 11. quæſtio. vt refert Cardi. colu. 3. quas hic ſtatui & ego recenſere, vt nihil de his, quæ ſuper hac Clem. ſcri-

3 pſere Doc. omittam. ¶ Prima eſt, an † inchoato proceſſu inquiſitionali, ſi compareat accuſator, ceſſet inquiſitio? Guil. tenet ꝙ ſic; quia

4 inquiſitio eſt remedium † extraordinarium: caueat tamen, qui accuſat, à colluſione: aliàs punietur. 2. quæſtione 3. §. notandum. c. primo. de colluſio. detegen. dicit tamen Cardi. ꝙ quicquid diſponatur à iure ciuili, de iure canonico inquiſitio † eſt remedium ordinarium. c. ſuper his. c. qualiter. 2. verſ. ad corrigendos. de accuſatio. ita ꝙ ab ipſo initio iudex poteſt inquirere, non expectato, an compareat accuſator. de quo articulo, ſcilicet an inquiſitio ſit remedium ordinarium, tradit Inno. in c. cum oportet. de accu. in c. dilecto. de ſen. excommu. lib. 6. vbi per Dominicum, & ego aliàs ibi dixi. Abb. in rubr. de iud. Bal. in l. 1. §. initio. ff. de offi. præfec. vrb. in l. ea quidem. in 8. col. C. qui accu. non poſs. Abb. in d. c. qualiter. Dy. in regula. qui ad agendum. lib. 6. Tancre. de Corneto in ſua compendioſa in 5. rubr. q. 3. vbi refert antiquos. Bar. in l. ſi maritus. §. ſi extraneus. ff. de adul. Archi. in c. ſi quid. 86. di. glo. in c. multi. 2. q. 1. & in c. nullus. 53. q. 4. & in c. quoniam contra. in ver. extraordinario. de probatio. Pet. de Ancha. in d. c. dilecto. Io. An. in addi. Specu. titu. de inquiſitio. §. nunc tractemus. ver. porro. Io. de Ana. in d. c. qualiter. ver. 1. de accu. dixi ego aliàs latè in rub. de

5 accu. lib. 6. ¶ Secundò quærit, an inſtigator † inquiſ. ſi proteſtetur ſe nolle facere partem, tamen poſtea informat iudicem, inquantum poteſt, ſubminiſtrando teſtes, & ſimilia, teneatur, ſi inquiſitus abſoluatur ab expenſis? Guil. hic tenet, ꝙ ſic: quia per actum contrarium renunciauit proteſtationi. c. cum M. de conſti. c. Cumana. de elec. & præſumitur calumnioſus, ex quo deficit in proban. c. calumniam. de pœnis. c. finem. de dolo, & contuma. facit l. 1. §. incidit. ad Turpilia. & glo. in l. ob quæ verba. ff. de his, qui no. infam. ¶ Hoc tamen intellige procedere in eo inſtigatore, qui fuit particeps eorum, quæ geſta ſunt in proceſſu, ſecus in inſtigatore, qui ab initio ſolum inſtitit, vt dimitteretur inquiſitio ſecundum Card. hic, dicentem ſic debere intelligi quod no. Inn. in c. cũ oporteat. de accu. vbi dicit, ꝙ ſi nomen eius,

 qui

qui inſtigauit, non exprimitur in litteris, non vitiatur cõmiſsio inqui ſitionis: immo illo remoto, alius, vel iudex poteſt ſubintrare, & ex officio in inquiſitione procedere. & ſic innuit Inn. perſonam inſtigatoris non eſſe in conſideratione. Sed eius dictum non procedit in inſtigatore, qui fuit particeps in proceſſu: quia ſi non probat, & non deſiſtit, præſumitur calumnioſus, d. §. incidit. & d. l. ob quæ verba. ¶ Præterea licèt nõ conſideretur qualitas inſtigatoris, quin eo remoto, procedatur in inquiſitione: tamen ſi fuit calumnioſus, debet in expenſis condemnari, ac ſi fuiſſet particeps proceſſus. facit ad hoc quod infra
6 dicetur de denominatore, quod no. ¶ De inquiſitore † autem, qui iniquè contra aliquem proceſsit, an teneatur ad expenſas? Doc. hic non tangunt. tu vide Cy. & Bald. in l. ſeueriter. C. de execu. tuto. Bal. in l. obſeruare. §. proficiſci. in 7. q. ff. de offi. procon. Ioa. de Ana. in c accedẽs. col. fin. de accu. omnino vide Bart. in l. in Senatus. §. an ad eos. ff. ad Turpil. & vide in tractatu maleficiorum Areti. in ver. Necnon ad querelam. in prin. vbi etiam ponit, quid de querelante, inſtigante, & ſollicitante.
7 ¶ Tertiò quærit Guil. quid de denunciatore † an ſit condemnandus in expenſis, ſi inquiſitus abſoluitur? Guil. tenet idem, quod ſupra dixit de inſtigatore. Idem Cardi. ſe remittens ad no. per glo. in c. 1. & 2. de calumniato. Idem dicit fore dicendum in denominatore per l. 1. C. de ſumptuũ recuperatione. li. 10. l. ſeueriter. C. de execu. tuto. ¶ Adde tu, quod notanter inquit Abb. in conſ. 78. volens, ꝙ licèt vbi
8 coniectura facit pro denunciante, denuncians † excuſetur à pœna calumniæ, non tamen excuſatur ab expenſis, vt ibi per eum. quod no.
9 ¶ Quartò quærit de iudice † qui dolo, culpa, vel negligentia aliquem iniuſtè vexauit. Guil. tenet, ꝙ tenetur ad ſumptus, argumen. c. Dominus. 23. q. 2. & q. 5. c. adminiſtratores. 3. q. 7. c. qui ſint. in Auth. vt diffe. iu. §. 1. l. filiusfami. ff. de iudi. Inſti. de ob. quæ ex quaſi delic. in prin. l. ſi appellationum. C. de appella. c. cum æterni. de re iudica. lib. 6. de quo bo. tex. in l. ſiquis in conſcribendo. cum glo. C. de pac. & habetur per Bald. in l. mancipia. C. de ſeruis fugi. Bart. in q. diſputata, quæ incipit. Iudex, qui per imperitiam. & in l. fin. ff. de va. & extraordi. cogni. vbi etiam de iudice delega. per Bart. ibi, & per glo. in d. l. ſi quis in conſcribendo. Pet. de Ancha. in c. cum æterni. de re iudi. lib. 6. qui ſequitur dicta Bart. in d. l. fin. Et adde quæ no. Abb. in rub. de appel. ver. Ad ſeptimum. Bald. in l. ſi quando. in fin. C. de teſti. Ange. in d. l. ſi mãcipia. in lectu. Florentina. Bart. & Bal. in l. 1. C. quomodo & quando 11
iudex. Bal. in l. argentarius. §. cum autẽ. ff. de eden. & in d. l. obſerua-

re.§.proficiſci. In 18.q ff.de officio procon.Bal.in c.1.§.iudices.in 3. colum.de pa.iur. fir. Ang.& Ioa.de Imo.poſt Bart. in l.4.§.in eo.ff.de dam.infec. Ang.pulchre in Auth. ſenicas non ſolum fideiuſs. colla. 5. & in d.l. ſi filius, Cæpola in cautela.179.& ſequenti. ¶ Quintò quæ
10 rit, quid de † arbitro? Guil.hic,& Cardi.dicunt idem, quod in iudice. hoc etiam idem dicit Bart.in d.l.fin.ff.de var.& extraor.cogni. Abbas in rub.de appel.ver. Ad ſeptimum.tex. eſt in d.l.ſi quis in conſcriben do.ver. Sciturus. Idem Petr.de Ancha.in c.1.de re iudi.lib.6.& Ang. in d.l.filiusfami.ff.de iudi. ¶Fallit in arbitro, qui iurauit bene iudicare, qui ſolum Deum habet vltorē, tex.ſingularis,& ibi Bal.in Auth. decernimus.C.de arbi.ſequitur Roma.in l.1.ff.de arbi.colum.pen.& moder.in d.l. ſi quis in conſcribendo. Et ratio aſsignari poteſt; quia partes volendo, ꝙ arbiter iuret, videntur eius conſcientiæ ſe ſubmiſiſ ſe; & ideo nō poſſunt referre q.de periurio. vnde ceſſante ratione prædicta, ſi partes non curent, ꝙ iuret, non faceret aliter arbiter litem ſuā. Idem ſi arbiter iuraret à ſeipſo ſine partium requiſitione, ſecundùm Paul. de Caſt.& moder. in d.Auth.decernimus.alias facile eſſet arbitro euadere hoc periculum, iurando, contra l.3.§.1.ff. de iureiur.quod eſt nota dignum,& mihi multum placet. ¶In arbitratore verò concludit Bart.in d.l.fin.ff.de var.& extraor.cogni. ꝙ tenetur de dolo,& lata culpa: quia ipſe eſt quidam quaſi proxeneta, qui non tenetur, niſi de dolo & lata culpa.l.2.ff.de proxenetis. Adde, ꝙ idem tenet Bar. in l.1.C.de diſcuſſoribus.lib.10.Bart.in l.fin.ff.ſi menſor fal.mo.dixerit. Ang.in l.ſi filius.ff.de iudi.qui allegat glo. in l.fin.C.de contrahen. emp.Io.de Imo.in l.diuus.ff.de re iudi. & Abb.in c.quia iudicantem. de præſcrip.col.fin.& in rub.de ap.col.fin.vbi dicit ſe allegare ad hoc tex.& Bart.in l. fin.ff.ſi menſor fal.mo.di.& Idem firmat eſſe in aſſumentibus ſimilia officia. Adde, ꝙ doctrinam Bart. ſequitur Pet.de Ancha, in c.1. de re iudi.lib.6. Et ꝙ arbitrator dicatur quidam quaſi proxeneta, tenet etiam Bal. in c.1. de inue.in ma.fac.& Abb.in c.ſuſpicionis.de offi.delega. ¶ Fallit tamen ſupraſcripta doctrina Bart. vbi læſio eſſet modica: quia illa videtur arbitratori pmiſſa.l.de meis. §.recepiſſe. ff.de arbi.l.ſi.Nerua.ff.pro ſo.& ita Bal.Saly.& Moder.in d.l. ſi quis in conſcribendo.& vide ad prædicta glo.in ver.teneatur. in c.quamquàm.de vſur.lib.6.Bald.in l.executorem.de execu. rei iu-
11 dica. ¶Quid autem de his, qui † exercent aliquam artem, tanquam periti & magiſtri? Abbas in d.c.quia iudicante.in fin.dicit iſtos teneri etiam de leui,& leuiſsima culpa, ſecundùm qualitatem culpæ,& impe

ritiæ.

ritiæ. Sunt enim in culpa, immiſcendo ſe rei, quæ ad ſe non pertinet;
vt dicimus de iudice, qui per imperitiam iudicat, Inſti. de obli. quæ ex
quaſi delic. in princ. in glo. 3. probatur in l. illicitas. §. ſicuti. de offi.
præſi. & in reg. non eſt ſine culpa. lib. 6. & l. imperitia. ff. de regu. iur.
no. in c. tua. de homicidio. & in c. ad aures. de ætate, & quali. Ex quo
infero, ꝙ ſi in loco eſſet, qui exerceret artem agrimenſorum, & illi
exercitio eſſet præpoſitus: ꝙ iſte, qui profitetur ſe peritum in arte, te-
netur etiam de leui culpa. ex quo enim permittit ſe præfigi, & prępo
ni illi arti, fatetur ſe peritum artis: & ſic puto poſſe limitari d. l. fin. ff.
ſi mẽſ. fal. mo. dix. Cogita, & tene menti perpetuò prædicta, quia quo-
12 tidiana. ¶ Sed quid erit de † notario? Bal. in l. fin. ff. ſi mẽſor fal. mo.
dix. tenet ꝙ ſolũ de dolo, & lata culpa tenetur. Idẽ Bal. tenet in c. quia
iudicante. de præſcrip. Sed Ang. in d. l. ſi filius, dicit idem in notario,
quod in iudice: & hoc magis placet, per tex. in l. fin. C. de magi. cõue,
vbi tex. loquens de notario, vtitur verbo, negligentia: & ſic probat, ꝙ
etiam de leui tenetur. Comprobatur ratione; quia notarius exercen
do artem fatetur ſe peritum artis: ergo de leui tenetur, per ſtatim ſu-
pradicta. Et aduerte, ꝙ vbi probatur dolus notarij, de intereſſe ſta
tur iuramento partis, ſecundùm Bal. in l. qui accuſare, C. de eden. vbi
13 verò probatur † culpa, ipſum intereſſe debet plenè probari ſecundũ
Bal. in l. fin. colum. penulti. C. de eden. quod eſt notandum in practica.
¶ Sextò quæro quid de teſte? Guil. hic, & Cardi. dicunt idem dicendũ,
quod de iudice. allegat nota. 2. quæſtione. 3. in ſumma. Adde quæ ha
bentur in l. qui nomine. ff. de fal. per quam l. dicit ibi Bart. ꝙ puniun-
tur nuncij, facientes citationes, & relationes. & adde notata in l. pre-
sbyteri. C. de epiſc. & cler. & in c. 1. de crimine fal. ¶ Septimò quæ-
14 ro. quid de conſultore † dante reprobum conſilium per imperitiam?
Bart. mouet q. in l. ſi ff. de vari. & extraordi. cognitio. & in l. ex malefi-
cijs. in prin. ff. de actio. & obliga. & non decidit, ſed ſe remittit ad no.
per Spe. titu. de requiſi. conſilij. Idem facit Abbas in c. paſtora. §. quia
verò. de officio delega. ¶ Sed Ang. in d. l. ſi filius, in fin. ſentit, ꝙ con-
15 ſultor non teneatur: ſed † iudex, qui pronunciat de conſilio, tenetur, ſi
conſilium eſt iniquum, quoniam ſequi non tenebatur. Item & quia
iudex aſſerit ſe peritum. l. 2. in prin. & §. fi. ff. mandati, & ita dicit tene
re Iaco. But. fortius dicens, ꝙ conſultor etiam iudici non tenetur. &
Ang. ſequi videtur ibi Pau. de Caſt. In contrarium, ꝙ iudex propter
conſilium excuſetur, facit l. cum bonorum. ff. de bo. poſſeſs. Pro con-
cordia dicit Bal. in rub. C. de pœna iudicis, qui malè iudi. in ſimili, ꝙ

V 2 ſi iudex

ſi iudex ſibi eligit aſſeſſores, non excuſatur. ff. mandati. l. ſi procura-
tor. §. ſi tutores. Si verò reſpublica eos elegit, vel deputauit: tunc ex-
cuſatur, tāquàm aſtrictus cuidam formæ, argumen. no. in l. pola. C. de
his, quibus vt indig. Pro primò membro facit bona glo. & ibi hoc di-
cit Bal. in l. 2. ff. quod quiſq; iuris. nam dicit glo. ꝙ tenetur, & facit litē
ſuam; quia vſus eſt opera imperiti. Accedit etiam quod voluit Ange.
in. §. omnem. in Auth. de litigio. dicens, ꝙ licèt Poteſtas ferat ſenten-
tiam, & dicat latam ſub examine iudicis maleficiorum, dicitur ab ip-
ſo Poteſtate prolata; & ipſe tenetur, vt ibi per Ang. & per Cæpolam
in ſua cautela 258. ¶ Adde etiam quæ pulchrè no. Bart. in l. ſi conue
16 nerit. ff. de re iudicata. volens, ꝙ † aſſeſſor, qui tulit iniuſtam ſenten-
tiam de conſilio iuris periti, tenetur, etiam ſi de voluntate partiū fue-
rit electus; quia non debebat ſtare iniquo, & iniuſto conſilio. l. qui-
dam decedens. & l. Titium, & Mæuium. in princ. ff. de admini. tutorū.
bene facit l. nemo. C. de ſenten. & interlocu. omnium iudi. niſi per par
tes actum foret, vel ſtatuto diſpoſitum, ꝙ ſtaretur dicto conſilio. qđ
conſuluit Bart. debere poni in commiſsione, ſcilicet ꝙ partes ex nunc
conſentiunt, ꝙ ſecundùm conſilium talis feratur ſententia, per d. l. ſi
conuenerit. Sed Bal. in d. §. proficiſci. quem ſequitur Io. de Imo. in d. l.
ſi conuenerit. tenet contra, ſcilicet quòd immo iudex ſit excuſatus, &
ſibi imputent partes eligentes; quaſi in dubio habuerit iuſtā cauſam
ſequendi conſilium; ex quo partes approbauerunt conſultorem pro
perito, argu. no. in d. l. 2. ff. quod quiſ. iuris. & in l. qui ſolidum. §. etiā.
ff. de lega. 2. & quod dicit Bal. in l. mancipia. C. de ſeruis fugi. Et hoc
procedit, niſi conſilium contineret euidentem iniquitatem, ſecundùm
Io. de Imo. in d. l. ſi conuenerit. nam tunc iudex faceret litem ſuam: ad
quod benè facit quod voluit Paul. de Caſt. in ſuo conſ. 19. col. 2. & ēt
in conſ. 83. Tu autem in hac difficultate vide quæ latius tradūtur per
Doc. Moder. in d. l. ſi conuenerit. & in tractatu maleficio. Aret. in ver-
bo, ſub examine iudicis maleficiorum. & in ver. de conſenſu, & deli-
beratione omnium iudicum. Doc. in l. 2. ff. quod quiſq; iur. do. Alex.
in cōſ. 67. inci. Super cōtentis in ſuperiore themate. col. 2. & per Dod.
in c. pro debilitate. de offi. dele. Saly. in l. fin. C. de pœ. iudi. qui ma. iudi.
nolo ſuper hoc articulo amplius laborare, quia ſatis eſt impertinens
noſtræ Clē. nota tamen prædicta, quia bona ſunt. ¶ Octauò quæro,
17 quid de † exequutore ſententiæ? Ang. in d. l. ſi filius. dicit, ꝙ ſi dolo exe
quitur, facit litem ſuam; tex. eſt in l. ſi pignora. ff. de pigno. & facit l. ſi
quis. C. de reſcin. vendi. & l. fin. C. ſi propter publicas penſi. ¶ Sed

Bal.

Bal.in c.quò ad conſultationẽ.de re iudi.col.penul.ver. Quæro an exequutor ſimpliciter. dixit exequutorẽ teneri, & facere litem ſuã, quatenus intereſt aduerſarij.alleg. d. l. ſi pignora. & l.lectos.ff.de pericu. & co.rei ven.& l.niſi opinatores.C.de exacto.tributo. li.10. ¶ Nonò
18 quæro, qñ fieri debeat condemnatio † in expenſis? Guil. hic dicit, ꝙ ea die,qua fertur ſententia ſuper principali. hoc verum quò ad expẽſas,quæ debentur,& peti poſſunt ex officio,l.Paulus.ff.de re iudica.Illæ verò,quæ debentur ex conſtitutione aliqua, ſeu conſuetudine, ſeu cõdictione ex conſtitutione, quandocunq; peti poſſunt, niſi obſit præſcriptio. exemplum habes in c. 1. & c. cupientes. de ele. lib. 6. Et ita Cardi.hic, ſe remittens ad notata per ſe in c.ex parte.2.de reſcriptis. & in c. reprehenſibilis. de app. Iſtæ tamen expenſæ, quæ debentur ex conſtitutione,vel conſuetudine non poſſunt peti,lite finita, ſecundùm Cardi.hic.alleg.Inno.in c.finem litibus. de dolo & contu. & idem tenet Card.in d.c.ex parte. quod eſt diligenter notandũ ad no. in d. l. Paulus. & in l.terminato. C.de fruc.& lit.expen. plura poſſent hic addi: ſed quia quæſtio viſa eſt mihi ſatis impertinens,me remitto ad notata in d.l.Paulus.& in d.l.terminato. ¶ Decimò quærit Guil.
19 an is,pro quo lata eſt ſententia, † poſsit ex hoc ſolo appellare, ꝙ condemnatio expenſarum fuerit omiſſa? & tenet, ꝙ non, per l.2. C.de fru.& li.expen. licèt tex.in argu.in c.ſignificauerunt. de excep. faciat in oppoſitum. Idem tenet hic Card.dicens,tex.in d.l.2.hoc non probare, ſed iſtud probari in l.fi. C. quando prouoc. non eſt neceſſe. Et hoc ſecundùm ipſum procedit, vbi victus appellauit: quia tunc vincens vtens appellatione interpoſita per victum, poteſt petere ſententiam reformari, quantùm ad omiſsionem expenſarum: & ideò cum ſibi ſit ſuccurſum per appellationem interpoſitam à victo, non debet ipſe appellare, & dehoneſtare iudicem, qui in ſui fauorem tulit ſententiam. Sed vbi victus non appellauit, vincens poteſt à tali omiſsione appellare: & ſic approbare ſententiam, quatenus facit pro ſe, & appellare, quia ſit omiſſa condemnatio expenſarum, Iſte eſt caſus ſingularis,ſecundùm ipſum,in d.l.fin.& ſic reſidet ipſe Cardi.hic, qui de hoc tangit in c. Nicholao. de ap. & idem tenet Io. de Imo.in c.fin.de exce.vbi dicit Bart.poſt Butriga.ita tenere in d.l.fin.& Spec. de ap.§. in quibus. ver.penul.& ſeq.vbi dicit,curiam ita ſeruare,licèt ſatis dubitauerit: ex quo apparet Bal.malè dixiſſe in d. l. fin. dum voluit, ꝙ is, pro quo lata eſt ſententia, non poſſet appellare ab omiſsione expenſarum; quia non grauatus non appellat, vt no.Inno.in c.breui.de

iureiuran. ſed victor non eſt grauatus per ſententiam : quia ſuper eo,
ſuper quo lata eſt, obtinuit ; igitur &c. l. Titiæ. ff. de auro, & arg. leg.
Pro quo adduci poteſt ratio, ꝙ acceſſorium expenſarum debet regu-
lari à principali, regula acceſſorium. lib. 6. nam certè, ſecundùm Ioa.
de Imo. in d. c. fin. Bald. non bene loquitur: quia non appellatur à ſen
tentia, ſed à grauamine illato, ex eo, ꝙ omiſerit pronũciare ſuper ex-
penſis. facit quod habetur in c. dilecto. de ap. Ad rationem, ꝙ acceſ-
ſorium expenſarum &c. reſpondet Ioa. de Imo. in d. c. fin. in fin. quòd
procedit, niſi acceſſorium habeat per ſe ſubſiſtentiam. alleg. c. debito-
res . de iureiur. ¶ Adde, ꝙ ſupraſcripta concluſio etiam procedit ;
vbi victus appellat, & non proſequitur appellationem: eſt enim tunc
iam quæſitum ius appellato, vt poſsit appellationem proſequi, etiam
inuito appellante. caſus eſt in d. l. fi. vbi hoc tenent Bart. & Ang. & Ro
ta Romana deciſ. 353. quæ incipit. Item ſi auditor. Spe. in d. §. in qui-
bus. verſ. 34. & ibi Io. An. in addi. & dom. Ant. in d. c. ſignificauerunt.
poſt Pet. & Abb. antiquum. Ipſe tamen dom. Anto. in d. c. ſignificaue
runt. quem ibi ſequitur Io. de Imo. limitat prædicta procedere, quan
do fuit omiſſa condemnatio expenſarum, vel in minus facta. vbi verò
20 reus † condemnatus in principali, fuiſſet abſolutus ab expenſis: tunc
oportet victorem appellare, cum non poſsit ſibi ſuccurri per appella-
tionem aduerſarij : quoniã per illam non ſuſpenditur abſolutoria ab
expenſis. & ſic dicit poſſe intelligi tex. in d. c. ſignificauerunt. Sed
Abb. ibi reprehendit hac limitationem ea ratione : quia quando iu-
dex condemnat minus ſufficiẽter, videtur à reliqua parte abſoluere,
vbi certa quantitas non eſt petita, l. 1. C. ſi aduerſus rem iudi. ſecundũ
intellectum communiter approbatum. & no. Inno. in c. cum inter. de
re iudi. & tamen hoc caſu victor per appellationẽ aduerſarij conſequi
tur reformationem ſententiæ, d. l. fin. C. quando prouoca. ergo pari ra
tione idem dicendum, vbi reus ab expenſis fuit abſolutus. ¶ Tu con
ſidera, ꝙ iſta non videtur bona conſideratio: quia non eſt omnino ea
dẽ ratio in vtroq; caſu. nam quando præceſsit abſolutoria ab expen-
ſis : tunc eſt neceſſe illam reuocare, & ſic venire contra factum prio-
ris iudicis. vbi autem fuit omiſſa condemnatio expenſarum, non ve-
nitur contra factum prioris iudicis: ſed potius eius factum ſuppletur,
quod omiſit. & iſtud facilius conceditur : ergo conſideratio Abb. non
videtur bona, vt ſentit Io. de Imo. in d. c. fin. in fin. ¶ Ego dum vobis
legerem hoc anno d. c. ſignificauerunt. ponderabam videri mihi fore
tex. pro ſententia Abb. contra dom. Ant. in d. l. fin. ibi [pro eo, ꝙ nihil

pro

pro expenſis, & detrimentis capere iuſſa ſit.] quæ verba, ſi ponderentur, probant, ꝙ tex. ibi loquitur, quando abſolutio ab expenſis facta fuit. & hoc ſonant verba prædicta [& ſi nihil capere iuſſa ſit.] & tamen ibi victori in principali non permittitur poſſe appellare à tali abſolutione expenſarum; cum ſibi ſuccurratur per appellationem interpoſitam ab aduerſario, vt ſupra dictum eſt. & ſi dicatur, ꝙ illa verba [& ſi nihil capere iuſſa ſit] poſſunt intelligi, quia fuerit omiſſa condemnatio expenſarum: quo etiam caſu pars, quæ obtinuit in principali, nihil poteſt capere pro expenſis, & detrimentis. Reſpondeo primò, ꝙ huic ſenſui repugnant verba illa [iuſsa ſit.] ſi enim fuiſſet omiſſa condemnatio expenſarum; dixiſſet tex. [pro eo, quòd nihil capere permiſſa ſit.] vel alio vocabulo vteretur tex. quia omittendo condemnationem expenſarum, non poteſt dici iudicem iubere nihil capere pro expenſis. Præterea verba alia, quæ ſequuntur ibi [vel minus] dum dicit tex. [pro eo, quod minus, vel nihil capere] &c. declarant præcedentia: patet quia ſi iudex omittit condemnationem expenſarum, non poteſt dici, ꝙ minus iuſſerit capi pro expenſis: vnde oportet dicere, ꝙ in minus capere iuſſerit, ſcilicet abſoluendo, ſaltem
21 tacitè, à reliquo expenſarum. Et ſic erit intellectus † illius l. fin. quòd ſiue iudex abſoluerit in totum ab expenſis, ſiue pro parte, nihilominus habeat locum d. l. fi. Cogita tamen, quoniam iſta noua eſt mea intelligentia ad d. l. fin. quam arbitror veram, & ponderandam in hac difficultate, in qua Abbas in d. c. ſignificauerunt. diſtinguit, ꝙ aut victus appellat à ſententia in partibus contra eum facientibus duntaxat: & tunc oportet victorem appellare, ſiue iudex omiſerit condemnationē expenſarum, ſiue abſoluerit ab expenſis reum: quia in effectu tot sūt ſententiæ, quot articuli, l. etiam. ff. de mino. no. glo. in c. 2. de ordi. cogni. & ſic licuit victo appellare, quatenus facit contra ſe: & per conſequens non reperitur ſententia ſuſpenſa, niſi quatenus facit contra victum: & ideò niſi victor appellet, non poterit pro ſe aliquid dicere. facit quod in ſimili notatur in d. l. etiam. & in c. cum olim. de cenſibus. Aut victus ſimpliciter appellat à ſententia: & tunc victor indiſtinctè poteſt conſequi reformationem expenſarum: quia ſimplex appellatio à ſententia ſuſpendit totam ſententiam, licèt contineat plures articulos. c. Rainaldus. & c. Rainutius. de teſtamen. & ita intelligit, & reſtringit Abb. vbi ſupra, d. l. fin. Aut victus non appellat: & tunc victor poteſt appellare; quia ſumus extra caſum d. l. fi. aliàs ex non appellatione aduerſarij victor perderet ſumptus. quod eſſet abſurdū, & eſſet

in optione iudicis non condemnare in expenſis, contra d.l. properandum. & c.calumniam.de pœnis. & hoc tenuerunt Rofre.Specu.& Batt.vbi ſupra. Hanc diſtinctionem Abb. ſequitur dominus meus Peruſinus in c.ſæpe.col.penul.de ap. Tu pondera, & conſidera, quia cōtra ſecundum membrum diſtinctionis Abba.ſcilicet quando pars victa ſimpliciter appellat, obſtat: quia talis ſimplex appellatio non ſuſpendit ſententiam in eo, ꝙ reperitur lata in fauorem ipſius appellantis, vt ſupra dixit ipſemet Abb. & ſic, ſi fuiſſet reus abſolutus ab expenſis, ſimplex appellatio ab eo interpoſita non erit ſufficiens victori ad reformationem expenſarum. Cogita, rogo, quia non vrget contra Abb. Et de appellatione interpoſita à ſententia ſub ea forma (ſcilicet quatenus facit contra ſe, & non aliter) an ſuſpendat ſententiam in totum, vel pro parte; vide plenè per Doc. in c.ſi duobus. de ap.& ma-
22 gis communis eſt opi.ꝙ in totum non ſuſpendat. ¶ Quid autem † ſi expenſæ non ſunt petitæ, & iudex omiſerit condemnare: an à tali omiſsione poſsit victor appellare? Rota, vbi ſupra, & Abb. in d.c.ſignificarunt. & dom. meus Peruſinus in dicto c.ſæpè. tangunt hanc q. & multas alias pertinentes ad materiam ipſam, quas non refero; quia huic Clemen. non multum arbitror conuenire: & ſatis mihi eſt aliquas tetigiſſe, quas hic ponit Cat. poſt Guil. de quibus nec Ioan. de Imo. nec Pet. de Ancha. nec alij ſcribentes dicunt aliquid, vt puto, exiſtimantes fortè non bene ad propoſitum huius Clement.

SVMMAE.

1 *Cauſa quatuor modis poteſt dici ſummaria, nempè quò ad ſubſtantialia iudicij, quò ad probationes, quò ad dilationes, & quò ad ferias.*
2 *Summariè, verbiq; ſignificatio.*
3 *Cauſæ quæ dicantur eſſe ſummariæ.*
4 *Cauſa tota dicitur ſummaria, quando quod eſt cauſa principalis intentionis, venit examinandum ſummariè.*
5 *Princeps quando reſcribit, debere procedi ſecundum æquitatem, intelligitur ſummariè.*
6 *Dicens aliquid in ſumma, omnia membra principalia comprehendit.*
7 *Exceptiones quæ ſint admittendæ in iudicio ſummario.*
8 *Exceptio illa dignoſcitur altiorem requirere indaginem, quæ non poteſt diſcuti infra illud tempus, in quo ea excep. non oppoſita, proceſſus cauſæ principalis expediretur.*

Exce-

9 *Exceptio illa poteſt infra modicum tempus cognoſci, & terminari, quæ altiorem non requirit indaginem.*
10 *Modicum tempus an dicatur triduum: an verò ſit arbitrarium, quod tempus dicatur modicum.*
11 *L. ſi cum. § fin. ff. de compenſ. quomodo intelligenda.*
12 *Exceptio nullitatis impedit executionem, quando aliàs eſſet irreparabilis.*
13 *Solemnitas peremptorij an requiratur in iudicio ſummario.*
14 *Procedi non poteſt die feriata in iudicio ſummario, niſi in caſibus expreſſis in l. 1. & 2. ff. de fer.*
15 *Probatio quæ requiratur in iudicio ſummario.*
16 *Probatio, ſeu fides, per quam iudex poteſt ad ipſam fidem, ſeu probationem peruenire, ſex habet gradus, & quales ſint, ibid.*
17 *Probatio fit per iuramentum ſolum in cauſis ſummarijs, quæ nullius, aut modici planè ſunt præiudicij. Et hæc eſt probatio primi membri.*
18 *In cauſis ſummarijs, in quibus aliquale præiudicium fit reo (quod tamen poſſit per aliud iudicium reparari) requiritur alia probatio, quàm per iuramentum; puta per vnum teſtem, vel alia indicia, quibus inducatur iudex ad opin. vel ſuſpicionem. & hæc eſt probatio ſecundi membri.*
19 *Summariè quando procedendum eſt in cauſis, in quibus verſatur præiudicium non reparabile, niſi per appellationem, intelligitur quò ad ordinem, cum ab vtraque parte probationes exigantur pleniſſimæ, & legitimæ etiam defenſiones admittantur. Et hæc pro tertio membro.*
20 *Probationes in iudicio ſummario factæ, an probent in plenario.*
21 *Sententia in ſummario iudicio lata, an producat except. rei iudi. in plenario. remiſſiuè.*
22 *Depoſitio teſtis in ſummario iudicio facta, an faciat fidem in plenario, ita vt poſſit eius falſitas probari, vt ſic repellatur, & puniatur de falſo.*
23 *Cauſa principali exiſtente ſummaria, omnes articuli ab illa dependentes erunt & ipſi quoq; ſummarij. Et quid ſi cauſa principalis ſit plenaria, quid de articulis ab illa dependentibus, & illi connexis.*
24 *Articulorum, ſeu exceptionum tres dicuntur eſſe principales ſpecies. & quæ.*
25 *Opponens excep. rei iudicatæ ſi ſuccumbat, & ſuper illa fuerint ab ipſo publicati, & examinati teſtes ante lit. conteſt. poterunt nihilominus ſuper eod. cap. iterum examinari poſt lit. conteſt. & ratio.*
26 *Exceptiones peremptoriæ, quæ non poſſunt ſeparari à cauſa principali, quæ dicantur.*
27 *Exceptiones peremptoriæ incidentes, quæ poſſunt à principali cauſa ſeparari, quæ dicantur.*

Exce-

28 *Exceptionum peremptoriarũ quædã poſſunt in alio iudicio principaliter intentari; Quædam poſſunt per ſe quidẽ in alio iudicio agitari, non tamen ad eum finem, ad quem ſunt examinatæ in primo iudicio. & quæ dicantur.*

29 *Exceptiones dilatoriæ, quæ poſſunt in alio iudicio per ſe examinari per modum agendi, ad eundem tamen finem, quæ dicantur.*

30 *Exceptiones peremptoriæ, poſt ſententiam incidentes, ſi reſpiciant merita cauſæ, ſicuti quæ ante ſententiam incidunt; plenariam requirunt cognitionem: ſecus ſi concernant executionem ſententiæ, quia dicatur non eſſe exequendam, quia nulla, vel lata reſpectu falſorum inſtrum. quia tunc debent ſummariè cognoſci.*

31 *Iudex ſi dixerit in cauſa, & ſummario iudicio ſe adhibuiſſe plenam cauſæ cognitionem, an huiuſmodi ſententia præiudicet in alia cauſa. Et quid è conuerſo, ibid. num. 32.*

Expeditis glo. & his, quæ ſuper illis tangi congruè debuerunt, reliquum eſt, vt ſequendo Ioa. de Lig. & Io. de Imo. reaſſumam materiam, quam etiam reaſſumpſit Petr. de Ancha. Ego ſequendo Bart. in Extrauag. ad repri. diuido hanc materiam in quinq; quæſtiones, vt clarius, & breuius diſcutiatur. ¶ Prima eſt, quæ ſit ſignificatio huius verbi, ſummariè. ¶ Secunda, quæ ſit ſignificatio verbi, ſimpliciter. ¶ Tertia quæ ſit ſignificatio verbi, de plano. ¶ Quarta, quæ ſit ſignificatio verbi, ſine ſtrepitu. ¶ Quinta quid eſt dicere, ſine figura iudicij.

1 Circa primam Præmitto, ꝙ cauſa † ſummaria poteſt dici quattuor modis, ſiue reſpectibus. Primò quò ad ſubſtantialia iudicij. Secundò quò ad probationes. Tertiò quò ad dilationes. Quartò quò ad ferias. Ita elegãter dicit Bald. in l. 1. col. 3. ff. ſoluto matrimo. Et adde, quæ idem Bald. no. in l. 3. §. ſciendum. ff. ad exhibendum. Hoc præmiſſo, cũ quæ-
2 ritur, quæ ſit ſignificatio † verbi, ſummaria. dicas, ꝙ ſummaria idem eſt dicere, ꝙ breuis, vel prima, l. in ſumma. & ibi no. ff. de ſtatu ho. ſic ſummariè capitur. i. breuiter, vel primariè: & hac ratione Papa dicitur ſummus pontifex à quadam ſummitate: quia in eo eſt omnis ſummitas, & celſitudo: quia non puri hominis, ſed veri Dei vices gerit in terris, vt no. Car. poſt Guil. in Clem. ſi ſummus pontifex. de ſen. excõ.
3 ¶ Sed tunc iuxta prædicta quæritur, quæ † cauſæ ſint ſummariæ. Secundò

cundò de modo procedendi in eis. ¶ Quò ad primum glo. tenet, ꝙ regulariter omnis cauſa ſit plenariè cognoſcenda, & plenariæ cognitionis. 30.q.5. c.iudicantem, l.iudices. C.de iudi. ¶ Fallit in caſibus notatis per glo. in l.3. §.eiuſdem. ff. ad exhi. & in Clem. diſpendioſam. de iudi. hæc doctrina glo. quia nimis generalis eſt, ſapit obſcuritatẽ; Ideo ſecundo loco Dy. in l.1. §.penul. ff. de præto. ſtipu. dat duas regulas. ¶ Prima eſt, ꝙ vbi cauſa eſt talis, ſuper qua ſententia lata tribuit finale ius, & aufert ius vni, & dat alij: tunc requiritur pleniſſima cauſæ cognitio. Econtra verò ſufficit ſemiplena. l.2. §. dies. ff. quis or. in bono. poſſ. ſerue. l.3. §.cauſa cognita. ff. de bo. poſſ. quæ tamen leges hoc non probant: quia diſtinguunt, an agatur de magno, vel paruo præiudicio ad effectum, an bonorum poſſeſſ. de plano, vel iudice ſedente pro tribunali concedatur: non autem ad effectum, an dicatur agi ſummariè, vel plenariè: probatur hoc. quia nulla bonorum poſſeſſio, quæ tribuit ius, debet dari in forma, vel figura iudicij, vt no. in d.c.cauſa cognita. & ita dixit Bart. in dicta Extrauag. in verbo, ſummariè. colum. 4. Pet. de Anch. Ioan. de Ligna. & Ioa. de Imo. hic: quibus tamen placent regulæ Dy. ſupra allegatæ. ſi dicamus ſic. Vbicunque ſententia lata tribuit ius finale, nec poſſit per aliud iudicium reparari, niſi per appellationem, vel aliud remedium: tunc requiritur plenaria cauſæ cognitio, dicta l.iudices. ¶ Fallit in caſibus l. de ſubmerſis. C. de naufragi. lib. 12. Secundò in caſu d. Extrauagan. ad reprimendum. Tertiò in caſibus Clem. diſpendioſam. de iudicijs. Quartò in caſibus, in quibus etiam contra abſentem profertur diffinitiua, & negocium liquidatur. Auth. at qui ſemel. C. quomodo, & quando iudex. Auth. qua in prouincia C. vbi de crimine agi oportet. Item vbi peruenitur ad ſecundum decretum. Iſtis enim caſibus, cum poſſit contra abſentem procedi, ideò dicitur ſummaria: quia iudici non liquet de iure abſentis. nam ſi præſens fuiſſet, aliud potuiſſet oſtendere: quia merita cauſarũ partium aſſertione panduntur, l.fin. C. ſi per vim, vel alio modo. Ideò id, quod parte abſente conſtat, dicitur conſtare ſummariè, id eſt prima facie. Et hac ratione talia acta, & ſententia nõ porrigunt effectus ſuos ad extraneos, ſicut facerent, ſi fuiſſet adhibita cauſæ cognitio partibus præſentibus. l. qui repudiantis. & l. Papinianus. §. meminiſſe. ff. de inofficio. teſtamẽto. vbi verò agitatur cauſa, ſuper qua ſententia lata non parat magnum præiudicium: vel parat tale, ꝙ per aliud iudicium poteſt reparari abſq; appellatione, reſtitutione, vel ſimili remedio: tunc procedendum eſt ſummariè. pro-

batur iſtud in omnibus exemplis traditis per glo. in d.l. 3. § ſciendũ: & in iudicijs poſſeſſorijs, in quibus adhibetur ſummaria cauſæ cognitio; quia poſſunt reparari per petitorium, l.momentaneæ.C.vnde vi. l.1.C.de bo. poſſeſs. ¶Et ſi dicatur, hoc non probant iura prædicta; quia loquuntur, quando ſolum vnus articulus tractatur ſummariè. d. §.ſciendum. vbi ſolum examinatur articulus, an actoris interſit. Simile videmus in cauſa alimentorum, & Carboniani; vbi ſolum cognoſcitur articulus, an ſit filius.l. ſi quis à liberis.§.ſi vel parẽs.ff.de libe. agno.l.3.§.cauſæ.ff.ad Carbonia. Reſpondet Bart. vbi ſupra, Petr. de Ancha. Io. de Ligna. & Io.de Imo.hic, ꝙ vbi id, quod eſt principalis

4 cauſa intentionis, venit examinandum ſummariè, meritò tota † cauſa dicitur ſummaria. quod eſt nota dignum. ¶Et comprobatur primò per tex.in d.Clemen. diſpendioſam.vbi ex natura principalis, qđ in iudicio deducitur, conſideratur proceſſus. Et bene facit quod no. Bart. in l.ſolent.ff.de alimen.leg. vbi dicit, ſtatutum, ꝙ credatur iuramento damnũ paſsi, porrigi non ſolùm ad principale, ſed etiam ad acceſſoria. Et cum Bart. tranſit Bal.in l.1.C.de rebus credi.cum limitatione tamen. & bene etiam facit quod no.Bal. in l.1.C.de lega. Ex quibus habetis modum cognoſcendi, quæ cauſæ dicantur ſummariæ.

5 ¶Et adde, ꝙ vbicunq; princeps † reſcribit procedi ſecundùm æquitatem, intelligitur ſummariè. Bal.in l. obſeruare.§.proficiſci.ver.35. quæro. ff. de officio proconſu.ſequitur Roma.in rub.ff.de arbi.col.4. & Bart.in l.filiusfami.ff.de dona. ¶Comprobatur, quia vbi princeps ſcribit de æquitate, videtur remiſsus ordo iudiciarius, l.Quintus. vbi Bart.ff.mandati. dixi latius ſupra in hac Clemen.ver. Non ſic tamen. in q. quando iudici committitur, ꝙ procedat ſecundùm æquitatem. ¶Viſo, quæ cauſæ dici debeant ſummariæ, & de modo procedendi in eis, quando verbum, ſummariè, apponitur vni articulo: vidẽdum eſt de modo procedendi in eis, quando tale verbum, ſummariè, additur toti cauſæ. ¶Et præmitto, ꝙ idem eſt dicere, ſummariè, quod breuiter: ita tamen ꝙ tota ſubſtantia comprehendatur.l.1.ff. de rerum di-

6 ui.hinc eſt, ꝙ qui aliquid dicit in ſumma † omnia membra principalia comprehendit.l.in ſumma. ff. de condi. indebi. ex quo infert Bart. in d. Extrauagan.in verbo, ſummariè. circa prin.& Doc. hic ſequuntur, maximè Io.de Imo. col.39. ver. His viſis. ꝙ in tali proceſſu ſummario nihil debet de ſubſtantialibus omitti: Et ideò libellus debet eſſe ita plenè formatus, ſicut quando ordinariè proceditur.ff.ad exhiben. l.3.in prin. Item lis debet conteſtari.l.tigni.§. ſi quis non poſſideat. &

deat.&.§. item ſi quis.& l.ſi quis.§.ſi quis ex his. & l.Iulianus.§.prætor. eod. titu. ad exhibendum. & in l.3. §.eſt autem.eo.tit.vbi iuncta glo.probatur quod dixi de libello: q etiam dictum de libello in ſummarijs procedit eadem ratione, ſi cauſa agitaretur coram arbitro. Sed in hoc Bal.in Auth.offeratur.C.de litis conteſta. tenet cõtrarium per tex.in Auth.niſi breuiores.C.de ſenten.ex pericu.reci. Roma.in l.1.ff.de arbi.col.7.concordat, q in ſummarijs grauis præiudicij requiratur libellus: ſecus ſi ſint modici præiudicij. quod etiam ſenſit Bald. vbi ſupra, dum alleg.tex.in d.Auth.niſi.quoniam dicta Doctorum intelliguntur ſecundùm ius, quod alleg. dicit Bart.in l.non ſolum.§.liberationis.ff. de libe. lega. ¶In iſtis etiam cauſis ſummarijs ſententia ferenda, erit dicenda diffinitiua, l.3. §. præterea.eodem tit.&.l.in actionibus. in princi.ff. de in li.iuran.l.ſi quis à liberis.§. ſi quis.ff. de libe. agnô.licèt quidam dixerint illam interlocutoriam, vt ibi in glo. & adde quæ dixi ſupra ea. Clem.§.& quia. in 12. notabili. ¶Ex quibus apparet non bene locutam glo. in l.1. C. commi. vel epiſt. volentem, q in ſummarijs non exigat ordo iuris. ¶Et ſi dicatur.ſi ordo iuris requiritur, in quo conſiſtit iſta ſummaria, ſeu breuis expeditio? reſpondet Bar. vbi ſupra, Pet.de Anch.Io.de Ligna.& Io.de Imo. hic, q in hoc conſiſtit, q licèt in plenarijs cauſis non poſſint dilationes abbreuiari ſine cauſæ cognit. vt plenè dixi ſupra in principio huius Clem.hoc tñ caſu iſta erit iuſta cauſa abbreuiandi, ſcilicet, q cauſa ſit ſummariè cognoſcenda.l.2.in fin.ff. de re iudi. non tamen adeò poterit abbreuiari, quod defenſiones, & probationes legitimæ pereant: nam tunc excluderetur cauſæ cognitio. quæ cum ſit de ſubſtantia, excludi non poteſt.l.1.& l.iudex.C.com.vel epiſt. no.in l.prolatã. C.de ſenten.& interlo.omnium iudi. Sed ea, quæ ſunt de ſubſtantia, in cauſa ſummaria non poſſunt omitti, vt ſupra dixi, & probatur in hac Clemen.ver. non ſic tamen. igitur &c. ¶Adde, inquantum ſupra dictum eſt, in cauſa ſummaria requiri libellum, & litis conteſta.idem tenere Bart. in l.4.§.hoc autem iudicium.ff.de dam.infe. vbi etiam per alios Doct. poſt Bart. Adde etiam Bald. in l.edita.C. de edendo.col.7. dicentem, q in cauſa ſummaria ſui natura, partibus præſentibus debet lis conteſtari, per glo. notabilem in c.per venerabilem.qui fil.ſint legi. in verbo, non ſeruatum. & adde quæ dicam infrà in q.an in cauſa ſine figura iudicij ſit lis conteſtanda. ¶Sed iuxta prædicta quæro,
7 quæ exceptiones † ſint admittendæ in hoc iudicio ſummario? concludo, quòd exceptiones, quæ requirunt indaginem, & quæ poſſunt in

alio iudicio reſeruari, non ſunt admittendæ.l.ille à quo.§.ſi de teſta-
mento.ff.ad Trebel.d.l.3.§.ibidem. vbi verò in alio iudicio non poſ-
ſunt reſeruari, debent admitti.d.§.ibidē.in fin.& eſt ratio, quia aliàs
ius partis, & cauſæ cognitio, quæ non poteſt excludi, per ſupradicta,
excluderetur. & ita reſidet hic Io.de Imo.poſt Bar.in d. Extrauagan.
in verbo, ſummariè, quod eſt valde notandum: quia ex eo declaratur
dictum Bart. in l.nam & poſtea.ff.de iureiu.dicentis ſecundùm vnum
intellectum glo. ꝙ exceptio impediens litis ingreſſum, ſi requirit al-
tiorem indaginem, non poteſt opponi. nec oppoſita impedit litis in-
greſſum, vt non procedat, quando talis exceptio non poteſt reſerua-
ri in alio iudicio. & ita Bart. in l.fin.ff.pro ſuo.bo.tex.in c.litteras. in
fi.de reſtitu. ſpolia. & faciunt quæ infra dicam. ¶Illa autem exce-
8 ptio † cognoſcitur requirere altiorem indaginem ſecundùm Bart. in
d.verbo, ſummariè.Io.de Imo.hic poſt Petr.de Anch.& Io.de Ligna.
quæ non poteſt examinari infra tempus, in quo proceſſus principalis
cauſæ expediretur, illa exceptione non oppoſita, l.is à quo.in prin.ff.
vt in poſſeſs.lega.vbi idem tenet Bart.cum quo tranſit Io.de Imo. &
Car.in c.cum contingat.de offi.dele.do.Anto.in c.veniens.2.de teſti.
dom.Anto.de Camario in tractatu de executio. inſtrumen. in q.9.&
idem tenet Bart.in l.4.§.condemnatum.ff.de re iudi.facit quod pul-
chrè ipſe no.in l.1.ff.de glāde leg.in q.ibi formata.& in l.fi.ff.pro ſuo.
Archi.aūt in ſumma 1.q.1.quem ſequitur Bal.in d.l.3.§.ibidē.dicit,
9 ꝙ illa exceptio † non requirit altiorem indaginem, quæ poteſt infra
10 modicum tempus cognoſci, & terminari. & † modicum tempus di-
citur triduum, per l.fin.C.de iudi. ¶Sed glo.in d.l.is à quo.tenet ar-
bitrarium eſſe, qđ dicatur modicum tempus. facit quod in ſimili dicit
glo. in l.ſi debitori, ff. de iudi. Facit quia cum iſtud tempus non ſit à
iure limitatum, debet dici arbitrarium.l.1.ff.de iure delibe.c.de cau-
ſis. de officio deleg.& ita refert Roma.in l.1.ff.de arbi.col.penul.ibi
tamen nullam ex his opi.firmat. ¶Tu adde, ꝙ de hac difficultate tan-
git etiam Bald. in l.ſi ex falſis.C.de tranſac.in l.1.C.vt in poſſ.lega.in
l.fin.C.de ordi.cogni.in l.2.C.de edic.diui Adri.tollen.dom.Anto.
vbi bo.tex.in c.litteras.de reſti.ſpolia.Roma.in conſ.244.in fin.Ang.
in d.§.ſi de teſtamento.Sed opi.glo.ꝙ iſtud arbitrarium ſit, quod po
ſuit gl.in d.l.is à quo. tenet Bal.in d.l.fin.C.de ordi.cogni.in materia
executionis ſententiæ, & Bald. in d.l.2.de edic.diui. Pro qua opi.vl-
tra rationem ſupradictam facit quod not.Inno.in c.veniēs.2.de teſti.
vbi dicit, ꝙ tertius pro intereſſe ſuo comparens tunc impedit execu-
tionem

tionem ſententiæ, quando incontinenti probat ſuum intereſſe, vt ibi probatur. & quando dicatur incontinenti probare, relinquitur arbitrio iudicis: qui fortè eum ad octo, vel plures dies expectabit: non autem expectabit, vt producat teſtes de vltra montes. arg. c. litteras. de reſti. ſpolia. in fi. dom. Alex. in d. l. is à quo. ſequitur hanc opin. & dicit illam veram. ſubiungit tamen iudicem debere arbitrari ſecundùm formam traditam ibi per Bart. quam ſupra retuli. ¶ Sed hæc opinio non placet Abb. in d. c. veniens. 2. ver. Vlterius quæritur. moue tur primò per tex. ibi, vbi exequutio erat fienda in re adiudicata: quo caſu in executione nulla requiritur ſummaria cognitio, vt not. Inno. in c. cum ſuper. de re iudi. & Bart. in. §. ſi ſuper rebus. in l. à diuo Pio. ff. de re iudica. bo. tex. Inſti. de officio iudi. §. fin. immo nec requiritur citatio partis, vt no. in d. §. ſi ſuper rebus. & in c. ex ratione. de appel. & tamen in d. c. veniens; tertio opponenti fuit data dilatio ad producendum teſtes, & inſtrumenta. ergo non bene loquitur Bart. cum ibi caueatur, ꝙ etiam vbi exequutio erat ſtatim facienda, admittitur tñ exceptio, licèt non poſſit examinari infra illud tempus, infra quod exequutio fieri debeat. Et contra Bart. tenet etiam Io. de Imo. in d. c. veniens. dicens nõ reperiri iure cautum, infra quantum tempus debeat fieri exequutio, licèt talis exceptio non foret opponenda, vt no. in c. quærenti. de offi. dele. Vnde Abbas ibi firmat ſententiam Inno. ꝙ iſtud tempus debeat dici arbitrarium, conſiderata qualitate cauſæ, & exceptionis oppoſitæ. ¶ Tu conſidera, & pondera ſubtiliter ſupraſcriptam rationem Abb. ſumptam ex tex. in d. c. veniens. 2. quia patet, ꝙ etiam vbi nullum tempus; nullaue dilatio eſſet facienda in exequutione: tamen ſi opponatur exceptio, adhuc debet dari aliqs terminus. licèt Bart. in l. aufertur. §. qui compenſatio. in finalibus verbis. ff. de iure fiſci. teneat contrarium, ſed male. & contra ipſum tenet

11 Bal. in l. in ea. C. de compenſa. per tex. vbi dicit eſſe caſum in † l. ſi cũ. §. fin. ff. eo. tit. vbi patet, ꝙ ſi petitur exequutio ſententiæ, tranſacto tẽpore quadrimeſtri; põt opponi exceptio cõpẽſationis aduerſus ſic petentem. Ille tamen tex. non videtur probare intentionem Bal. quia fortè ibi illa compenſatio opponenda, poterat incontinenti probari; quia ſuper ea erat lata ſententia. Et ſi dicatur, poterat etiam fortè contingere, ꝙ illa ſententia; probans compenſationem, erat in alio loco lata, & opponens non habebat inſtrumentum penes ſe. reſpondetur, ꝙ iſtud eſt diuinare. Vel melius dic, ꝙ licèt ibi eſſet lapſum quadrimeſtre: iudex tamen ibi habebat conſumere aliquod tempus

in exe-

in executione ipſius ſententiæ, quia cum eſſet lata in actione perſonali, ſeruare habebat formam in exequendo traditam in d. l. à diuo Pio. §. ſi ſuper rebus. & no. Bart. in l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudi. quare tex. ille nō probat dictum Bald. quod tamen puto in ſe verum, quia probatur in d. c. veniens. vt ſupra dixi, & comprobatur ratione, ne alioquin auferatur defenſio parti. quod eſt ſingulariter notandum, quicquid dixerit Bart. in d. §. qui compenſatio. ¶ Conſidera tamen, quia rationes ſupradictæ non multum videntur vrgere contra ſupradictam doctrinam Bart. in d. l. is à quo. Nam primò tex. in d. c. veniens. ſolum probat, quòd etiam vbi nullum eſſet tempus, vel dilatio facienda in exequutione: tunc ſi opponatur exceptio, adhuc debeat dari aliquis terminus. ¶ Secunda etiam ratio parum facit, quia Bart. in d. §. condemnari. declarando mentem ſuam, inquit, ꝙ infra tantum tempus poterit probari exceptio nullitatis, infra quantū expedietur exequutio, quæ fieri debet de mobilibus, & immobilibus, vnde iſta eſt mens ſua, ꝙ tantum tempus debeat dari, quantum conſumeretur de tempore, computando tempus ab initio exequutionis cœptæ vſq; ad finem, nulla facta intermiſsione, niſi quæ foret conueniēs pro expeditione actus: vnde non eſt curandum de tempore, in quo fiet exequutio, ſi fortè iudex vellet differre, & non cōtinuare exequutionem: ſed de tempore, quod neceſſariò conſumeretur in exequutione cœpta, & continuata. quod licèt non ſit à iure determinatum, iudex tamen poſſet exiſtimare illud, & ſecundùm id concedere tempus excipienti, & hoc ſenſit Iuriſconſultus in d. l. is à quo. dum dicit, ꝙ volenti probare incontinenti legatum non deberi, non erit neganda audientia; quia citius poſſet expediri iſte articulus, quàm iudicium cautionis interponendæ. Et ſic innuit tex. ibi, ꝙ exceptio dicitur poſſe probari incontinenti, ſi non excedat terminum, infra quem cauſa illa expediretur, exceptione non propoſita. ¶ Clariſsimus noſtra tempeſtate Iuriſconſultorum ſplendor, dom. Franc. de Are. in d. c. veniēs. 2. concludit, ꝙ vbi probatio debet fieri incontinenti in iudicio exequutiuo, vel alio, quod capit dilationem temporis, ſatis videtur probabilis opinio Bart. ꝙ in dubio iudex non debet aſsignare plus temporis ad probandum exceptionem, quàm ſit illud tēpus, de quo modò dixi, menſurato, vt ſupra: nec propter hoc dicitur grauare partem aduerſam, quaſi admittat exceptionem requirentē altiorem indaginem. fatetur tamen, ꝙ ex cauſa iudex poſſet hunc terminum vel abbreuiare, vel prorogare. & in hoc verſatur arbitrium eius, maximè in

 ſumma-

ſummarijs, vt hac Clem. in principio, & iſto modo poteſt intelligi opinio Doc. in d. c. veniens. & aliorum volentium, ꝙ quando dicatur probare incontinenti, ſit arbitrarium. ¶ Fatetur tamen, ꝙ opinio Inno. & Doc. in d. c. veniens. eſt communis, & ſeruaretur in practica. Tex. tamen in c. prudentiam. §. ſexta. ibi [ſtatim, vel infra terminum competentem] probat prima facie, ꝙ probatio incontinenti dicitur, quæ fit nullo aſsignato termino. quod eſſet contra tex. in c. litteras. in fi. de reſti. ſpolia. ideo ad tex. in d. §. ſexta. reſponde, ꝙ illa alternatiua non ſignat, ꝙ probatio fiat ſine termino: ſed ꝙ dabitur minor terminus ei, qui ſe offert probare incontinenti, quamuis hoc non expediat, ſcilicet ꝙ quis probet incontinenti. quod bene, & perpetuò notabis. ¶ Aduerte, quia in quantum ſupra dictum eſt, exceptionem, etiã requirentem altiorem indaginem, debere in iudicio ſummario admitti, ſi non poteſt in aliud iudicium reſeruari, & deduci. Adde bene facere, quod tradidit pulchrè Cy. in l. fin. in 9. q. C. de compenſatio. vbi dicit, ꝙ exceptio, ꝙ fiat compenſatio debiti naturaliter tantùm, impedit exequutionem ſententiæ; quia tale debitum non poteſt deduci in iudicium: quia licèt obligatio naturalis tantùm ſit potens ad excipiendum, non tamen eſt potens ad agendum. quod eſt notandum. ¶ Item ad propoſitum dixit Bald. in l. 1. circa fin. col. C. qui accu. non poſs. ꝙ vbi aliter periculum reparari non poteſt, exceptio admitti-
12 tur, quæ aliàs non admitteretur. ¶ Item videmus, ꝙ exceptio † nullitatis impedit executionem, quando aliàs eſſet irreparabilis, vt no. Pau. de Eliaza. in Clem. 1. de re iudi. quem ibi ſequitur Pet. de Ancha. & alij. Idem no. Bal. poſt Cy. in l. ab exequutore. C. quorum appel. Bal. in l. eum qui duas. C. de adul. Bal. in l. ſi feriatis. in lectu. antiqua. ff. de ferijs. Io. de Imo. in l. qui à latronibus. ff. de teſta. in l. 3. §. ſi ſeruus. ff. de acquir. poſs. & in l. non ſolum. §. morte. ff. de oper. no. nunc. ¶ Ad idem facit quod voluit Bal. in l. 1. C. de in integrum reſtitu. mi. ver. Propterea ne quid noui fiat. dicens, quòd reſtitutio in integrum petita impedit exequutionem ſententiæ, quando exequutio eſſet irretractabilis. ideò tunc pendente reſtitutione in integrum, non poterit fieri executio per carcerationem, ſeu capturam perſonæ. allegat qđ in ſimili no. in l. 2. ff. de appel. reci. & idem tenet Paul. de Caſt. in l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudica. bene facit l. 1. 2. & 3. ff. de feriis. l. ſenatus. ff. de offi. præſi. ſecundùm dom. Alex. in ſuo conſ. 17. incipiente. Requiſitus in cauſa vertente. in primo volumine, & per ipſum in d. §. morte. vbi viſus eſt limitare prædicta procedere, vbi taliter exci-

pienti, & opponenti exceptionem irreparabilem nulla culpa poteſt imputari. de quo ibi per eum. ¶ Et quia ſupra dictum eſt, quandoq; exceptionem reſeruari in alio iudicio. quæro, quid operetur talis reſeruatio? dic, vt per Bart. in d. l. ille à quo. §. ſi de teſtamento. cum quo tranſeunt ibi Ange. Io. de Imo. & Moder. Adde etiam Bar. in l. penul. per illum tex. C. depo. in l. fin. C. de compenſa. in l. ſi duo patroni. §. idẽ Iul. ff. de iureiur. Bal. in l. 1. in fin. C. quæ legi. perſo. & in l. qui interrogatus. ff. de interro. actio. Archi. 3. q. 6. c. ſi quis epiſcoporum. Paul. de Caſt. in d. l. nam & poſtea. in princ. vbi tenet idem, quòd Bart. in d. §. ſi de teſtamento. cuius dicta limitat Bald. in l. eam quam. C. de fideicommiſ. & vide Roma. in l. 1. col. penul. ff. de arbi. ¶ Quæritur etiam
13 iuxta prędicta, an in iudicio ſummario † requiratur ſolemnitas peremptorij. Bar. in d. verbo, ſummariè, tenet, ꝙ ſic. Idem hic ſequitur Pet. de Ancha. Io. de Ligna. & Io. de Imo. probatur in interpoſitione primi, & ſecundi decreti: quæ licèt fiat ſummariè, oportet tamen, ꝙ præcedat peremptorium. l. præſenti. §. ſed ſi hoc. C. de his qui ad eccle. confugi. nota. in l. conſen. C. quomodo, & quando iu. & in d. l. ſi finita. §. Iulianus. vbi plenè per Bart. Io. de Imo. & dom. Alex. & per Io. de Ligna. in c. 1. de eo, qui mittitur in poſs. ad quos me remitto. & adde
14 quæ dixi ſupra in glo. in verbo, peremptoriè. ¶ Quæro, an † in iudicio ſummario poſsit procedi die feriata? dic, ꝙ nõ, niſi in caſibus expreſsis in l. 1. & 2. ff. de ferijs. ¶ Non ob. hæc Clemen. quia loquitur, quando cauſa tractatur ſummariè, & ſine figura iudicij; quæſtio loquitur, quando ſolum tractatur ſummariè. ¶ Quæro, quæ probatio
15 † exigatur in hoc iudicio ſummario? Bart. in d. verbo, ſummariè, quẽ hic ſequuntur Doc. concludit, ꝙ plena probatio. & plena probatio ſecundũ eũ ipſum eſt facere iudici plenam fidem. C. de eden. l. procur. ff. de condi. ob turpem cãm. l. 1. facit quod no. ff. de probatio. l. quinquaginta. Sed ad huius articuli intelligentiam præmitte, ꝙ fides, ſeu pro
16 batio habet ſex gradus † per quos ad fidem, ſeu probationem peruenitur per iudicem. ¶ Primò enim, cum cauſa introducitur per actorẽ, & negatio ſequitur per reum, iudex inducitur in dubitatio. quia non præſumit adhuc, nec pro actore, nec pro reo. ¶ Secundò ex aliquo leui indicio, ſeu argumento inducitur ad ſuſpicionem, & hæc appellatur ſuſpicio. ¶ Tertiò, ſi argumenta incipiunt fortiora, incipit opinari, & inclinare in alteram partem: non tamen ita, quin credat contrarium fore poſsibile. & iſta appellatur opinio. Hæc tamen non ſufficit ad fidem, & credulitatem, ſed parum deficit. ¶ Quartò ſi aliqua

maior ratio,& ita fortis inſurgit in cauſa,vt iudex inducatur ad credulitatem, & fidem, ita ꝙ nullo modo credit contrarium fore poſsibile: iſta appellatur fides,& plena probatio,& eſt ſufficiens ad ſententiam ferendam. ¶Hanc doctrinam tradit Bart. in l. admonendi. ff. de iureiuran. & Bart. in d. ver. ſummariè. ver. Circa modum probandi. Sequitur Abb. in c. tertio loco. de proba. in fi. dicens, ꝙ in iure ſuper prædictis reperiuntur diuerſa vocabula; vt indicium, argumentum, ſuſpitio, & præſumptio: cuius alia appellatur leuis, alia vehemens, alia probabilis, alia violenta, de quibus in c. litteras. & in c. quanto. de præſump. ¶ Item habemus opinionem, credulitatem, ſcientiam, & fidem, de quibus non pôt dari certa doctrina. Et adde quæ pulchrè ad præmiſſa ſcribit dom. Anto. in repetitione c. veſtra. de cohabi. cleri. & mulie. col. 20. & ſequenti. ¶ Item adde, ꝙ doctrinam ſupraſcriptam Bar. ſequuntur hic Doct. & Io. de Imo. col. 40. adducens, quod dicitur primo Poſteriorum. Iſte gradus eſt habitis concluſionibus de iuuante in ſpeculante. Et probatur ſecundùm Bart. vbi ſupra, & Doct. hic, ſupradicta eius doctrina in l. 1. in princ. ff. de quæſtio. Ibi [ad tormenta ſeruorum tunc demum venire oportet, cũ ſuſpectus eſt reus, & alijs argumentis, ita admonetur, vt ſola confeſsio deeſſe videatur] dum dicit [ſuſpectus eſt reus] ſignificat gradum ſuſpicionis; dum dicit [& alijs argumentis] denotat gradum opinionis. Et dum dicit [confeſſio ſeruorum] denotat fidem, & probationem. & iſti ſex gradus probantur etiam in l. 3. §. eiuſdem. ff. de teſti. ¶ His præmiſsis, cum quæritur, quæ probatio in iudicio ſummario exigatur. conclude poſt Bart. in d. verbo, ſummariè, Io. de Ligna. Petr. de Ancha. & Io. de Imo. hic col. 41. licèt non ita ordinatè loquantur, ꝙ aliquæ ſunt cauſæ ſummariæ, in quibus nullum, aut modicum præiudicium tractatur. ¶ Quædam ſunt, in quibus aliquod præiudicium fit, quod poteſt reparari ꝑ aliud iudicium. ¶ Quædam ſunt, in quibus verſatur præiudicium partis non reparabile, niſi per appellationem, vel alijs modis legitimis.

17 ¶ In primo membro † dicas, ꝙ in cauſis ſummarijs, quæ ſunt nullius, aut modici præiudicij, probatur per iuramentum, l. theſaurus. ff. ad exhiben. nam quid nocet domino permittere me in agro ſuo quærere theſaurum, præſtita illi cautione de damno infec. Idem fit, vbi petitur exhibitio ſimplex. Vbi verò talis peteretur exhibitio, ꝙ in actio. ipſa ad exhiben. veniret tranſlatio poſſeſsionis, vel aliter damnificaretur reus, l. Celſus. §. Iulianus. ff. ad exhiben. tunc requireretur probatio, de qua infra dicam, & non ſufficeret iuramentum: quæ probatio

per iuramentum ſolum admittitur in his, quæ ſunt nullius, aut modici præiudicij, in quibus iudex ex ſolo iuramento deducitur ad ſuſpicionem. ¶ In ſecundo membro conclude, ꝙ in cauſis, in quibus † aliquale præiudicium fit reo (quod tamen poteſt reparari per aliud iudicium) requiritur alia probatio, quàm per iuramentum; puta per vnum teſtem, vel alia indicia veriſimilia, quibus iudex inducatur ad opinionem, vel ſuſpicionem, probatur hoc in l. in lege Aquil. ſi deletũ. ff. ad leg. Aqui. Ibi [ad ſuſpicionem iudicem inducam.] & in l. 3. §. cauſæ. de Carboni. edic. Ibi [vel modicum pro puero] & in l. 1. ff. de ven. inſpi. vnde cum per talem probationem perueniatur ad primum gradum probationis, ſcilicet opinionis, & ſuſpicionis, ex hoc capite dicitur ſummaria, ideſt primaria. Hinc ſolet dici, prima facie, ſeu prima fronte vr̃, ſicut &c. l. fin. C. de edic. diui Adri. ¶ Ex alio ẽt capite põt dici ſummariè, ideſt breuiter; qm̃ ad plenam probationem fiunt poſitiones, & articuli ſcd̃m conſuetudinẽ hodie approbatã per hunc tex. vt ſingulariter, & diſtinctè probetur. Item in iſtis ſic ſummarijs, vt ſupra, ſufficit, ꝙ negociũ ſummariũ narret, & sũmariẽ ꝓbet. d. l. in lege Aquil. ibi [ſummatim negocio expoſito.] ¶ Prædicta tamen ſanè intellige procedere in ſummarijs valde fauorabilibus; vt alimentorum, & ventris. ſ. ne pereant probationes: vbi verò non eſſent cauſæ ita fauorabiles (licèt ſint ſummarię, & poſsint per aliud iudiciũ reparari:) requiritur tamen in eis plena probatio ex parte agentis. Sed ex parte defendentis dicetur ſummaria hoc reſpectu: quia ſi iudex videret reũ per calumniam poſtulare dilationem, vel aliquam exceptionem opponere, quæ exigeret altiorem indaginẽ, diſterretur exceptionis probatio, nec differretur actoris intẽtio, l. is à quo §. j. ff. vt in poſſeſsio. lega. ff. de præto. ſtipul. l. j. §. penult. l. ille à quo. §. ſi de teſtamento. ff. ad Trebellia. Ex quo infert Bart. in d. verbo, ſummariè, quem hic alij ſequuntur, maximè Ioan. de Imo. colum. 49. ꝙ licèt iudicia poſſeſſoria examinentur ſummariè. l. momentaneæ. C. vnde vi. & poſsit præiudicium, ſi quod parti infertur, reparari per petitorium: tamen ex parte agentis requiritur plena probatio, l. j. C. quorum bonor. licèt quantũ ad exceptionem rei conuenti, & quò ad dandas dilationes ſit ſummariè procedendũ, vt ſupra dixi: & hoc reſpectu dicitur ſummariè, quaſi prima facie ſic videatur, cum iura partium non perfectè diſcutiantur. ¶ In tertio autem membro. ſ. in cauſis, in quibus † verſatur præ-
19 iudicium non reparabile, niſi per appellationem &c. Conclude, ꝙ ſi in iſtis dicatur procedi ſummariè, intelligitur quò ad ordinem, ſed

ab vtraque parte exigerêtur probationes pleniſsimæ, & legitimæ defenſiones audiuntur. C. de naufrag. l. de ſummerſis. licèt ibi ſit plus, quàm ſummariè, agi. Probatur etiam iſtud in hac Clemen. nam ſi, vbi cauſa committitur ſummariè, de plano, & ſine figura iudicij, exiguntur plenæ probationes, vt hic: fortius idem dicendum, vbi ſolum ſummariè cognoſcitur. Et hoc, cum proceditur contra præſentem: ſi verò proceditur contra abſentem (vt quando interponitur decretum, vel fertur diffinitiua) dicitur tūc ſummariè procedi hac ratione. nam cum merita cauſarum partium aſſertione pādantur. l. fi. C. ſi per vim, vel alio modo. c. cum ex literis. de reſtitu. in inte. nō poteſt dici in abſentia partis plenè liquere. fortè enim ſi pars fuit præſens, aliud oſtēdiſſet: & ideò totum quod agitur, dicitur agi ſummariè. ¶ Hinc eſt, ꝙ geſta contra abſentes nōn porrigunt effectus ſuos ad extraneos, ſicut geſta parte præſente, l. qui repudiantis. & l. Papinianus. §. meminiſſe. ff. de inoffic. teſtamen. Et ſic ſummatim cognoſci, dicit glo. in l. cum proponas. & Auth. ibi poſita. C. de bon. aucto. iudi. poſsiden. & ff. ex quibus cau. in poſſeſſ. l. Fulcinius. §. j. vbi dicit, ꝙ ad ſecundum decretum præcedit ſummaria cognitio: & tamen in eo requiritur probatio idonea per teſtes, vel inſtrumenta, l. fi. C. de bo. aucto. iudi. poſ. Sed in primo decreto (quia ibi generatur modicum præiudiciū) ſufficit probare per iuramentum. Item quia poteſt faciliter reparari in alio iudicio. facit quod no. glo. in §. ſuſcepto. in Auth. de exhiben. reis. colla. 5. & in c. paſtoralis. in glo. penult. de offic. ordin. & Ange. in l. nemo carcerem. C. de exactio. tributo. lib. 10. col. 7. verſi. Sed videamus. Et ita dici ſummatim ſenſit Speculat. titu. de offic. iudic. §. poſtremo. circa finem. ¶ Prædicta circa probationem cauſæ ſummariæ ponit Barto. in d. verbo, ſummariè. & Docto. hic, licèt non ita clarè, & diſtinctè procedat. Quibus adde quæ no. Barto. in l. ſi quis à liberis. §. ſi quis ex his. ff. de libe. agno. Cardin. & Doct. in c. quoniam frequēter. §. quod ſi ſuper. vt lit. non conteſt. ¶ Et inquantum Bart. vbi ſupra, & Doct. hic dicunt, ꝙ in leuioribus ſufficit probatio per vnū teſtem, vel famam &c. adde bene facere in argumen. l. vbi adhuc. C. de iure do. & idem tenet Bart. in l. de minore. § tormenta. ff. de quæſtio. quem ſequitur domi. Ant. in c. veniens. il 1. de teſtib. & Matheſi. in notabili primo, & ſecundo. & vide no. in c. 1. de appellatio. & per Pau. de Caſt. in conſi. 195. per Abba. in c. qualiter. 2. in prin. de accuſat. & ibi per Ioan. de Ana. col. pen. per Bald. in c. 1. §. iniuria. col. 6. de pace iuramen. firman. ¶ Item adde, inquantum ſupradictum eſt, ꝙ vbi ver-

ſatur magnum præiudicium, nòn ſufficit probatio per iuramentum. Addę Ange. in d.l. nemo carcerem. col. antepen. dicentem dicto caſu etiam non ſufficere ſemiplenam probationem. ¶ Adde etiam, dum Bart. & alij dixerunt, ꝙ in cauſa poſſeſſorij, licèt ſit ſummaria, requiratur tamen plena probatio. adde idem velle Bart. in l. admonendi. ff. de iureiuran. in vltima charta. Sed ipſe Barto. In l. 1. C. quorum bonorum. & in l. 2. §. fi. C. vbi in rem actio. aliter loquitur, & plenius. quē vide, & Mathe. in no. 2. ¶ An autem in iſtis poſſeſſorijs requiratur libellus, litis conteſtatio, & ſimilia. vide Barto. in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquiren. poſſeſsio. & in l. 1. C. quorum bonorum. Ioan. de Imo. in c. examinata. de iudi. vbi dicit, ꝙ in iudicio recuperandæ non eſt neceſſaria concluſio libelli, ſed ſufficit ſimplex narratio, gl. no. in c. quia præſulatus. 1. q. 4. ſequitur Bal. in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his, qui no. infam. & in l. nequicquàm. §. vbi decretum. de offic. proconſu. in 9. col. in fin. domi. Anto. in d. cap. examinata. de quo per domi. Anto. & Abb. in c. in literis. de reſtitu. ſpoliato. per Abba. in c. 1. de lit. conteſta. col. 11. Ioan. de Imo. in c. conquerente. in princip. de reſtitu. ſpoliato. Et ꝙ requiratur libellus, tenet glo. in l. meminerint. C. vnde vi. ſequitur Anto. de Barulo, & Bar. in l. ſi coloni. C. de agrico. & cenſi. lib. 11.

20 ¶ An autem † probationes factæ in iudicio ſummario probent in plenario: dic, ꝙ non. l. penult. vbi per glo. & Doct. maximè Bal. ff. de his, qui ſunt ſui. Bart. in l. 2. §. hoc interdicto. ff. vi bono. rapto. & in l. ſi quis à liberis. §. ſi vel parens. ff. de lib. agno. in l. 1. C. de ordi. cogni. Cyn. & Bal. in l. quo tempore. ff. de reſti. militum. Barto. in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verbo. obligat. ¶ Fallit primò, quando probatio in iudicio ſummario fuiſſet plenaria, & de ipſa plenè cognitum. nam tunc probat etiam in plenario, tex. eſt & glo. in c. veniens. de teſtib. vide tamen ad hanc li. quæ pulchrè no. domi. Alexan. in l. ſæpe. ff. de re iudica. col. 41. & Pau. de Caſt. in conſi. 5. Abb. Ioan. de Imo. poſt domi. Anto. in d. c. veniens. de teſtib. vbi etiam per Aretin. ¶ Secundò fallit, ſi in iudicio ſummario probatio reſultat ex confeſsis; quia tunc probat etiam in plenario. Ita ſingulariter Innocen. in c. 2. de ordin. cogni. circa fin. ſequitur domi. Anto. in c. dilectus. de capell. monacho. col. penult. & dom. Alexan. in conſi. 98. circa principium. incipiente. Ex his, quæ in themate. & hoc procedit in vera confeſsione: ſecus in ficta ſecundùm Bal. in c. cum dilectus. de ordin. cognitio. per l. 2. §. diui. de iure fi. facit quod no. Bal. in l. is apud quem. C. de eden. Idem tenet Abbas in c. per inquiſitionem.

colum.6.de electio.& Bar.in l.eius qui delatorem.ff.de iure fi. domi. meus Peruſinus in cap.cum ſpeciali. de appellatio.§.porrò. colum. 8. ¶ Secundò,qđ dixi probationem reſultantem ex confeſsis factam in ſummario probare in plenario,procedit in cõfeſsis domini: ſecus in confeſsis procuratoris.Ratio eſt;quia confeſsio procuratoris in vno iudicio non nocet domino in alio iudicio ſecundùm Innocen. Ioan. An. & Compoſto. in d.c.per inquiſitionem. Idem tenet Pet.de Ancha.in c.2.de confeſsis.lib.6.Abbas in c.j.vt lite non conteſt. col.15. & in d.c.per inquiſitionem.col.6. vbi adducit rationes ad hoc, & ibi idem tenet Ioan.de Imo.col.6.& præfatus domi.meus in d.§. porrò.

21 col.9. ¶ Et an ſentẽtia † in sũmario iudicio lata producat exceptionem rei iudicatæ in plenario.vide omnino Abba.in conſi.51.Et quid ſi in iudicio ſummario iudex dicat ſe adhibuiſſe plenam cauſæ cognitionem:an talis ſententia præiudicet in alia cauſa? vide q.formatam

22 infra in fine apparatus huius verbi,ſummariè. ¶ Item an † depoſitio teſtis in ſummario faciat fidem in plenario, quantùm ad hoc, vt probetur falſitas,& teſtis repellatur,& de falſo puniatur.glo.in c.veniens.2.de teſti. quam ibi ſequitur domi.Ant.tenet ꝙ ſic.quod eſt bene notandum. & vide Bar.in l.eos.ff.de fal.& omnino Aretin.in d.c. veniens.Cyn.in l.ſi quis decurio.C.de fal.domi.Anto. in c.ad audientiam.de præſcrip.Specu.& Ioan.And.tit. de teſte.§. nunc videndum. ver.1.& in verſi.Sed quid ſi vnus teſtis. Et aduerte,quia prædicta procedunt, vbi verbum,ſummariè apponitur toti cauſæ. Sed quid ſi adijciatur vni articulo cauſæ? concludit Bar.in d.verbo,ſummariè.quem

23 hic Doct.ſequuntur:ꝙ ſi cauſa principalis † eſt ſummaria,omnes articuli ſunt ſummarij ratione dicta ſupra in principio apparatus huius verbi,ſummariè. Vbi verò cauſa principalis eſt plenaria,maior eſt dubitatio, in qua Bart. & alij ſatis intricato ſtilo procedunt. Ego non ſequendo eorum ordinem,pro clariore extricatione facio duo membra principalia.Primũ eſt de articulis,ſeu exceptionibus emergentibus, quæ concernunt proceſſum. Secundum membrum eſt de articulis,ſeu exceptionibus emergentibus, & incidentibus peremptorijs.

24 ¶ Circa primum membrum diſtingue † tres eſſe ſpecies articulorum, ſeu exceptionum. ¶ Prima ſpecies continet articulos, in quibus ſiue quis vincat,ſiue vincatur,nõ per hoc perditur cauſa principalis. ¶ Secunda ſpecies continet articulos,in quibus ſi proponẽs vincat, non per hoc vincit cauſam principalem, ſed remanet in dubio:ſed ſi perdit in illis,perdit cauſam. ¶ Tertia ſpecies continet arti

culos, in quibus ſi proponens vinceret, totam cauſam vinceret: & ſi perdit, non propterea perdit cauſam principalem. ¶ Circa primam ſpeciem. ſ. articulorum, in quibus ſiue vincat, ſiue vincatur, non per hoc perditur cauſa principalis. dicas, quòd in his ſemper ſummariè eſt procedendum. exemplum habes in l. ſi quis libertatem. §. planè tantum. ff. de petitio. hæredita. in l. ſi defenſor. §. illud. ff. de interrog. actio. Et intellige in iſtis emergentibus agi ſummariè non reſpectu ordinis; quia etiam in illis ordo attenditur reſpectu cauſæ principalis. Sed dicitur agi ſummariè reſpectu probationis; quia cum agatur de modico præiudicio, ſufficit, quod oſtẽdatur iudici ſic eſſe prima facie, dictis legibus. ¶ Circa ſecundam ſpẽm. ſ. articulorum emergẽtium, in quibus ſi proponẽs vincat, per hoc non vincit cauſam principalem, ſed remanet in dubio: ſed ſi perdit in illis, perdit cauſam. Exẽplum. actor in prima dilatione nihil probauit, petit ſecundam: ſi obtinet, non vincit cauſam, ſed remanet in dubio probationis: ſi perdit, abſque dubio perdit cauſam. Conclude in iſtis quò ad probationes impedimenti faciendas ab eo, qui petit ſecundã dilationem, ſufficit ſummaria, & ſemiplena probatio: quod patet, quia poteſt probari p iuramentum. c. paſtoralis. de exceptionibus. l. ſcire oportet §. ſufficit. in fi. de excuſa. tuto. & ita determinat Papa, vt refert Specu. de appell. §. nunc breuiter. ver. Quid ergo. & tenet Guil. de Cun. in l. 2 §. ſi quis cautio. & eſt ratio, quia ex hoc. ſ. quod detur dilatio ſecunda, inſurgit modicum. Iaco. tamen de Are. dicebat in hoc debere cõſiderari qualitatem perſonæ. Vbi verò tractatur de probatione impedimenti ob aliũ effectum, Barto. vbi ſupra, non dicit poſſe probari per iuramẽtum. & quod iuramentum nõ ſufficiat, tenet hic Ioan. de Imo. colum. 44. de quo me remitto ad no. per do. meum Peruſinum poſt Abba. & alios Docto. in c. ex ratione. de appellat. col. 3. & ſequen. ¶ Aduerte tamen, quia prædicta procedunt, vbi agitur de probatione impedimenti ex parte petentis ſecundam dilationem: ſed ex parte reſiſtentis, & dicentis ſecundam dilationem non eſſe dandam (quia ex denegatione talis dilationis conſequitur magnum emolumentum, cum procedatur ſuper principali) requiritur plena cauſæ cognitio. l. à procedente. C. de dilatio. vbi tex. ſe fundat ſuper hac ratione, ſcilicet quòd denegata dilatio. proceditur ſuper principali. Et ideò, cum agitur quæſtio de danda, vel deneganda dilatione, adhibenda eſt plena cauſę cognitio: quia aliquo caſu (ſ. cum denegatur) requirit plenam cauſæ cognitionem. ideò in dubio dicetur plenaria, argum. l. ſufficit. ff. de condi. in-

debi.

debi. ¶Circa tertiam ſpeciem.ſ.articulorum, in quibus ſi proponēs vinceret,totam cauſam vinceret. & ſi perderet, non propterea perderet cauſam principalem. Exemplum de exceptione rei iudicatæ, iuſiurandi, & tranſactionis, quæ proponuntur ante litem conteſtatam ad impediendum proceſſum. nam ſi opponens vincat, vincit totum proceſſum.ſi perdit,non ex hoc perdit, nec aduerſarius vincit in principali:& tunc in hoc emergenti ex parte proponentis requiritur plena cauſæ cognitio,vt vincat:quæ tamen cognitio certo reſpectu poteſt dici ſummaria,ſ.propter breuitatem dilationis, ſeu cognitionis; quia ſi requireret altiorē indaginē,non impediret proceſſum, ſed fieret litis conteſtatio,& poſtea proponeretur in modum peremptoriæ. c. 1. & 2. de lit.conteſta.lib.6.l.nam & poſtea. in principio in tex.& glo.ff.de iureiuran.Ex quibus infert Barto.in d.verbo,ſummariè.& Ioan.de Imo.hic poſt alios col.45.ꝙ

25 † ſi opponens in illa exceptione ſuccumbat,nec plenè probet ante litem conteſta.poſito ꝙ ſuper hoc eſſent examinati,& publicati teſtes, iterum poſt litem conteſta.poterunt examinari ſuper eodem capitulo;quia prima examinatio ſummaria non impedit ſecundam plenariam. l.pen.ff.de his, qui ſunt ſui.l.à diuo Pio.§ ſi ſuper rebus.ff.de re iudica. ¶Item quia teſtes in prima inſtantia ſunt examinati ad finem impediendi proceſſum; in ſecunda examinantur ad alium finem, ſcilicet, vt diffinitiuè abſoluatur: ideò examinatio, & publicatio non nocet. l.argentarius.§.penul.ff.de eden. l.qui tabulas.§ fi.ff.de fur. nec poteſt dici eadem inſtantia;quia inſtantia incipit à litis conteſta.vt eſt de hoc caſus in c.veniens.de teſtibus. ¶Aduerte tu,quia licèt Doct.hic ſequātur Barto. in eo, quod dicit, ꝙ publicatio teſtium in iudicio ſummario non impedit productionem eorūdem ſuper eodem capitulo in iudicio plenario. tamen domi. Anto. & alij in c.fraternitatis. de teſtibus. intelligunt hoc verum, niſi in prima inſtantia ſummaria fuiſſet plenè cognitum. mouetur per vnum dictum Iaco.de But.in l.ab hoſtibus.§.ſed quod ſimpliciter.ff.ex quibus cau.maio.dicentis,ꝙ acta facta in ſummario,ſi de eis ſit plenè cognitum, probant in plenario. de quo dicto aliquid ſupra tetigi.& latè illum tangit domi. Alexan.in l.ſæpe.ff.de re iudica.col.41. Et quò ad dictum Barto.in d.ver.ſummariè, vide Aret.in d.c.fraternitatis. ¶Pondera tamen ſingulariter dictum Bar.in d.verbo, ſummariè,in eo,quod inquit, ꝙ id, quod eſt probatum ante litem conteſtatam, non dicitur probatum in eadem inſtantia.& ideò teſtes producti ante litem conteſt. poterunt iterum

produci

produci ſuper eiſdem, vel directò contrarijs capitulis poſt litem conteſta. nam profectò eſt notabile verbum, licèt pauci aduertant, & ſignent eius pulchritudinem: ſed omnes referendo eius verba reſident cum Barto. quod eſt notandum ad materiam. c. fraternitatis. de teſtibus. & l. per hanc. C. de tempo. appella. Auth. qui ſemel. cum ibi no. per Barto. C. de probatio. Et prædicta ſufficiant quò ad primũ membrum, continens articulos, ſeu exceptiones emergentes, reſpicientes proceſſum. ¶ Capio nunc ſecundum membrum, concernens exceptiones peremptorias. ad cuius intelligentiam diſtingue: ꝙ aliquæ ſunt exceptiones peremptoriæ emergentes, vel incidentes ante ſententiam: aliquæ poſt ſententiam incidunt. ¶ Circa primas dicas, ꝙ aliquæ

26 ſunt † peremptoriæ, quæ non poſſunt ſeparari à principali cauſa, ſicut quælibet exceptio intentionis. Exemplum. ſi dico teſtamentum nullum, vel ruptum agnatione poſthumi: vel ſi dicam, actori ius non competere (quia meus eſt ſeruus) in his, & ſimilibus incidentibus eſt plenè cognoſcendum. quia ſententia lata ſuper principali, parit exceptionem rei iudicatæ, quò ad iſtas incidentes. l. 1. C. de ordi. iudi. l. ſi inter te & me. ff. de excep. rei iudi. Et hoc verũ, vbi cauſa principalis requirit plenam cauſæ cognitionem. ſecus ſi ſummariam. l. penul. ff. de his, qui ſunt ſui. l. ſi quis à liberis. §. ſi vel parens. ff. de libe. agno. faciũt quæ dixi ſupra in apparatu huius verbi, ſummariè, in princi-

27 pio. Quædam ſunt peremptoriæ † incidentes, quæ poſſunt ſeparari à principali, vt regulariter eſt omnis exceptio, quæ vera eſt exceptio. ſ. actionis excluſio. nam vtrunque poteſt eſſe: & de vno poteſt agi, & aliud omitti, vt in pacto præſcriptionis &c. & harum triplex

28 eſt ſpecies. Quædã ſunt, quæ poſſunt principaliter in alio iudicio † intẽtari, vt exceptio pacti, & aliæ ſimiles, quæ veræ ſunt exceptiones: & de iſtis debet plenè cognoſci, cum ex vtraque parte pariant plenum præiudicium. ideò debent diſcuti. l. iudices. C. de iudi. c. iudicantem. 30. q. 5. Quædam ſunt, quæ per ſe poſſunt in alio iudicio agitari, non tamen ad eum finem, ad quem ſunt examinatæ in primo iudicio. Exẽplum in l. vendicantem. & l. ſequenti. ff. de euictio. & tunc debẽt plenè examinari eadem ratione. tamen ſi quis ſuccumbit in modum exceptionis, illa poterit deduci in iudicium per modum actionis. d. l. vendicantem. & no. in c. 1. de ordin. cogni. poſt Innocen. in c. cum eccleſia. de cauſa poſſeſsio. & plenius per Cyn. in l. peremptorias. C. ſenten. reſcin. non poſs. & no. in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verbor.

29 oblig. Quædam ſunt † exceptiones dilatoriæ, quæ poſſunt per ſe examinari

minari in alio iudicio per modum agendi ad eundem finem, vt exce
ptio compenſationis,quæ cum opponitur, tendit ad finem, vt mihi ſa
tisfiat,ad quem finem etiam tendit,cum ago. Et iſta, quia poteſt in
alio iudicio reparari,habet in ſe aliquid ſummariæ cognitionis; quia
ſi haberet altiorem indaginem, iudex non deberet eam admittere.l.
fi.C.de compē. Et ideò ſi opponatur exceptio debiti naturalis,quod
non poteſt deduci in aliud iudicium agendo deberet plenè examina-
ri,ſicut aliæ tales exceptiones. Si ergo diſputatur de tali compenſa-
tione ad effectum, vt opponens vincat, vel vt reprobetur compenſa-
tio, requiritur plena cauſæ cognitio; quia faceret plenum præiudi-
cium.l.ꝙ ſi in diem.§.ſi rationem.ff.de compenſatio.ff. de nego.geſt.
l.ſi autem.§.1.Si verò agitur de exceptione iſta non admittenda(nō
tamen reprobando eam) tunc cum non faciat præiudicium.§ ſi ra-
tionem.ſupra allega.non requiritur ita plena cauſæ cognitio. ¶Cir-
ca verò eas exceptiones † peremptorias, quæ incidunt poſt ſenten-
30 tiam: conclude, ꝙ aut tales exceptiones incidentes poſt ſententiam
reſpiciunt merita cauſæ, vt in exceptionibus, de quibus in l. 1. C.de
iur.& fact.ignor. & in iſtis idem per omnia dicendum, quod dictum
eſt de his,quæ emergunt ante ſententiam.Aut concernunt executio-
nem; vt quia dicitur executionem fieri non debere;quia ſententia nul
la, vel lata reſpectu falſorum inſtrumentorum: & iſtæ requirunt ſum-
mariam cognitionem quò ad breuitatem dilationis; quia ſi requirit
altiorem indaginem,non impeditur:ſed reſeruatur exceptio, præſti-
ta cautione de reddendo,quod excipit,l.2.de fal.l.fi.C.de ordi.cogn.
Auth.quæ ſupplicatio.C.de preci.Impera.offeren. c.ſciſcitata. de re-
ſtitutio.in integ.Sed ſi probationes eſſent in promptu : tunc impedi-
tur executio, & probationes deberent eſſe plenæ.l.fin.C.ſi ex fal. in-
ſtrum.ibi [manifeſtis probatur.] Et idem dicas in exceptione illa,ꝙ
executio fieri non debet in totum, ſed ſolùm inquantum conuentus
facere poteſt.ff.ſoluto matrimo.l.ex diuerſo.§ fi.& ita tranſit Barto.
in d.verbo ſummariè.quem hic ſequitur Pet.de Anchar.Ioan.de Li-
gna.& Ioan.de Imo. ¶Sed tu de iſta exceptione, ne conueniatur vl-
traquàm facere poſsit, vide notata in d.l.ex diuerſo.§.fin. & in l.Ne-
ſennius.ff.de re iudica.Pau.de Caſt.in conſi.141. Aretin.in § appel-
lantur.Inſtitu. de exceptio. colum.9.domi.Anton.de Cenario in tra-
ctatu executionis inſtrumentorum.in q.48. Aut exceptiones non op
ponuntur ſimpliciter contra executionē,ſed circa rē,in qua fit execu
tio: & iſtæ exceptiones requirunt ſummariam cognitionem, & quò

ad bre-

ad breuitatem temporis, & quò ad ſemiplenam probationem. ff. de re iudi. l. à diuo Pio. §. ſi ſuper. & hoc quia non agitur de magno præiudicio: quoniam ſi executio non fiet in illa, fiet in alia. Item quia de re illa poterit cognoſci in iudicio ordinario. ¶ Vltimò quæritur. quid:
31 ſi in cauſa, & ſummario iudicio † iudex in ſententia dixerit ſe adhibuiſſe plenam cauſæ cognitionem: an talis ſententia faciat præiudicium in alia cauſa? Bart. in d. verbo, ſummariè. quem hic ſequuntur Pet. de Anch. Io. de Ligna. & Io. de Imo. tenent, ꝙ non: quia intelligitur adhibuiſſe plenam, ſecundùm quod natura cauſæ requirit. facit c. ad noſtram. il. 3. de iureiur. l. ſi vno. in prin. ff. loca. l. ſi ſtipulatus. ff. de vſuris. l. damni quidam. ff. de dam. infec. Ego allego ad hoc tex. in c. indemnitatibus. §. ſi verò. ibi [plenè ſine ſtrepitu] de elec. in 6. Et facit ratio: quia cognoſcere non ſolum ſtat in iudice, ſed & in parte, quæ fortè non curat probationem producere ideò, quia ſcit cauſam reparari in alio iudicio: quod maximè procedit, ſi pars contra dixit huic ſententiæ, vt hac Clem. in fin. quæ tamen re vera loquitur in caſu, quo paratur magnum præiudicium, quomodocunq; agatur. ¶ Sed quid
32 econtra ſi iudex † in plenario iudicio dicat ſe adhibuiſſe ſummariam cauſæ cognitionem? dic, ꝙ non valet ſententia: quia cognitio eſt de ſubſtantialibus, l. ſi ex ſtipulatione. C. de ſenten. & interlocu. om. iudi. canonizata. 2. q. 6. Quod intellige, & amplia verum eſſe, & procedere, etiam ſi partibus volentibus iudex ſic proceſſerit ſummariè, vt per glo. fin. ſupra e. Clemen. vbi de hoc dixi, & limitaui. ibi vide. ¶ Poſtremò quæro, an cauſæ ſummariæ habeant inſtantiam? vide quæ latè dicam infra in fin. apparatus verborum, ſine figura iudicij.

Circa ſecundam quæſtionem Principalem, ſcilicet quæ ſit expoſitio verbi, ſimpliciter: dic, vt dixi ſupra in prin. huius Clem. ſuper glo. in verbo, ſimpliciter, & de multiplici ſimplicitate. Item quot modis in iure exponatur hoc verbum, ſimpliciter, dixi ſupra in principio Clem. apoſtillando tex. in verbo, ſimpliciter. dic, vt ibi. & ſuper glo. præallegata in verbo, ſimpliciter, ſcripſi.

SVMMAE.

1 *Verbi, de plano, ſignificatio. Et quot modis accipiatur hic terminus, de plano.*

2 *Cauſæ, quæ ſunt tractandæ de plano.*

Verbum,

3 *Verbum, de plano, importat; quòd iudice non ſedente pro tribunali (& ſic in loco alto) actus iudiciales exequantur, & quòd etiam ſtilus altus iudiciorum non ſit ſeruandus.*

4 *Cauſæ grauioris ponderis reg. plenam cauſæ cognitionem requirunt. fallit in quibuſdam caſibus, qui licèt de plano agitentur, in iis tamen non intelligitur excluſus ordo iudiciarius, & ratio.*

5 *Actus iudiciales nullius exiſtentes præiudicij, qui ſolam requirunt iudicis præſentiam (vt producere libellum, interponere appellationem, & ſimiles) poterunt ſemper fieri de plano. i. iudice non ſedente pro tribunali, & die feriata ob neceſſitatem hominum.*

6 *Acta, quæ ſunt à iudice, ex quibus nõ expectatur ſentẽtia, ſed aliquod tantũ ipſius decretũ, nẽpè in his, quæ volũtariæ ſunt iuriſdictionis, & partiũ tantummodo requiritur voluntas, poſſunt de plano cognoſci, iudice non ſedente.*

7 *Acta, quæ requirunt leuem, vel ſummariam cauſæ cognitionem, de plano poſſunt expediri, ſecus ſi plenariæ ſint cognitionis. vt quando datur tutor ex inquiſitione, vel conceditur bono. poſſ. tribuens ius.*

8 *Relatio nuncij, an poſſit fieri de plano iudice non ſedente, & an die feriata.*

9 *Relatio nuncij, an poſſit in abſentia partium fieri.*

10 *Commiſſio de citando, an poſſit die feriato fieri in neceſſitatẽ hominum. Et an parte abſente, ibid. nu. 11.*

12 *Actus habentis terminum ad producendum poteſt expediri de plano, & iudice non ſedente, ſecus in termino ad probandum, vt nu. 5. Et an tali productioni ſit citanda pars ibid. nu. 13.*

14 *Parti non ſufficit producere inſtrumentum ad effectum probationis, niſi parti detur copia cum termino ad opponendum.*

15 *Impeditur quid facilius ab initio fieri, quàm factum tollatur.*

16 *Cauſæ, quæ verſantur ſuper actu emergente, ac poſt litem conteſta. celebrato, apud acta debent ſimpliciter, & de plano tractari. & ratio.*

17 *Patris conſenſus requiritur in cauſis, quæ ſunt de plano per filiumfam. in iudicio tractandæ, idque cum talis conſenſus ſubſtantialitatem potius iudicij reſpiciat, quàm ſolemnitatem.*

Circa tertiam quæſtionem prin-

1 cipalem. ſ. quæ ſit ſignificatio verbi, de plano † dic, vt dixi ſupra, apoſtillando tex. in princip. huius Clemen. Sed quò ad propoſitum infra dicendorum præmitto, ꝙ planum eſt oppoſitum de alto. altum verò

dicitur

dicitur, vel ratione loci, vel ratione ſtili: hinc dicimus quem vti alto
ſtilo. Item de plano fieri, eſt oppoſitum eius, quod fit velociter, & ex
2 abrupto. ¶ Hoc præmiſſo, ſi quæratur, quæ cauſæ † ſint de plano tra
ctandæ. conclude poſt Barto. in Extrauagan. ad reprimen. in verbo,
de plano. quem hic formaliter ſequuntur Petr. de Anchara. Ioan. de
Imo. colum. 48. poſt Ioan. de Ligna. ꝙ ſi cauſa eſt vilis (puta quia vi-
lium perſonarum, vel de re vili, vel vili materia) debet tractari de pla
no, Auth. niſi breuiores. C. de ſenten. ex pericu. reci. l. nec quicquam.
§. de plano. ff. de officio procon. l. leuia. ff. de accuſatio. Et hoc ca-
3 ſu verbum, de plano, † importat; ꝙ iudice non ſedente pro tribunali,
& ſic in loco alto. Item, ꝙ non ſeruetur altus ſtilus iudiciorum, ſed ſi-
ne libello, & alijs ſolemnitatibus cognoſcitur veritas. d. §. de plano.
per glo. & Guiliel. in d. l. leuia. facit ad hoc, quod dixit glo. in verbo,
ſtans. & in verbo, in ſcriptis. in §. & quia. ſupra eadem Clementi. quæ
verò dicatur cauſa vilis, ſeu breuis. dixi ſupra in prin. Clementi. ſuper
4 glo. in ver. neceſſario. Vbi verò cauſa eſt grauioris † ponderis, regu-
lariter eſt plenè, cauſa cognita, & ſolemniter agitanda. l. iudices. C. de
iudi. c. iudicantem. 30. q. 5. ¶ Fallit in quibuſdam caſibus, qui agitan-
tur de plano, de quibus in l. vnius § fin. ff. de quæſtio. in cap. nouit. de
iudic. in cap. olim. de accuſatio. & ibi per Innocen. in quibus non in-
telligitur excluſus ordo iudiciorum. ratio eſt; quia in cauſis magnis
proceditur repente, & ſine ſolemnitate; quia eſt ſtilus nimis altus,
& ſolum Principes, & Reges hoc faciunt. Sed procedi ordina-
riè dicitur. & eſt in illis procedere de plano, id eſt non nimis ve-
lociter, nec alto ſtilo. Ex quo infertur, quòd ex diuerſitate cau-
ſarum ſtilus dicitur diuerſimodè altus. Putat tamen Bartolus, vbi
ſupra, quem hic ſequuntur præallegati Doc. ꝙ non erit in his neceſſe
ſemper iudicem ſedere pro tribunali, ſed in camera poterunt actus
fieri. Addit Io. de Imo. hic, & tempore feriato, per ea, quæ dixit glo. in
ver. feriatum, ſupra in princi. Clemen. Item poterit facere ea, quæ poſ
ſet per verbum, ſine ſtrepitu. de quo verbo ſtatim dicam. Et proce-
dunt prædicta, vbi quæritur, an tota cauſa ſit de plano agitanda.
¶ Sed ſi quæratur, an aliquis articulus cauſæ, quæ ſit tractanda, & exa
minanda ordinariè, poſſit agitari de plano. Cōcludit, vbi ſupra, Bar,
5 & dicti Doc. hic ſequuntur: ꝙ quædam † quis facit in iudicio coram
iudice ſolùm adhibendo præſentiam ſuam; vt producere libellum co-
ram iudice: & iſtud ſemper poterit fieri de plano. i. iudice non ſeden-
te pro tribunali, & die feriata ob neceſsitatem hominum. l. miles. §. ſe
xaginta.

xaginta. ff. de adul. ¶ Idem dicendum in appellatione, quæ coram
iudice interponitur. C. de ferijs. l. 3. Ex quo infert Bart. vbi ſupra, &
prædicti Doc. hic ſequuntur; ꝙ relationes nunciorum, quæ fiunt à iu-
dice, poſſunt fieri de plano. ¶ Idem eſt in habente terminum ad pro
ducendum aliquid coram iudice. nam de plano poterit hoc fieri, per
dictas. ll. Et hoc verum, ſi habet terminum ad producendum. ſecus ſi
ad probandum: quia tunc non ſufficeret exhibere coram iudice: quia
ex tali ſola exhibitione non fit probatio, niſi copia detur parti, & ter-
minus ad opponendum: & ſic, ſi quod productum eſt, approbabitur,
vel improbabitur, dabitur ei, vel non dabitur fides. l. fi. C. de fide in-
ſtru. ¶ Quidam verò ſunt articuli, ſeu quædam acta, in quibus opor
tet iudicem aliquid facere: & tunc ſi eſt modici præiudicij, ita ꝙ ſum
mariam cognitionem requirat ſecundùm ꝙ dicitur in l. ſi fideiuſſor.
§. illud. ff. de interro. ac. & ſupra plenè dictum eſt in apparatu verbi,
ſummariè. tunc poterit de plano examinari. i. iudice non ſedente pro
tribunali, & die feriata ob neceſsitatē hoīum. l. voluit. §. fin. ff. de in-
terro. ac. Si verò illud poteſt eſſe aliqua ex parte magni præiudicij, nō
debet agitari de plano, ſed cauſa plenè cognita, & iudice ſedente. l. à
procedente. C. de dilatio. Prædicta loquuntur in caſibus, in quibus
6 venit ferenda ſententia diffinitiua. ¶ Quid aūt de his † actis, quæ fiūt
à iudice, ex quibus non ſperatur ſententia, ſed aliquod decretum
iudicis: dic ꝙ ſi tale decretum interponitur in his, quæ ſunt merè vo-
luntariæ iuriſdictionis, & nulla cauſa requiritur, niſi partium volun-
tas; Iſtud de plano cognoſcitur. i. iudice non ſedente. Inſti. de liberti.
§. ſerui. ff. de manu. vindi. l. non eſt omnino. Vbi verò acta, quæ agi-
7 tantur, requirunt † cauſæ cognitionem: tunc, ſi talis cauſæ cognitio
eſt leuis, vel ſummaria (vt in tutore, & curatore, qui dātur ſine inquiſi
tione:) & talia ſimiliter poſſunt agitari de plano. l. q habet. §. quolibet
loco. ff. de tutel. Idem in bonorum poſſeſsione; quia non tribuit ius. l.
2. §. dies. ff. quis ordo in bo. poſs. ſeruetur. Si verò cauſæ cognitio de-
bet eſſe plena, & vera (vt quando datur tutor ex inquiſitione: vel con
ceditur bonorum poſs. tribuens ius:) tunc non poſſunt fieri de plano;
ſed iudice ſedente. ff. de confirma. tuto. l. naturali. §. fi. d. l. 2. §. dies. l. 3.
§. ſi cauſa cognita. ff. de bo. poſs. Aduertendum tamen eſt, ꝙ licèt his
caſibus requiratur plena probatio: cauſa tamen non dicitur ordina-
ria: immo nec fit probatio in forma iudicij, ſed nulla parte citata. d.
§. ſi cauſa cognita. & iſto reſpectu poteſt dici non plena, ſecundùm di
cta ſupra in apparatu verbi, ſummariè. ex quibus patet, ꝙ leges, & iu

ra, quæ dicunt, cauſam debere de plano agitari, longè differũt ab his, quæ dicunt cauſam debere ſummariè agitari. Ex quibus infertur non debuiſſe Dy. ex dicta l. 1. §. dies. & d. §. ſi cauſa cognita. ſumere regulas in materia ſummariæ cognitionis, de quo dic, vt tradidi ſupra in apparatu verbi, ſummariè. Supradicta de verbo, de plano, ſumpta fuere a doctrina Bart. in d. Extrauag. in verbo, de plano. quem hic ſequuntur Pet. de Anch. Io. de Lign. & Io. de Imo. quæ bene notabis. ¶ Tu adde, inquantum Bart. ſupra tetigit relationem nunciorũ
8 poſſe † fieri de plano. i. iudice non ſedente, idem tenere Rom. in conſ. 517. incip. Diligenter perſcrutatis ſingulis. vbi alleg. idem tenere Bart. in l. ſi finita. §. Iulianus. in 4. col. de dam. infec. in l. Theopompus. ff. de do. prælega. Item inquantum dixit Bart. relationem poſſe fieri die feriata ob neceſsitates hominum; Adde idem tenere Bald. in l. ſi feriatis. ff. de ferijs. Sed idem Bald. in c. fin. de ferijs. & in l. in minorum. C. in quibus cau. in integ. reſtitu. tenet contrarium; quia ex quò relatio nuncij eſt quoddam teſtimonium ipſius nuncij. c. cum parati. de appellatio. debet fieri in iudicio. Et hanc partem ſequitur Ange. in l. fin. C. de ferijs. dicens, quod licèt actus citationis, qui fit per nuncium (quia eſt extraiudicialis) poſsit fieri die feriata: tamen relatio nuncij non poteſt; quia eſt actus iudicialis, & fit in iudicio. Sed aduerte, quia Ange. loquitur de die feriata in honorem Dei. Mihi magis placet prima opinio, quam reperio tenere dominum Lãfranc. in repetitio. cap. quoniam contra falſam. in ver. citationes. in fin. de probatio. Et pro confirmatione adduco doctrinam Barto. in d. verbo, de plano. ſupra relatam. dum voluit illa acta, in quibus non oportet iudicem aliquid facere, poſſe fieri de plano, iudice non ſedente, & die feriato ob neceſsitatem hominum. Sed relatio nuncij eſt huiuſmodi; quia ſolam præſentiam iudicis expoſcit: igitur &c. ex quo tollitur non obſcurè, quòd dicatur teſtimonium quoddam. ¶ Secundò facit, quia relatio nuncij poteſt fieri notario iudicis in abſentia iudicis ſecundùm Bald. in l. præcipimus. poſt medium. C. de appel. quia non requirit cauſæ cognitionem, ſed eſt quoddam referre. argu. illius tex. Idem voluit Ang. in l. cum ſcimus. C. de agri. & cenſi. li. 11. & alleg. Bar. in d. §. Iulianus. colum. 4. ver. Iuxta prædicta quæro. hoc tamen vltimum, quod dictum eſt de notario, non firmo pro nũc: quia Ange. in d. §. Iulianus. tenuit contrarium. & Bal. in Auth. quæ ſupplicatio. C. de preci. Impe. offe. ſentit Bal. in d. l. in minorum. & facit ratio, quia notarius cauſæ non põt expedire acta cauſæ in abſentiam iudicis;

dicis, vt dicit glo.in l.iubemus. C.de lib. cauſa & hanc partem vide-
tur ſequi dom. meus Peruſinus in d.c.cum parati. ¶ An autem rela-
9 tio † nuncij poſsit fieri in abſentia partium? Bal.in d.l.in minorum.te
net ꝗ ſic. ſequitur Roma. in d.conſ.497. bene facit quod dictum eſt
ſupra ſecundùm Bart. de actu requirente ſolam præſentiam iudicis.
10 ¶ Item an † commiſsio de citando poſsit fieri die feriato ob neceſsi-
tatem hominum? Bar.in l.1.§.nunciatio.col.4. ver. Quærit hic Iaco.
de Are.tenet ꝗ ſic.& facit ratio: quia licèt talis commiſsio de citando
dicatur interlocutoria. p gl.in l.cum clericis.C. de epi.& cler. & no.in
d.c.cum parati. quia tamen non exigit cauſæ cognitionem, nec eſt ma
gni præiudicij, valebit facta die feriato. d.l. 2.§. dies. ff. quis ordo in
bono. poſs.ſerue. Et licèt Bald.in l.fi.C. de ferijs. teneat contrarium:
tamen opi.Bart. magis placet dom.Lãfran.in repe.c.quoniam contra
falſam. in ver.citationes. in fin.de probationibus. Mihi etiam placet
ratio prædicta, & pro ea facit quod dictum eſt ſupra de his actis, in
quibus oportet iudicẽ aliquid facere, q͂a ſunt modici præiudicij. ¶ An
11 autem commiſsio de citando † poſsit fieri parte abſente? Bart. in l.
ait prætor.§ ſi debitorem.ff.de his, quæ in frau.cre.circa fin. tenet, ꝗ
ſic, per l.ſed ſi interpellatur.§.1.& l.diem proferre.in prin.ff. de arbi.
Idem voluit Bart.in d.l.ſi finita.§.Iul. col.4.ver. Circa prædicta. Item
talis commiſsio de citando poteſt fieri à iudice non ſedente, vt inquit
Bart.in ſuo conſ.164. quod incipit. Proceſſus. & in d.§. Iulianus. Et
ad vtrumq; dictum facit quod dixi ſupra de actis requirẽtibus factũ
iudicis, quæ ſunt modici præiudicij facit quod not.Bald.in l.nec quic
quam §.vbi decretum.colum.6.vér.Sed tu dic.ff.de offi.procon. ¶ Itẽ
12 inquantum ſupra dictum eſt, aliud eſſe in habente terminum † ad pro
ducendum; aliud in habente terminum ad probandum, adde, quòd
hanc doctrinam Bart.ſequitur Roma.in l.qui ante kalendas.ff.de ver.
obli.Are. Inſti.de exce.in §.appellantur.in fi.& Rom.in conſ.156.in-
cip.Honorandi domini collateralis. & in conſ. 222. quod incipit. In
caſu propoſitæ conſultationis. & in conſ. 519. incip. In caſu propoſi-
tæ quæſtionis. vbi ampliat idem dicendum non ſolum in cauſis ordi-
narijs: ſed etiam in illis, quæ ſine figura, & ſola facti veritate inſpecta,
cognoſcuntur. quod eſt ſingulariter notandum. ¶ An autem in tali
13 † productione pars ſit citanda, vel valeat facta parte abſente? conclu
de, ꝗ quò ad ſimplicem productionem, quæ fit iudici, valet parte ab-
ſente, & non citata. argu.l. miles.§. ſexaginta. ff. de adul.ſecundùm
Bald.in l. ſi quando.in fin. q C.de teſt.& in l.fin.C.qui admi.facit do-

ctrina Bart. ſupra allegata pluries in d. verbo. de plano. ¶ Quantùm
14 verò ad effectum † probationis, parti non ſufficit producere, niſi parti detur etiam copia cum termino ad opponendum, iuxta theoricam prædictam per l. fin. C. de fi. inſtru. vbi eſt expreſſum, ꝙ fides probationis iam impoſita per iudicem inſtrumento, quod iam erat productum, euacuatur, ſi poſtea parti volenti aduerſus illud opponere exceptionem præiudicialem, eius copia denegetur. quod intelligit Roma. in præallegato conſ. 519. locum habere, non ſolum quando denegatur copia inſtrumenti producti, parte abſente, ſed etiam quando pars præſens productioni fuit, & illi petenti denegatur copia. Mouetur primò, quia paria ſunt, partem abſentem tempore productionis fuiſſe, vel præſentem, & ei denegari copiam, & terminum ad contradicendum. Sed inſtrumentorum productio facta abſente parte, illi non præiudicat. tex. eſt in c. certe. 3. q. 9. quem ponderat Bal. in d. l. ſi quando. & in d. l. fi. ergo idem dicendũ, quando parti præſenti, petenti copiam, & terminum ad contradicendum, & opponendum, de-
15 negatur. ¶ Secundò quid facilius impeditur ab initio † fieri, quàm factum tollatur. l. patre furioſo. ff. de his, qui ſunt ſui. c. quemadmodũ. de iureiur. l. furor. ff. de ſpon. ſed productio iam facta abſente parte euacuatur, ſi denegetur eius copia, & terminus ad opponendum, l. fi. de fide inſtru. & ſupra dixi. Igitur multò magis ab initio inſtrumentũ dicetur vires non habere, cum eius copia, & facultas contradicendi denegatur. quæ omnia tene menti, quia ſunt quotidiana, & vtilia. ¶ Ex quibus colligere poſſes intelligentiam illius paſſus: an in productione inſtrumentorum pars ſit citanda: quia quò ad validitatem ſimplicis productionis non eſt neceſſaria per ſupradicta: quò verò ad effectum probationis præiudicialis parti, debet citari. Et ita intelligatur tex. quem ibi ponderat Bald. in l. iudices. C. de fin. inſtru. & in l. ſi quando. in fin. C. de teſti. & Bart. in l. qui ante kalendas. ff. de ver. ob. & tex. quem ibi ad hoc ponderat Ang. in l. properandum. §. ſi autem reus. C. de iudi. Ibi [Dei præſentia] iuncto verbo, terribiles proponuntur ſcripturæ. Sed hoc limita verum, niſi producatur vltimo die termini aſsignati ad producendum ſcripturas: quia ex quo fuit data dilatio vſq; ad illam diem, videntur ab initio partes citatæ: vt illa die compareant ad videndum productionẽ ſcripturarum. iſta eſt ſingularis practica Bart. in l. item illa. circa principium. ff. de cõſtitu. pecu. Idem ſi ab initio eſſet intimatum partibus, ꝙ compareant ſingulis diebus, & horis ſecundùm Bal. in d. l. ſi quando. col. 5. vbi dicit hanc

cautelam fore bene notandam. & ita ſequitur dom. Anto. de Alexan
16 dro in d.§.ſi autem reus.& vide no.in d.l.qui ante kalendas. ¶Vnũ tamen velim habeas ante oculos ſemper, ꝙ † cauſæ,quæ aguntur ſuper actu emergente, & celebrato poſt litem conteſtatam,apud acta debent ſimpliciter,& de plano tractari. & eſt ratio clara: quia talia emergentia expediuntur officio iudicis; ideo conteſtationem non requirunt, ſed de plano ſunt expedienda. glo. eſt notanda in Auth. de trien. & ſemiſ. colla.3. in.§.penul.quã ibi ſequitur Ange. ¶Aduerte etiam, ꝙ in cauſis,quæ de plano ſunt tractandæ per filium fami.patris conſenſus requiritur: quia talis conſenſus potius reſpicit ſubſtantialitatem, quàm ſolemnitatem iudicij, verba ſunt pulchra Bal.in l. nec quicquam.§. de plano.in fi.ff.de offi.proconſu.& legati.vbi rationem aſsignat, vt ibi per eum. quod no.pro limitatione l.non ſolum.§.neceſsitatem.C.de bo.quæ libe.Ipſe tamen Bal.in l.3.§.ſed vtrum.ff. de mino.arguit,& ſentit oppoſitum,ſed non bene ſe firmat.Tu adde quæ dicam infra in apparatu verborum, ſine figura iudicij.3.q.2.

Circa quartam principalem Quæſtionem,ſcilicet quæ ſit ſignificatio verbi, ſine ſtrepitu. dixi ſupra in prin. apoſtillando tex. & quæ ibi dixi, hic pro repetitis poſſunt haberi.

SVMMAE.

1 *Verbum, ſine figura, de per ſe ſumptum,an idem importet,ac operetur, quod ſimul operantur omnia iſta verba, ſummariè, ſimpliciter,de plano, ſine ſtrepitu atq; figura iudicij. remiſſiuè.*

2 *Partis citatio an requiratur, vbi cauſa tractatur ſine figura iudicij.*

3 *Citatio vnica an ſufficiat in cauſis ſummarijs, remiſſiuè.*

4 *Legitimatio perſonæ an requiratur in iudicio, in quo proceditur ſine figura iudicij.*

5 *Conſenſus patris in agitando iudicio ſine figura iudicij an ſit neceſſarius, quia legitimet per ipſum perſonam filij.*

6 *Legitimatio perſonæ fundata ſuper iuris ciuilis ſolemnitate in iudicio ſummario,& ſine figura iudicij agitato, an ſit neceſſaria.*

Patris conſenſus ſemper eſt neceſſarius in quocunq; iudicio, in quo per filium tractaretur de ipſius patris intereſſe.

8 *Libellus ſiue petitio an requiratur in iudicio ſine figura iudicij agitato. Et ſi requiratur, qualis eſſe debeat.*

9 *Narratio ſola facti attendi debet, & non apta concluſio, in iudicijs agitandis ſine figura iudicij, in quibus ſufficit qualis qualis, etiam inordinata, & inepta petitio. quæ tamen non debet adeò eſſe inepta, ꝙ reo tollatur defenſio. ibid. num.* 10.

11 *Cautela producentis libellum ſolemnem in cauſis ſummarijs, & quæ ſine figura iudicij tractantur, quæ ſit, ne videatur renunciare ſummario iudicio, & ſine figura iudicij agitato.*

12 *Libellus licèt non requiratur in iudicio ſummario, & ſine figura iudicij, tamen ipſa cauſa, ſiue petitio, quæcunq; ſit, eſt antè citationem iudici exponenda.*

13 *Exceptio rei iudicatæ, vel litis finitæ, de qua in cap. 1. de lit. conteſt. lib. 6. an poſſit opponi in iudicio, ſine figura agitando, ad impediendum proceſſum.*

14 *Die feriato ob neceſſitatem hominum procedi poteſt in cauſis ſine figura iudicij tractandis.*

15 *Iuratur de calumnia in cauſis ſine figura iudicij pertractandis, & hoc ne veritas occultetur, quæ eſt diuini iuris.*

16 *Proceſſus factus, non iurato de calumnia, vbi pars iurari non petierit, eſt ipſo iure nullus, etiam in cauſis ſummarijs. Secus vbi pars peteret, quia tale iuramentum poteſt omitti, ſed non remitti.*

17 *Litis conteſtatio an requiratur in cauſis ſine figura iudicij terminandis.*

18 *Dilationes in iudicio ſine figura dari debent. & hoc, ne nimis arctando iudicium, actori ius ſuum auferatur, & reo ſua etiam defenſio denegetur, quæ eſt iuris naturalis.*

Et an ita de iure cõmuni, & naturali, ſicut in terminis Clem. ſæpè. de verb. ſig. ſit eadem ſeruanda forma dandæ dilationis ad eum finem, de quo in dicta Clemen.

19 *Teſtes in iudicio ſine figura an iurare debeant. Et an in cauſa ſummaria citari debeant, ibid. num.* 20.

21 *Dicta teſtium in iudicio ſummario, & ſine figura debent eſſe concludentia, ſicuti in cauſis plenarijs.*

22 *Teſtes an ſint in cauſis agitandis ſine figura ſecretò examinandi.*

23 *Teſtium publicatio an debeat fieri in iudicio ſine figura iudicij agitato.*

Et an eius omiſſio parte petente vitiet proceſſum, ibid. num. 24. *& ſit ſpecies defenſionis. ibid.*

25 *Omiſſio publicationis atteſtationum, an reddat ſententiam retro latam ipſo iure nullam.*

26 *Teſtes an recipi, ſeu produci poſſint in iudicio ſine figura poſt didicita teſtificata.*

Reus

27 *Reus an teneatur in iudicio ſine figura edere actori inſtrumẽta agenti, & petẽti.*
28 *Concluſio in cauſa an requiratur in iudicijs ſine figura iudicij agitandis.*
29 *Citatio ad ſententiam an ſit neceſſaria in iudicio ſine figura.*
30 *Sententia ferenda an ſit à iudice ſedente pro tribunali in iudicio ſine figura. Et an in ſcriptis proferenda, ibid. num. 31.*
32 *Sententia, quæ eſt ferenda in perſonam procuratoris, qui lit. eſt conteſtatus, & non in perſonam domini, an vendicet ſibi locum etiam in iudicio agitato ſine figura iudicij.*
33 *Sententia, quæ non valet in iudicio plenario lata pro abſente non citato. an procedat etiam, vbi ſine figura iudicium agitatur.*
34 *L. 1. de execu. rei iudi. quæ diſponit non eſſe incipiendum ab executione, ſed à condemnatione, an iſtud procedat, vbi iudicium ſine figura agitatur. in quo tamen caſu cognitio cauſæ præcedere debet.*
35 *Cauſa, quæ agitatur ſine figura iudicij, an habeat inſtantiam triennij, de qua in l. properandum. in prin. C. de Iud. cum vera lit. conteſt. in ea non fiat, à qua inſtantia ſumit exordium.*
36 *Cauſa quando cõmittitur cognoſcenda ſine figura iudicij, redigitur ad terminos, & ſolemnitatem iuriſgentium. quo iure inſtantia triennij non erat cognita.*
37 *L. properandum. C. de Iud. tanquam exorbitans à iure antiquo, quo cauſæ non erant inſtantiæ triennij ſubiectæ, ſtrictè debet intelligi quò ad illas tantùm cauſas, in quibus ordo iudicij ſeruatur.*
38 *Inſtantia triennij non vendicat ſibi locum in cauſis, quæ litis conteſtationem non exigunt; cuiuſmodi ſunt cauſæ, in quibus proceditur ſine figura iudicij.*
39 *Executiones inſtrumentorum, & ſententiarum cum fiant abſq; lit. conteſta. nulli ſubiacent inſtantiæ.*
40 *Iniquum eſt præſidium, quod capitur ex curſu temporis.*
41 *Ratio legis quando eſt generalior dicto, licitum eſt arguere à ratione, non obſtante ſpecialitate dicti.*
42 *Extenſio de caſu ad caſum fit nedum in fauorabilibus, ſed etiam in pœnalibus ratione publicæ vtilitatis conſeruandæ.*
43 *Poſſe procedere ſine figura iudicij, & habere arbitrium in procedendo, paria ſunt.*
44 *Ius dicens habens plenum arbitrium circa proceſſum, & cognitio. facultatem non habet prorogandi terminum.*
45 *Conteſtatio vera litis licèt non fiat in cauſis agitatis ſine figura iudicij, ficta tamen & tacita in eis fit conteſt. eo ipſo, & eo die, quo de meritis ipſius cauſæ incipit tractari, ita q; ſit in eis locus inſtantiæ triennij.*

Circa quintam principalem Queſtionem, ſcilicet quæ ſit ſignificatio horum verborum, ſine figura iudicij, dixi ſupra in prin. Clemen. apoſtillando tex. quæ hic potes repetere. Item an
1 † verbum, ſine figura, de per ſe operetur idem, quod operantur ſimul omnia iſta verba, ſummariè, ſimpliciter, de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij. vide quæ dixi ſupra in prin. Clem. ſuper glo. in verbo, ſine figura, ad quæ me remitto. Verùm ad maiorem claritatem quærendum eſt, quid operentur dicta verba, ſine figura iudicij, in ſingulis àctis iudicij. ¶ Et quia iudiciũ incipit à citatione. Inſti. de pœ. te. lit. in fin. Quæritur primò, an vbi cauſa tractatur ſine figura iudicij, re-
2 quiratur † partis citatio. Bart. in d. Extrauagan. in verbo, ſine figura iudicij. quem hic ſequuntur Pet. de Anch. Io. de Ligna. & Io. de Imo. col. 35. concludit, ꝙ ſic. Primò per tex. in d. Extrauag. ad reprimen. Henrici Imperatoris. Secundò per tex. in hac Clem. §. non ſic tamen. Tertiò quia & Deus primum parentem citauit, dum dixit. Adam vbi es? Quartò per tex. in Clemen. paſtoralis. de re iudi. vbi caſſatur ſententia Imperatoris propter citationem non factam legitimè. & facit ratio; quia citatio eſt de iure naturali, & defenſio, quæ non eſt deneganda. d. Clemen. paſtoralis. l. vt vim ff. de iuſti. & iur. Tu adde bene facere glo. in l. fi. C. de legib. innuentem non valere ſententiam Imperatoris ſine citatione. de quo tamen, & quomodo intelligi debeat, ꝙ citatio ſit defenſio, latè dixi ſupra eadem Clemen. §. & quia. ſuper glo. in verbo peremptoriè. ver. Supradictis applicari poteſt quæſtio. ibi reperies plura elegantia verba, & dicta in materia. ¶ Sed an in
3 iſtis ſummarijs ſufficiat † vnica citatio? glo. in d. §. & quia. ſupra ea. Clemen. in verbo, peremptoriè, tenet ꝙ ſic. vide ibi quæ dixi latè, & limitaui. ¶ Secundò quæritur, an in hoc iudicio, in quo ſine figura
4 proceditur, perſona ſit † legitimanda. tex in d. Extrauag. ibi [vel aliis legitimè] probat, ꝙ ſic. & ita tenet Barto. in verbo, ſine figura. & facit ratio; quia aliàs ſequeretur abſurdum, ꝙ factum non habentis mandatum alijs præiudicaret. quod iuri naturali repugnat. l. ſi quis in ſuo. C. de inoffic. teſtamen. l. factum alterius. ff. de reg. iur. reg. non debet aliquis. lib. 6. Et Bart. ſequuntur Petr. de Anchara. Ioan. de Ligna. & Ioan. de Imo. dicens hoc probari hic in tex. in princi. Clemen. ibi [procuratorum contẽtiones.] qui præſupponit mandatum præcedere, argumen. l. 1. C. de procuratoribus. licèt Barto. vbi ſupra, dicat

hoc non poni in hac Clemen. Præterea, ſi aliud diceremus, repugnaret iuri naturali, vt ſupra dixi: ſed conſtitutio Principis non poteſt diſponere contra ius naturale, vt no. Innocen. in c. quæ in eccleſiarum. de conſtitutio. no. in l. fi. C. ſi contra ius, vel vtili. publi. ergo conſtitutio diſponens cauſam cognoſci ſummariè, & ſine figura iudicij, non excludit legitimationem perſonarum. Et hoc tenet glo. Fran. Tigri. Salyce. & Barto. in l. 2. in fi. C. de edict. diui Adria. tollen. dicens formaliter, q̄ in iudicio (quantūcūque executiuo, & ſummario) perſona, cum qua litigatur, debet plenè legitimari: licèt cauſa ipſa requirat ſummariam cognitionem. Idem ſentit Bal. in l. fi. colum. 14. ver. Quintò quæritur. C. de edict. diui Adria. & in l. necquicquam. §. de plano. in vlti q. ff. de officio proconſu. Bal. in l. 3. §. ibidem. ff. ad exhiben. in fi. vbi plus dicit, hoc procedere, etiam ſi legitimatio perſonarum exigeret altiorem indaginem, nec ſufficeret, q̄ ſemiplenè probaretur. & ita dicit tenere Speculat. titu. de ſummaria cognitio. ver. Quid ſi op-
5 ponitur actori. ¶ Ex quo infero, q̄ in iudicio † agitando ſine figura iudicij per filiumfam. conſenſus patris eſt neceſſarius, qui per illum legitimat perſonam filij. quod eſt notandum pro limitatione. §. neceſsitatem. l. cum non ſolum. C. de bon. quæ libe. facit quod no. Barto. in l. necquicquam. §. de plano. in fi. & dixi ſupra in apparatu verbi, de plano. Bal. tamen in l. 3. §. ſed vtrum. ff. de mino. ſentit contrarium, & allegat glo. in l. j. C. qui admit. Cogitabam fortè pro concordia poſſe dici, q̄ quædam eſt legitimatio perſonæ, fundata ſuper iure naturali; vt eſt q̄ procurator habeat mandatum, ne factum eius alij præiudicet. & hoc caſu, & alio quocū que ſimili, etiam in iudicio ſummario, & ſine figura, crederem per ſupradicta legitimationem perſonæ fore neceſſariam, d. l. factum alterius. ¶ Quædam eſt legitima-
6 tio † perſonæ, fundata non ſuper iure naturali, ſeu naturali ratione, ſed ſuper ſolemnitate iuris ciuilis; vt eſt, q̄ filiusfamil. non agat ſine conſenſu patris: tunc fortè iſta legitimatio in iudicio ſummario, & ſine figura iudicij non erit neceſſaria, ſicut non eſt, quando extra ordinem agitur, vt dicit gl. in d. l. 1. C. qui ad. non. n. fundata eſt ſuper iure naturali. probat quia nō requirit p̄ris conſenſus, vbi filiusfa. agit ſup iure ſpirituali, vel beneficij. c. fi. de iudi. lib. 6. ſed in illis dicitur habere perſonam legitimam. quod non eſſet, ſi talis præſtatio conſenſus fundaretur ſuper iure naturali. & hoc procedit, vbi de intereſſe patris non tractatur; quia ſuper hac ratione fundatur deciſio d. c. fi. de
7 iudic. lib. 6. vbi verò de paterno intereſſe † tractaretur: tunc conue-

niens foret, etiam in iſtis iudicijs ſine figura, adhiberi conſenſum patris pro legitimatione perſonæ filij agere volentis. Cogita, quia à nemine reperio hoc diſcuſſum. ¶ Tertiò quæritur, an requiratur libel-
8 lus † ſiué petitio? conclude, ꝙ in caſu extrauag. Henrici Imperatoris ad reprimen. requiritur, ꝙ præcedat accuſatio, inquiſitio, vel denunciatio. In alijs verò caſibus, in quibus ſine figura proceditur, non requiritur libellus ſolemnis, & in ſcriptis, vt hac Clemen. in prin. in gl. in verbo, neceſſariò. tamen quia ſententia debet eſſe conformis petitioni, debet apponere in actis quid petat. & ſatis eſt, quòd verbo petat in exordio litis, & poſtea in actis redigatur. d. §. 1. in hac Clemen. Et ꝙ iſtud conueniat iuri naturali, probatur ex eo, qđ coram Salomone mulier propoſuit, dicēdo; filius meus viuit, filius tuus mortuus eſt. 3. Regum. 3. c afferte. de præſumptio. no. in l. 2. C. de ſenten. ex periculo recitan. & conſidera, ꝙ dicta petitio mulieris continet ſolam narrationem, & non concluſionem. ex quo primò infertur, quòd licèt regulariter de iure ciuili petitio debeat habere certa ſolemnia, de quibus no. in l. 1. in prin. ff. de eden. in l. fi. C. de anna. excep. in c. 1. & 2. de libelli obla. & dixi ſupra in prin. huius Clemen. tamen in hoc iudicio ſine figura iudicij, non requiruntur, ſed ſufficit petitio generalis. ¶ Secundò infertur, ꝙ licèt in plenarijs iudicijs ſit in libello fienda apta concluſio, aliàs libellans ſuccumbit, l. 1. ff. ſi mēſor fal. mo. dixe. quia attenditur concluſio, & non narratio, vt inquit Innocen. in c. ſuper literis. de reſcrip. Bar. in l. Aurelio. §. Sticho. ff. de libe. lega. per tex. ibi. Bal. poſt Barto. in l. non debet. ff. de dolo. no. Bald. in l. domum. de rei vend. in l. edita. col. 16. in repetitione Paduana. C. de eden. & in l. 2. C. de peti. hæredi. not. Pau. de Caſt. in conſi. 258. & in conſi. 274. Abbas in conſi. 96. in prin. domi. Alexan. in conſi. 13. col. 2. in primo volu-
9 mine. tamen in iſto iudicio † ſine figura iudicij agitando nulla requiritur concluſio, ſed ſufficit ſola narratio: & conſequenter concluſio minus legitima, & minus apta ſufficeret, nec vitiaret proceſſum: puta ſi actor peteret reum cogi, & non peteret condemnari prius, vt debuit. l. 1. C. de executio. rei iudi. Et eſt ratio; quia ſi procedit libellus ſine concluſione, vt ſupra dixi: multò magis procedit, ſi concluſio ſit inepta: dummodo ex narratis comprehendatur, quid petatur. argu. l. 1. C. de rei vxo. actio. Et ita notāter ait Barto. in d. verbo, ſine figura. dicens hoc probari per hunc tex. in §. 1. ibi [iuxta petitio. formam.] quaſi d. licèt pronuncietur in eo, quod eſt petitum: ſufficit, ꝙ pronuncietur iuxta illud. Aliud enim eſt ipſum petitum: aliud iuxta petitum,

l.iam tamen.§.in hac.ver.quid tamen.ff.iudi.ſol.Et Barto.ſequuntur hic præfati Doc.maximè Ioan.de Imo. addens ad hoc glo. in c.cum olim abbas. de offi. dele. Tu adde idem tenere Roma. in conſi.497. ver. Tertiò quæro.dicentem hoc comprobari auctoritate glo.in l. vinum.ff. ſi cer.peta.in glo.magna. in fi. quæ dicit, ꝙ ineptitudo libelli porrecti in caſibus, in quibus non requiritur, non vitiat proceſſum: pro qua glo.Abb. in c.bonæ.de elect.col.5.dicit bene facere tex. ibi, vbi colligitur citationem minus validam non vitiare proceſſum: quia ibi factum erat notoriũ,ſuper quo non requiritur citatio.Facit etiam tex.in l.ſi ſtipuler.§.fi.ff.de verbo. obligatio. & in l.cum tabulæ.ff.de his, qui.vt indig. & quod pulchrè determinat glo.in l.qui teſtamento.§ per contrarium.ff.de teſtamen.dicens, ꝙ vbi in actu non requiruntur teſtes,non poteſt de inhabilitate teſtis opponi. de qua glo.fecit feſtum Bal.ibi.& bene facit,quod no. in c.cum ordinem.de reſcriptis. Aduerte,quia dictum Barto.verum puto in ſe. Sed an probetur per hunc tex.ibi [iuxta petitionis formam] vt ipſe dicit, & alij ſequũtur,me remitto ad ea, quæ ibi notaui. Et quod ſupra dictum eſt de

10 inepta † petitione,limita verum,niſi tanta eſſet ineptitudo, ꝙ reo tolleretur defenſio ſecundũ Barto. vbi ſupra.& Doct.hic præallegati: facit tex.in hac Clement.in ver.Non ſic tamen. Item aduerte†,ꝙ ſi in

11 ſummarijs,& vbi agitur ſine figura producetur libellus ſolemnis:cautela eſt, ꝙ proteſtetur, ꝙ non in modum ſolemnis libelli, ſed qualis qualis petitio.producit,vt appareat,quid petatur.Ita Stepha.& Ioan. And.in titu.de libel.concep.§.reſtat. & domi. Anto.in c.1.col.10. de libel.obla. Facit verbum Bald.in l.diffamari.C.de inge. manu.col.2. dicentis poſt glo. ſingularem in l. proinde.la 2.ff. ad legem Aquil. ꝙ iudicium ſolemniter inchoatum debet ſolemniter per ſententiã finiri. Et facit ratio, quia niſi proteſtaretur,videretur renunciare iudicio ſummario:& velle, ꝙ ordinariè procederetur, iuxta notata ſupra in §.fi.in glo.penult.& ibi latè dixi,an ſit locus pœnitentiæ, ita ꝙ qui cępit iudicium ordinariè, poſſit redire ad cognitionem ſummariam. vide ib. ¶ Aduerte etiam,inquantum ſupra dictum eſt,actorem debere petere reum prius condemnari,quàm cogi.l.1.C.de execu. rei iudic.Adde,quæ pulchrè de hoc no. Ioan.de Imo.in l.ſi cum nulla.ff.de re iudicata. & Abbas in c.1.de libell.oblatio.colum.16. vbi ponit, ꝙ ſi ordine turbato petit cogi,& condemnari. Item aduerte, ꝙ licèt in hoc iudicio ſummario,& ſine figura non requiratur libellus, vt dixi:

12 tamen ipſa † cauſa, ſeu petitio eſt ante citationem iudici exprimenda:

da:aliàs reus citari non deberet.l.neminem.C.de exhiben. reis. facit quia & corã Salomone dixit mulier.filius meus viuit:filius tuus mortuus eſt.3.Regum 3.C.de ſenten. ex pericu. reci. l.2. facit quod not. per Cyn. & Barto.in Auth. offeratur.C.de litis conteſta. & in l. ſicut. C.de præſcri.30.annorum. Et ita reſidet hic Ioan.de Imo.colum.36.

13 ¶ Quartò quæritur † an exceptio rei iudicatæ,vel litis finitæ (de qua in c.1.de litis conteſta.lib.6.) poſsit opponi in hoc iudicio ſine figura ad impediendum proceſſum? Barto.in d.verbo, ſine figura,tenet, ꝙ ſic;quia de iure naturali eſt, ne bis idem iudicetur.c.de his. de accuſa.cum concor. Et hoc ampliat eadem ratione Ioan. de Imo.procedere, ſiue talis exceptio opponatur ad impediendum proceſſum, ſiue in vim perẽptoriæ exceptionis. Illæ verò exceptiones, quæ magis differunt,& fruſtrantur cauſam, quàm concernant veritatem (vt exẽplo,tu non potes eſſe procurator;quia miles) repellũtur; quia repugnant naturali rationi,ſecundùm Bar.vbi ſupra,& præfatos Doct.

14 hic. ¶ Quintò quærit, an poſsit procedi die† feriato?concludit Bart. vbi ſupra, quem hic ſequuntur prædicti, ſcilicet Pet. de Anch. Io. de Ligna. & Ioa.de Imo. ꝙ ſic,in ferijs inductis ob neceſsitatem hominum, non in honorem Dei;quia ſunt de iure diuino, cum ius præcipiat Sabbatum Sanctificari.de quo vide quæ latè ſcripſi ſupra in prin.

15 huius Clemen.in tex. & gloſsis. ¶ Sextò quæritur: an † iuretur de calumnia?Bar.vbi ſupra,& dicti Doc.hic cõcludunt,ꝙ ſic:ne veritas occultetur, quæ eſt de iure diuino.nam Deus eſt veritas,Ioannis primo. Et omnia cedũt veritati. 8.di.c.veritate. l.illicitas.§.veritas.ff.de offi. præſi. Et ſi dicatur, iſta ſolemnitas eſt iure ciuili inducta.l.2.C.de iura.calum. reſpondetur verum eſſe de iure ciuili introductum eſſe, ꝙ iuretur ſemel in tota cauſa: ſed ꝙ ſimpliciter iuretur, eſt de iure diuino introductum propter incredulitatem hominum, Exodi.22.c.de iureiuran.c. & ſi Chriſtus. nec ſtatutum,vel conſuetudo contrarium diſponens valet.c.cæterum.de iura.calum.c.conſtitutus.de fideiuſſo. Et an hoc procedat in iuramento calumniæ aduocati,de quo in l.rem nõ nouam. C. de iudi. vide in d.c.cæterum. & per Io. An.in c.Romana.

16 de foro compe.lib.6.quinimmo proceſſus factus † non iurato de calumnia,vbi pars petijt, eſt nullus ipſo iure,etiam in ſummarijs per ſupradicta. & tenet Matheſilanus in ſuo notabili.65. Secus vbi pars nõ peteret;quia.tale iuramentum poteſt omitti,ſed non remitti.l.2.§.ſed quia veremur. C. de iura.calum. ¶ Septimò quæritur,an requiratur

17 litis † conteſtatio? tex. hic in principio dicit, ꝙ non, quia iſta eſt ſolemnitas

lemnitas iuris ciuilis: tamen effectus, quos producit litis conteſtatio (puta ꝙ procurator fiat dominus litis, vel ſimilis) in ſummarijs, & alijs, vbi lis non conteſtatur, producuntur immediatè, ꝙ legitimatis perſonis incipiunt tractare merita cauſæ. puta producuntur exceptiones peremptoriæ, vel fiunt poſitiones, & articuli. nam quò ad hos effectus non requiritur litis conteſta. ſed ſatis eſt, ꝙ cauſa agitetur. l. nulli. C. de procura. Ibi [poſt cauſam in iudicio agitatam] & ibi [cauſam inchoatam] & adde quæ dixi ſupra in hac C. emen. in. §. non ſic tamen. circa princ. ¶ Glo. tamen, quam multi dicunt ſingularem in verbo, non ſeruatum, in c. per venerabilem. qui fil. ſint legi. videtur velle etiam limitare prædicta, ſcilicet ꝙ in cauſis, quæ ex priuilegio poſſunt expediri ſine litis conteſta. tamen ſi partes ſint præſentes, neceſſaria erit litis conteſta. Et ita per illam glo. tenet Bal. in Auth. ſi omnes. C. ſi vt ſe ab hæredi. abſti. Facit ſimile de cauſa appellationis, in qua ſine priuilegio non eſt neceſſaria litis conteſta. vbi partes ſunt abſentes. l. ſi. §. illud. C. de temp. appel. Secus data præſentia partium, vt no. C. ne lice. in vna eademq; cauſa ter. prouoca. & in c. Rainaldus. de teſta. per Bal. in Auth. qui ſemel. C. quomodo & quãdo iudex. col. 4. ver. Opponitur, ꝙ lite non conteſta. Et hanc partem videtur etiam ſequi Roma. in rub. de arbi. col. 5. ¶ Ad idem facit glo. in c. quĩ frequenter. §. ſunt & alij. vt lite non conteſta. dicens, ꝙ licèt in cauſa inquiſitionis non requiratur litis conteſtatio: tamen ſi partes ſunt præſentes, conteſtatur lis. ¶ Reperio tamen Cardi. Floren. poſt Gemi. in Clemen. diſpendioſam. col. 3. ver. Quartò opponitur. de iudi. tenere contrarium, & dicere, ꝙ tex. & notata per glo. in d. c. per venerabilẽ. hodie ſunt correcta per d. Clemen. diſpendioſam. quia ſi aliter diceremus. d. Clem. nihil adderet ad d. c. quoniam frequenter. §. ſinautem. & ſic ſuperfluò occuparet membranas dicta Clem. quod eſſet abſurdũ, & contra c. ſi Romanorum. 19. diſtin. ¶ Octauò quæritur † an de-
18 beant dari dilationes. tex. hic in princip. dicit [amputet dilationes: & litem, quantum poteſt, faciat breuiorem: non tamen ſic, ꝙ probationes, & legitimæ defenſiones non admittantur.] Et iſtud conſonat rationi. nam iudex debet recipere probatio. ergo oportet, ꝙ detur dilatio, quia probationes fiunt in tẽpore. l. 1. C. de dila. 4. q. 3. c. offeratur. ¶ Item quandoq; fiunt probationes ſine dilatione. l. vnius. §. cognitorum. ff. de quæſtio. l. in crimine. ff. de adulte. Ideo æquum eſt, dilationem certam dari cauſa breuiandæ litis, nec debet eſſe nimis breuis, vt, hoc tex. & facit ratio naturalis; quia nimis breuiando aufertur

ſine ſuſpicione procedendum, iſto caſu putarem tale teſtimonium ſu
21 ſpectum. ¶ Decimò quæritur, qualia debeant eſſe dicta teſtium † in hoc iudicio ſummario? dic, ꝙ concludentia, ſicut in plenarijs. exemplo eius, quod dicitur de Daniele. & quod no. in l. teſtium. C. de teſti. ſecundùm Bar. vbi ſupra, Pet. de Ancha. Io. de Ligna. & Io. de Imo. hic.
22 ¶ Vndecimò quæritur, an † teſtes ſint ſecretè examinandi? Bart. vbi ſupra, & præfati Doc. hic, tenent ꝙ ſic: quia hoc eſt de iure diuino, Danielis. 13. facit quod habetur per glo. in l. ſi quando. C. de teſti. per gl. & Doc. in c. venerabili. de teſti. vbi traditur, an teſtes poſsint examinari in præſentia partis, vel extraneorum. ibi vide, & per Abba. in c.
23 cum cauſam. il 1. de teſti. ¶ Duodecimò quæritur, an ſit fienda † teſtium publicatio? Bar. vbi ſupra, & dicti Doc. hic tenent, ꝙ ſic: quia ſine tali publicatione tolleretur defenſio, cum pars non poſſet, nec ſciret impugnare perſonas, & dicta teſtium: quod eſſet contra ius naturale. Ex quo infertur, ꝙ talis publicatio, ex quo continet defenſionē, eſt de iure naturali. ¶ Ego hunc paſſum ſtatui latius diſcutere. & ꝙ in iudicio agitato ſine figura requiratur publicatio atteſtatio. allego tex. & quaſi caſum, argumen. ſumpto per locum à ſpeciali, in c. fin. de hæreti. lib. 6. Et ita ibi colligit, & tenet Pet. de Ancha. ¶ Secundò allego tex. in d. Extrauagan. ad reprimen. in verbo, publicationem. ſuper quo verbo ita no. Bart. ¶ Tertiò facit tex. in c. licèt Ely §. cum igitur ibi [atteſtationes publicatæ] de ſimo. vbi probatur, ꝙ etiam vbi proceditur per inquiſitionem ſuper crimine ſimoniæ, teſtes publicantur. & ita ibi hoc collig t, & no. Io. de Ana. Sed hoc procedit parte peten-
24 te † quia parte non petente, omiſsio publicationis teſtium non vitiat proceſſum, gl. no. in d. c. fin. facit c. qualiter & quando § debet. de accu. & melior tex. in c. 2. de accu. lib. 6. Et ita Bald. in l. geſta. col. 2. ver. quæro. C. de re iudica. & Matheſilan. in notabili 36. Dominicus in d. c. fin. Io. de Imo. hic nihil firmat, ſed ſolùm allegat no. per Bart. poſt Iac. But. in l. prolatam. C. de ſenten. & interlocu. om. iudi. & bo. gl. 2. q. 2. in ſumma. Pet. autem de Anch. in ſuo conſ. 52. incipiente. Omiſ-
25 ſio publicationis. aliter loquitur, & tenet, ꝙ omiſsio † publicationis atteſtationum non reddit ſententiam retro ipſo iure nullam: quia non dicitur lata contra ordinem, ſed contra ius litigatoris. Mouetur; nam ſi pars excipit, & iudex repellat inſtrumenta, vel alia iura, quæ ſapiūt defenſio. non propter hoc dicitur ſentētia nulla ipſo iure: immo valet, niſi à tali grauamine appelletur. c. ſuborta. de re iudica. & ſic patet, ꝙ non publicare atteſtatio. non eſt tollere defenſionem. ¶ Secundò,

ꝙ pu-

ꝙ publicatio non ſapiat defenſionem, probatur in d. c. fin. de hæred. lib. 6. vbi eſt caſus, ꝙ non publicatis atteſtationibus, valet ſententia: quod non poſſet fieri per Papam, ſi eſſet ſpecies defenſionis, Clemen. paſtoralis. de re iudi. ¶ Tertiò. ſtilus curiæ, qui pro iure habetur. c. quam graui. de crimine fal. eſt, ꝙ fertur ſententia ſine publicatione, maximè quando pars non petit; quia ſtilus veriſimiliter non eſſet, ſi ſaperet defenſionem. Et ſic concludit Pet. in d. conſ. ꝙ etiam parte petente publicatio teſtium non eſt de ordine ſubſtantiali. ¶ Et ꝙ talis omiſsio non reddat ſententiam ipſo iure nullam, tenet Iac. But. Bart. Bal. & Ang. qui alleg. Specu. & Hoſti. ita dicere in d. l. prolatam. quia non dicitur lata contra iuris ordinem, ſed contra ius partis. nam atteſtationes ſemper ſunt iudici publicādæ, no. Inn. in c. cum clamor. de teſti. & idem tenet Bal. in c. 1. §. item ſi vaſallus. de controuer. inueſti. & in c. 1. ſi de inueſti. inter domi. & vaſal. lis oriatur. vbi etiam dicit in curia ſeruari, ꝙ fertur ſententia, nulla facta publicatione: quæ differtur vſq; ad tertiam ſententiam. ¶ Eandem ſententiam ſequitur dom. Lanfrancus in repetitione d. c. qm̄ contra. verſ. Interlocutiones. col. 11. Et Abb. in c. cum dilectus. in 1. col. de fi. inſtrumen. vbi refert Bart. in d. l. prolatam. & Io. an. tit. de renunciatione, & concluſione. in prin. Idem tenet Inno. in c cum I. & A. de re iudica. vbi dicit, ꝙ ſi nō appelletur, tale grauamen tranſit in rem iudicatam. & idem concludit ibi Abb. & ſic iſta videtur eſſe communior opi. quicquid dixerit glo. in d. l. prolatam. tenens, ꝙ publicatio ſit de ſubſtantia proceſſus: cuius ſententia ſaluari poteſt vno caſu, ſcilicet quādo iudex commiſiſſet alij extra territorium examinationem teſtium, quibus nundum publicatis, lata eſſet ſententia. nam quia tunc etiam ipſi iudici non ſunt publicati, ſententia reperitur lata ſine cauſæ cognitione, ergo nulla, d. l. prolatam. vbi ita ſaluat glo. ibi Ange. quem ſequitur dom. Lāfran. in repeti. d. c. quoniam contra. colu. 11. quod eſt bene notandum. ¶ Tu autem aduerte, quia licèt pro diſtinctione ſupra tacta. ſ. ꝙ omiſsio publicationis, parte petente vitiet, aliàs non, bene facit glo. in c. vxor fœlicis. 17. q. 4. volens, ꝙ induciæ deliberatoriæ ſi fuerint petitæ, vitient proceſſum: alias nō. de qua glo. ſupra tetigi in prin. huius Clemen. in materia in tertio principali articulo. q. 12. tamen Ioan. de Imo. in d. c. cū I. & A. dicit communem opinio. eſſe, ꝙ omiſsio publicationis licèt ſit petita, non vitiat ipſo iure: licèt iudex malè faciat, & grauet partem, ita ꝙ poſsit appellare: ſi tamen non appellat, valet proceſſus ſecundùm Innocen. Hoſtien. & Ioan. An. ibi. Iaco. Butri. & Bart. in d. l. prolatam

latam.& iſta videtur mihi verior opinio. ¶ Ad iura allegata in oppoſitum poteſt dici, ꝙ verum eſt, ꝙ requiritur publicatio, non tamen ſequitur: ergo eſt de ſubſtantia, vt no. Barto. in d. l. prolatam. & clarius Abbas in d. c. cum I. & A. vbi autem atteſtationes eſſent pro parte publicatæ, & pro parte non, etiam valeret ſentẽtia ſecundùm Innocen. in d. c. cum I. & A. per illum tex. & idem tenet ibi Io. de Imo. & Bald. in c. 1. §. item ſi vaſallus. de contro. inueſtitu. quod no. Vbi etiam ponit notãter, an publicatio atteſtationum det vires, vel aliquod robur ipſi atteſtationi. ¶ Supraſcriptis etiã (.ſ. an publicatio ſit de ſubſtantia, ita ꝙ eius omiſsio vitiet.) Adde quæ no. in tractatu maleficiorum Aretin. in verbo, qui iudex proceſſum publicauit. & ibi in additio. vbi refert Saly. in d. l. prolatam. & ibi etiam ponitur, quid de publicatione aliorum actorum, quàm atteſtationum. ¶ Tertiodecimò quæri-
26 tur: an poſt didicita teſtificata poterunt teſtes † produci in hoc iudicio ſine figura? Bart. vbi ſupra, Pe. de Ancha Ioan. de Ligna. & Ioan. de Imo. hic tenent, ꝙ nõ. nam, ꝙ poſt didicita non producãtur, eſt introductum propter quandam naturalem æquitatem, ne alter alteri inſidietur propter præceptum diuinum. & l. vt vim. ff. de iuſti. & iu. Adde, ꝙ idem tenet Roma. in conſ. 479. incipiente: In eo, quod quæritur. ¶ Sed tu aduerte; quia Doc. in c. conſtitutus. 2. de teſtibus. ſoluendo contrarium Clemen. diſpendioſam. de iudic. ſentiunt, ꝙ iſtud non poſſe poſt didicita teſtificata producere teſtes, ſit introductum de rigore iuris ciuilis: & ſit de apicibus iuris magis, quàm de æquitate. Ex quo, ſi verum eſſet, ſequeretur, ꝙ hæc exceptio in curia mercatorum non eſſet admittenda, vel in alio iudicio agitato ſecundùm æquitatem, per no. in l. ſi fideiuſſor. §. quædam. ff. mandati. in l. ſi ea. C. eo. titu. ¶ Sed quicquid præfati Doct. ſenſerint in d. c. conſtitutus. tu ſequere doctrinam Bar. vbi ſupra, per quam clariſsimus domi. Fran. de Are. in c. conſtitutus. damnauit prædictorum Doct. opinionem, motus auctoritate Bart. & eius ratione præallegata. & facit; quia poſt didicita teſtificata excluditur pars à productione, propter dolum præſumptũ § qui verò. in Auth. de teſtib. & iſtud eſt verius ¶ Quar-
27 todecimò quæritur, an in hoc iudicio teneatur reus † edere inſtrumenta actori agenti, & petenti? dic ꝙ non, quia hoc non ſolum prohibetur à iure poſitiuo. c. 1. de probati. l. qui accuſare. C. de eden. ſed etiam naturali ratione. l. nimis graue. C. de teſtib. & d. l. qui accuſare. ita reſidet Barto. vbi ſupra, quem ſequuntur hic Pet. de Anchara. Ioan. de Imo. poſt Ioan. de Ligna. ¶ Et ſi dicas. immo æquitas ſuadet

contrarium, vt veritas appareat, & ne reus locupletetur cum aliena iactura. l. nàm hoc à natura. ff. de condictio. inde. Pro ſolu. recurre ad ea, quæ tradunt Doct. maximè domi. Anto. de Alexandro in l. 2. C.
28 de eden. ¶ Quintodecimò quæritur: an requiratur † concluſio in cauſa? tex hic dicit, ꝙ non. nam iſta eſt ſolemnitas iuris ciuilis. quoniam iudex ſtatim, ꝙ ſibi conſtat, poteſt pronunciare, exemplo Salomonis. 3. Regum 3. c. afferte. de præſumptio. ex quo etiam exemplo patet, ꝙ non eſt neceſſe dare terminum ad allegandum, ſecundùm Barto. vbi ſupra. & præfatos Doct. hic. faciunt, quæ dixi ſupra in principio Clemen. apoſtillando tex. in verbo, ſine ſtrepitu. An autem in ſummarijs poſt concluſionem in cauſa iudex poſſet interrogare partem ad inſtantiam partis. vide quæ ſcripſi ſupra in §. & quia. in nota bili 11. & ſuper glo. in verbo, interrogabit. ¶ Decimoſextò quæri-
29 tur: an in iudicio ſine figura ſit neceſſaria citatio † ad ſententiam? dic, ꝙ ſic, per tex. hic in. §. & quia. & ibi vide plenè dicta ſuper glo. in verbo, ad id. & in eo. §. & quia. in nota. 14. vbi adde limitationes ad hoc.
30 ¶ Decimoſeptimò quæritur, an ſententia † ſit proferenda à iudice ſedente pro tribunali. tex. hic in §. & quia. dicit hoc non eſſe neceſſe? & eſt ratio; quia iſta eſt ſolemnitas iuris ciuilis. l. 2. C. de ſenten. ex pericu. reci. c. penul. de re iudi. lib. 6. ita Barto. in d. Extrauagan. in verbo ſine figura: quem ſequuntur Ancha. Ioan. de Ligna. & Ioan. de Imo. & adde, quæ dixi ſupra in §. & quia. in glo. in verbo ſtans. ¶ Decimo
31 octauò quæritur, an ſentẽtia ſit † in ſcriptis ferenda? conclude, ꝙ ſic, per tex. in d. §. & quia. qđ ea ratione ſtatutum præſumitur; quia ſentẽtia debet eſſe deliberata, & non ſubita. l. 2. C. de ſenten. ex pericu. reci. no. in c. penult. de re iudic. lib. 6. Et hoc ſecundùm Barto. in d. verſi. ſine figura. procedit in foro canonico. In ciuili autem foro non eſt neceſſe, ꝙ in tali iudicio feratur in ſcriptis; quia talis eſt ſolemnitas iuris ciuilis, d. l. 2. patet exemplo Salomonis, de quo ſupra. & in d. c. afferte. & 3. Regum. 3. c. Hinc dixit glo. ſupra eadem Clemen. in verbo, in ſcriptis. ꝙ de iure antiquo ſatis erat, ꝙ redigeretur in ſcriptis, vt poſſit probare; qm̃ atteſtationi iudicis, niſi ſit Papa, vel Imperator, non creditur. c. quoniam contra. de proba. Clem. 1. de probatio. & in hoc Barto. ſequuntur hic præfati Doct. maximè Ioan. de Imo.
32 colum. 38. ¶ Decimononò quæritur † ſententia eſt ferenda in perſonam procuratoris, qui litem eſt conteſtatus, & non in perſonam domini. l. 1. C. de ſenten. & interlocu. ſed an iſtud habeat locum in iudicio agitato ſine figura iudicij? Barto. vbi ſupra, quem præfati Doct. hic ſequuntur

hic ſequuntur,tenet, ꝙ non;quia iſta eſt ſolemnitas iuris ciuilis.pro-
batur: quia licèt actio abſenti de iure ciuili non acquiratur, tamen
acquiritur naturalis obligatio.l.ſtipulatio iſta.§.alteri.ff. de verbo-
rum obli.& facit glo.1.q.7.c. quotiens. quam cordi teneas. ¶ Et
idem, quod Bart.tenet Roma.in ſingulari.2.ſub rub. de procura. vbi
dicit,d.l.1. procedere de iure ciuili. ſecus de iure canonico, de quo
no.in c.querelam.de elec. vbi per glo.traditur,an d.l.1.procedat de
benignitate, & æquitate, de quo etiam per Doct. in d.l.ſtipulatio
iſta.§.ſi ſtipuler. ¶ Item an d.l.1. habeat locum in abſolutoria. vide
ibi Doc. & glo. in l.ſi remunerandi.§.fin. ff. mandati.quæ ſecundùm
aliquos non reperitur alibi. Sed Roma.in ſingulari.19.ſub rub.de ap
pel. addit aliam in c. inter dilectos.de fid.inſtru.quod no. ¶ Vigeſi-
33 mò quæritur. certum eſt,in plenario iudicio non valere † ſententiam
datam pro abſente non citato,l.furioſo.ff. de re iudica. vbi per Doct.
l.ea quæ. C. quomodo,& quando. per Bald. in l. ſi accuſationem.C.
de accu.per Abba.in c.tenor.de re iudica.col.fin.Rom.in l.1.ff.de ar
bi.col.5.Sed an iſtud procedat,vbi ſine figura iudiciũ agitatur? Bar.
vbi ſupra,quem dicti Doct.hic ſequuntur, tenet, ꝙ non: quia abſen-
ti etiam acquiritur naturalis obligatio,vt ſupra dixi in præcedenti q.
34 ¶ Vigeſimoprimò quæritur.l.1.de execu. rei † iudica. diſponit non
eſſe incipiendum ab executione, ſed à cõdemnatione. Sed an iſtud
procedat,vbi ſine figura agitur iudicium, in quo tamen debet præce
dere cauſæ cognitio, vt hac Cle.§.non ſic tamen.Bart.vbi ſupra,quẽ
hic ſequuntur Pet.de Ancha.Io.de Lig.& Io.de Imo.colu.38.tenet,
ꝙ non. inferens,ꝙ in tali iudicio, præcedente cognitione, non eſt ne
ceſſe, ꝙ iudex proferat ſententiam condemnatoriam: ſed poteſt iu-
bere res capi, & diſtrahi pro debito, & ſic incipere ab executione.
mouetur exẽplo Salomonis: cuius illa verba [afferte mihi gladium.]
c.afferte.de præſump.3.Regum.3.c.ſunt verba executionis. ¶ Præ-
terea ante legem ciuilem talia expediebantur manu regia, & ſic via
exequutiua.l.2.ff.de origi. iuris.ergo cum iudicium ſine figura agita
tum non ſubiaceat regulis, & ſolemnitati iuris ciuilis (vt ſupra dixi
in principio apparatus horum verborum,ſine figura, & in principio
Clemen.apoſtillando tex.) concludendum erit tali modo poſſe iudi-
cem procedere: quod eſt perpetuò bene notandum. ¶ Vltimò vl-
35 tra Doct. quæro, an cauſa, quæ agitatur † ſine figura iudicij, habeat
inſtantiam triennij,de qua in l.properandum.in principio.C.de iudi.
quæſtio eſt notanda,& ſatis difficilis, quam clarè,& latè hic intendo

36 diſcutere. Et videtur dicendum, q non. † ¶ Primò quia vbi à iure, vel homine committitur cauſa cognoſcenda ſine figura iudicij, redigitur ipſa cauſa ad terminos, & ſolemnitatem iuriſgentium, vt dixi ſupra in principio apparatus horum verborum, ſine figura & in principio Clemen. apoſtillando tex. Sed iuregentium inſtantia nõ erat inducta. probatur, quia fuit inuenta per d. l. properandum. in principio. igitur &c. ¶ Secundò. perempta inſtantia, perit iudicium, dicit tex. in d. l. properandum. in prin. iudicium autẽ dicitur, vbi in eo ſeruantur ſolemnia iudicij: ergo in his cauſis, in quibus non ſeruatur figura iudicij, non dicitur eſſe iudicium: quia in eo non ſeruatur forma, quæ dat eſſe rei. l. Iulianus. §. ſi quis ff. ad exhiben. l. non ſunt. ff. de ſtatu. ho. l. ſi is. § quędã. ff. ad leg. fal. per conſequens concludendum, d. l. properandum. quæ loquitur de iudicio, non habere locum in talibus cauſis: nam cum ibi dicatur, perire iudicium, & in his cauſis nõ dicatur iudicium: quod non eſt, perire non poteſt. c. ad diſſoluendũ. de deſpon. impube. l. decem. ff. de verb. ob. ¶ Tertiò. d. l. properan-
37 dum. exorbitat † à iure antiquo, quo cauſæ non erant ſubiectæ inſtantiæ triennij. d. l. properandum in prin. ergo ſtrictè debet intelligi ad cauſas, in quibus ordo iuris ſeruatur. c. cum dilectus. de conſuetu. l. 2. C. de ndxalibus. l. fi. §. in computatione. C. de iure delib. ¶ Quarto. inſtantia triennij incipit à die litis conteſtatæ, d. l. properandum. in prin. At in cauſis, quæ cognoſcuntur ſine figura iudicij, lis non con
38 teſtatur, vt hac Clem. in prin. ergo in illis † inſtantia non poteſt habere locum, cum deficiat extremum, à quo incipit. Et hac ratione hãc ſententiam firmat Bar. in l. litibus, circa fin. C. de agrico. & cenſi. lib.
39 xi. dicens in quæſtionibus de facto pluries allegaſſe, q cum † executiones inſtrumentorum, & ſententiarũ fiant abſq; litis conteſtatione, q in eis non currit inſtantia. & idem tenet ibi Ang. & Bal. in l. cõſentaneum. in fin. C. quomodo, & quando iudex. & in l. tale pactum. §. qui prouocauit. ff. de pac. in 10. q. Idem Bald. in l. 1. §. 1. ff. ſi quis ius dicen. non obtempe. ¶ Eandem opin. ſenſit Bart. in l. poſt rem iudicatam. ff. de tranſac. dum dicit, q cauſæ inſtrumentorum guarentigiatorum non poſſunt compromitti, quia non habent inſtantiam. Et q cauſæ, quæ tractantur ſine figura, non pereant lapſu inſtantiæ triennij, tenet, vt dixi, Bar. in d. l. litibus, & Ang. in l. 1. C. quãdo prouo. non eſt neceſſe. dicens, q vbi de facto, & ſummariè cognoſcitur, (vt eſt in cauſa executionis inſtrumenti guarentigiæ) non requiritur, nec inſpicitur inſtantia. Et idem velle videtur Io. de Imo. hic in prin.

Clemen. in tertio notabili. dum dicit, ꝙ acta litis, inſtantiæ, vel ſole-
mnitatis iudicij poſſunt prætermitti in tali iudicio, quod ſine figura
agitatur. ¶ Quintò pro hac parte bene facit glo. ſupra ea. Clem. §.
& quia. in verbo, non obſtante. quæ probat, ꝙ in ſummarijs poſt la-
pſum termini ad probandum admittitur probatio rę integra, quæ
aliàs non admitteretur in plenarijs cauſis: & ita concludit dom. Ant.
dicens, ſtilum curiæ ita ſeruare in c. licèt cauſam. de proba. quaſi ter-
minus, & inſtantia ad probandum non habeat vires in iſtis cauſis
ſummarijs. ergo nec inſtantia triennij. ¶ Sextò facit, quia iniquum
40 eſt † præſidium, quod capitur ex curſu temporis, in Auth. vt Eccle.
Roma. in principio. ergo, ne cauſæ ſine figura iudicij tali iniquo præ-
ſidio inſtantiæ triennij claudantur, dicendum eſt, in eis dictam in-
ſtantiam triennij locum non habere. ¶ Contrariam tamen ſenten-
tiam arbitror de iure probabiliorem pluribus argumentis, & ratio-
nibus. Et primò allegatur tex. in d. l. properandum. in prin. Ibi [cen-
ſemus itaq; omnes lites] qui tex. diſponit inſtantiam habere locum
in omni lite. Sed illa controuerſia, quæ ſine figura cognoſcitur, dici-
tur eſſe lis, vt hac Cle. in principio. vbi tale verbum, lites, repetitur.
ergo in illa habebit locum inſtantia triennij. ¶ Præterea dum tex.
dicit [omnes lites] nullam litem excludit à tali inſtantia, argu. c. ſo-
licitæ. de maio. & obedien. l. à procuratore. C. mandati. ¶ Secundò
adducitur tex. in d. l. properandum. Ibi [omnes iudices.] Sed ita di-
citur iudex is, qui cauſam cognoſcit ſine figura iudicij, vt hac Clem.
in prin. Ibi [ſancimus, vt iudex, cui taliter cauſam cōmittimus] &c.
ſicut ille, qui ordinariè procedit. ergo erit in tali cauſa locus inſtan-
tiæ triennali. coadiuuat hoc, quia l. properandum. loquitur generali-
ter, ergo generaliter intelligenda, l. de pretio. ff. de publicia. c. ſi Ro-
manorum. 19. diſt. ¶ Tertiò facit ratio. Inducta ad vnum effectum,
non debent operari contrarium. l. legata inutiliter. ff. de leg. 1. c. tran-
ſmiſſæ. de verb. ſigni. l. nulla. & l. quod fauore. de legibus. Clem. 1. de
præben. l. cum tale. §. fi. ff. de conditio. & demon. ergo cùm lex in iſtis
cauſis ſine figura diſponat idem, debere. ſ. omitti litis conteſt. & alias
ſolemnitates, vt ipſæ cauſæ ſummariæ ſint breuioris vitæ, quàm cau-
ſæ, quæ plenario iudicio agitantur: multò magis concludendum eſt
cauſam talem ſine figura iudicij non eſſe longioris vitæ, & inſtantiæ.
foret enim abſurdum dicere hanc Clem. quæ iubet amputari dilatio-
nes, &c. vt litem, quantum poſſit, iudex faciat breuiorem, voluiſſe ta-
lem cauſam non ſubijci inſtantiæ triennali; quia per hoc lis non eſſet

breuior, ſed longior contra mentem diſponentis. Confirmatur hæc ratio ex his, quæ pulchrè dixit Bart. in l. in crimine. ff. de adul. vbi dicit, ꝙ ſecundùm vnam lec. in probatione adulterij nulla ſit danda dilatio: tamen non licebit accuſatori vltra biennium probare, ne reſultet abſurditas, ꝙ cauſa adulterij, quam lex voluit eſſe breuiorem. l. hoc quinquennium. ff. de adult. & l. querela. C. de fal. efficeretur longior, quod dicere, videtur irrationabile. ¶ Quartò, vbi eſt contradictio, ibi eſt inſtantia, tex. eſt ponderatus ibi per Bald. in l. 1. in verbo, contentioſa litigantium inſtantia. C. de iuramen. calum. ſed cauſæ ſine figura iudicij tractandæ habent, & recipiunt contradictionem, vt hac Clemen. §. non ſic tamen. ergo inſtantiæ triennali ſubiacebunt. ¶ Quintò. ſententia diffinitiua non poteſt ferri ſine præexiſtente inſtantia. l. prolatam, vbi no. C. de ſen. & interlocu. om. iudi. no. Bart. in l. 1. C. quando prouoca. non eſt neceſſe. in l. duobus. ff. de excep. rei iudi. in l. nam & poſtea. §. ſi damnetur. ff. de iureiuran. no. in c. cum litteris. de in integ. reſtitu. Sed ſententia lata in tali iudicio ſine figura dicitur diffinitiua, vt hac Clemen. in ver. diffinitiuam verò. licèt Ang. conſuluerit oppoſitum, vt latè retuli ſupra ea Clem. §. & quia. in 12. notabili. ergo inſtantia triennalis locum habebit. ¶ Sextò, vbi
41 † ratio l. eſt generalior dicto, licitum eſt arguere à ratione, non obſtante ſpecialitate dicti, probatur in l. 1. §. ſed licèt. ff. de iur. & fac. igno. in c. conſtitutionem. de regula. lib. 6. glo. no. in Auth. minoris debitor. C. qui tu. da. po. in ver. à curatione. & in Clemen. 1. in ver. eligatur. de elec. Sed ratio d. l. properandū. ſcilicet ne lites fiant immortales, eſt generalior dicto, requirente ad lapſum temporis inſtantiæ lit. conteſtari. ergo cum ratio legis comprehēdat ēt cauſas, in quibus proceditur ſine figura iudicij, ad ipſas cauſas trahetur diſpoſitio. ¶ Hanc rationem, & præce. ſibi aſcribit do. Anto. de Alexandro in d. l. properandum. ſed fuerunt antiquæ rationes Rom. in conſ. 173. incipiente. Domine collateralis. & no. has rationes. ¶ Septimò. inſtantia triennij fuit introducta fauore publico, d. l. properādum. in prin. ergo debet extēdi etiam ad cauſas, in quibus ſine figura proceditur; quia in eis verſatur eadem ratio publicæ vtilitatis: quia ratione pu-
42 blicæ vtilitatis fit † extenſio de caſu ad caſum non ſolum in fauorabilibus, ſed etiam in pœnalibus. no. Bar. in l. 2. §. exercitium. ff. de his, qui no. infa. & in l. ſi conſtante. in prin. in 11. q. primæ partis. ff. ſolu. matrimo. optimè facit quod no. Bart. in l. quemadmodum. C. de agri co. & cenſi. lib. 11. quem ſequitur Roma. in conſ. 105. incipiente. Vi-

ſo the-

ſo themate. Statuta enim fauore publicæ vtilitatis debent lata interpretatione iuuari.l.hoc modo.ff.de conditio.& demon.l.furti.§ pactus.ff. de his,qui no.infa.no. Bal.in l.1.§.& quidem.ff.quod cuiuſq; vniuer.no. Præterea nec conſtitutio debet interpretari contra publicam vtilitatem, ho. Doc. maxime Bal. in l.1.§.ſi quis in graui.ff.ad Sillanſ. ¶ Octauò: ſi in cauſis ordinarijs inſtantia non durat vltra triennium, d.l. properandum. quantò magis in ſummarijs, quæ debent citius expediri. l.penul.C.de naufra.lib.11.iuncta hac Clemen.
43 ¶ Nonò facit. poſſe procedere ſine figura† iudicij,& habere arbitriũ in procedendo paria ſunt,vt vult glo.elegans in verbo, defenſiones. ſupra eadem Clem.§.non ſic tamen.& ibi dixi. Sed ille,qui habet arbitrium procedendi, non cenſetur propter hoc habere poteſtatem prorogandi terminum ipſius cognitionis, tex. eſt valde notandus in l.ſi in lege.in prin.ff.loca.dans regulam,ꝙ habens arbitrium plenum circa factum, non cenſetur propter hoc poſſe prorogare terminum
44 facti. ex quo decidunt ibi Bart. & Bald. ꝙ iusdicens habens † plenũ arbitrium circa proceſſum,& cognitio.facultatem non habet prorogandi terminum: & ita ſequitur Roma. in conſ.322.incipiente. In caſu propoſitæ conſultationis. & Pet. de Anch. in c. canonum ſtatuta. col.146.in prin. de conſtit. vbi allegat Bald. ita velle in l.1.§.1.ff.de iure delibe. Et idem per d.l.ſi in lege. voluit Ang.in l.milites.C.de teſtamen.mili.& in l.1.poſt Bal.ff.de teſtamen. mili. Paul. de Caſt.in l. qui Romæ.§. Calimacus.ff.de verb.oblig.Roma.in l.2.ff.de re iudi. col.27. Bal.in c.cũ alium.vbi Abb.de officio deleg. & in l.obſeruare.§. proficiſci. ff. de officio proconſul. colum. 7. Petr.de Ancha.in Clemen.1. in princ.de reſtitu.in integ.vbi dicit ſe idem tenere in d.l. ſi in lege. ¶ Et poteſt aſsignari ratio: quia abbreuiare inſtantiam eſt fauorabile, prorogare odioſum, dicit Bal. in d.§.proficiſci.in q.25: ergo quemadmodum habens liberum arbitrium non poteſt terminum inſtantiæ prorogare, ſed debet infra illum cauſam terminare: ſic & iudex cognoſcens ſine figura iudicij, debet inſtantiam ipſam ſeruare. quoniam (vt dixi) habere arbitrium in procedendo,& procedere ſine figura procedit à pari. ¶ Decimò, ne deſint auctoritates, dico, ꝙ hanc partem tenent Cy. in addi.Saly.& Alberi.in 1.col. verſ. Pro declaratione,in d.l.properandum.in prin.& Bart.in d.§.& ſiquidem.in ea.l.dum dicunt, ꝙ in cauſis, in quibus lis non conteſtatur,inſtantia incipit ab eo die, quo merita cauſarum incipiunt tractari, per no.in l. nulli. C.de procurato.& ego dixi ſupra in ea. Clemen.

in.§.non ſic tamen.in prin.ergo innuunt tales cauſas habere inſtantiam. ¶Eandem ſententiam tenent Bald.in l.1.C.de iuramen.calu. per tex.ibi. Idem Abb.in c.penul.de iudi.col.fi.dicens ſe ita de facto reſpondiſſe: licèt dicat ſe non vidiſſe hoc tactum de iure ciuili. Idem etiam voluit Paul.de Caſt.in l.2.§.quod obſeruari.C.de iuramen.calum.dom.Anto.de Alexandro in d.l.properandum.in princ.Roma. in præallegato conſ.174.quod incipit. Spectabilis domine collateralis.dicens hanc eſſe firmam opinionem, ſicut Deus eſt, & ipſe eſt in mundo. Idem ſentit Roma.in d.conſ.321.& dom.Flo.de S.Petro in d.l.ſi in lege.in prin. & Bal.in rub.C.de priuileg.dotis.dicens, ꝙ cauſa dotis, in qua non conteſtatur lis; & tractatur ſine figura iudicij, habet inſtantiam triennalem. Et eandem opi. ſequitur Benedictus de Barzijs in tractatu Guarentigiæ.col.46.dicens, ꝙ opinio Bart. in d.l.litibus. communiter eſt per poſteros damnata. Et ego eandem ſequor opinionem veriorem, & magis communem. Nec refragantur in oppoſitum deducta. Nam ad primum reſpondetur, ꝙ non requiritur cauſa tractanda ſine figura iudicij, & per conſequẽs redacta ab ſolemnitatem iuriſgentium: ergo non eſt terminanda infra tempus inſtantiæ. probatur hoc in d.l.ſi in lege.in prin. vbi licèt habens plenium arbitrium cognoſcendi, non teneatur obſeruare ſolemnitates iuris ciuilis; ſed iuriſgentium: debet tamen terminare infra tempus inſtantiæ, vt ſupra dixi in nono argumento. Præterea id, ſcilicet ꝙ cauſa intelligatur redacta ad terminos iuriſgentium, debet reſtringi non habere locũ quò ad ea, in quibus repugnaret mẽs legis, vel hominis mandantis cauſam cognoſci ſine figura iudicij, per dicta ſupra in tertio argu.quoniam in illis eſſet ſeruanda ſolemnitas iuris ciuilis. ¶Comprobo hoc per tex.in.§.& quia.ſupra ea. Clemen. vbi diſponitur, ſententiam debere in ſcriptis proferri, licèt illa ſit ſolemnitas iuris ciuilis.l.2.C.de ſenten.ex pericu.recit. quia ita de mente legiſlatoris conſtat. ergo idem dicendum, vbi tacita mens legislatoris idem ſtatuit, vt concluditur in caſu noſtræ quæſtionis per argumenta ſupradicta ad hanc partem, maximè in tertio, ſexto, & ſeptimo argumento. ¶An autem tex.in d.§.& quia.in eo, quòd vult ſententiam in cauſis tractandis ſine figura fore in ſcriptis proferendam, procedat de iure ciuili: dixi ſupra in apparatu huius verbi, ſine figura.3.q.17. ¶Ad ſecundum argumentum reſpondeo, ꝙ immo eſt iudicium, ſed extraordinarium; ex quo forma iudicij ordinarij tradita à iure ciuili non ſeruatur, & ita dixi ſupra in princi

pio

pio Clemen. apoſtillando tex. in verbo, ſine figura iudicij. hoc etiam probatur in c. forus. § iudicium. de verbo. ſigni. vbi in tex. dicitur, ꝙ iudicium dicitur, vbi cauſa diſcutitur: ſed in iudicio ſine figura cauſa diſcutitur, vt hac Clemen. §. non ſic tamen. cum & in eo ſit perſona actoris, rei, & iudicis, ex quibus conſtituitur iudicium, d. c. forus. & l. inter litigatores. & l. in tribus. ff. de iudi. & ita fortè ſoluit, & reſpondet Abb. in d. c. pe. col. fin. de iudi. ¶ Præterea ex quo in tali iudicio ſeruatur ſolemnitas ſtatuta in cauſis ſine figura tractandis, debet ſufficere, ſeruatam eſſe ſolemnitatem, vt dicatur iudicium. facit quod dixi ſupra in apparatu verbi, ſummariè, in q. fin. Præterea d. l. properandum. loquitur de lite, cuius appellatione comprehenduntur etiā cauſæ ſummariæ, vt ſupra dixi in primo argumento. ¶ Ad tertium argumentum reſpondeo, ꝙ licèt exorbitet, tamen etiam cauſas ſummarias comprehendit. Primò ex vi verborum prolatione. in d. l. properandum. in prin. vt dixi in primo, & ſecundo argumento. Secundò ex viua ratione expreſſa in d. l. properandum. Item ne inſurgat contrarius effectus, vt dixi ſupra in 3. argumento. Tertiò ex extenſione rationis, & d. l. vt dixi in ſexto, ſeptimo, & octauo argumento. ¶ Ad quartum reſpondeo, ꝙ non ſequitur. In cauſis ſummarijs non conteſtatur lis, ergo in ipſis non habet locum inſtantia triennij. ¶ Probatur primò. nam in cauſa dotis non cōteſtatur lis, Clem. diſpendioſā. de iudi. & tamen ipſa habet inſtantiam triennij, vt expreſsè firmat Bal. in rub. C. de priuileg. dotis. veritas tamen huius ſolutio. pēdet ab illa difficultate, an. d. Clem. diſpendioſam. procedat, vbi cauſa dotis ſeparatim à matrimonio tractatur. de quo in l. 1. ff. ſolu. matrimo. per Doct. & in d. Clem. diſpendioſam. ¶ Secundò probatur prædicta ſolu. quia in cauſa appellationis non ſemper exigitur litis conteſtatio, vt no. in l. 1. C. ne li. in vna eademq; cauſa. & in l. fin. §. illud. C. de tempo. appel. Bal. plenè in Auth. hoc ſacramentum. C. de iuramen. calum. Io. Ant. & Doct. in c. Rainaldus. de teſtamen. Et tamen ipſa cauſa appellationis habet inſtantiam vitæ annalis, & ex cauſa biennalis, Auth. ei qui. C. de tempo. appel. c. cum ſit Romana. c. ex ratione. de appel. & plenè per moder. do. meum Peruſinum in c. per tuas. & in c. interpoſita. §. fin. de appel. ¶ Tertiò videmus cauſam depoſiti habentem executionem paratam, & conſequenter non exigentem li. conte. vt eſt caſus ſingu. ſecundùm Bar. in l. ſi quis. C. depo. no. Bal. in l. exceptionem. C. de probatio. habere ſimiliter inſtantiam triennalem, vt probatur ex generalitate d. l. properandum. in princi. Bald.

tamen in d. l. ſi quis. quæ eſt l. penul. dicit, q immo cauſa depoſiti non
habet executionem paratam: de quo per dom. Anto. de Canario la
tius in ſuo tractatu executionis inſtrumentorum. q. 7. & per Ioa. de
Ana. in c. penul. col. penul. de accu. ¶ Et ſi dicatur. ex quo inſtantia
incipit à li. conte. quomodo eſt poſsibile, q in cauſis, in quibus non
conteſtatur lis, habeat locum inſtantia, cum deficiat extremũ, à quo
45 incipere debet? reſpondetur, q & ſi vera litis conteſtatio † expreſsè
non fiat, ficta tamen conteſtatio fit, eo ipſo, & eo die, quo de meritis
cauſæ incipit tractari, vt dixi ſupra eadem Clem. in. §. non ſic tamen.
circa princi. & ſic non deficit extremum, à quo inſtantia triennalis
inchoatur: quoniam hæc ficta litis conteſtatio ſufficere debet ad in-
ducendam metam ipſam triennalem: probatur, quia ſimile vide-
mus q ſi reus ſit contumax, & abſens ante litem conte. (quo caſu
certum eſt veram litis conteſta. quæ requirit verbalem affirmationẽ
vel negationem. l. 1. C. de litis conte. c. 1. eo. titu. nõ poſſe interuenire)
inducitur tamen ex ipſa contumacia, quæ facit contumacem haberi
pro cõſentiente, vel negante, prout ſibi eſt deterius, l. de ætate. §. qui
tacuit. ff. de interro. actio. no. glo. in l. quamdiu. la grande. ff. de acqui.
hæredi. quædam ficta litis conteſtatio, quæ eſt inſufficiens ad curſum
annalis moræ, vt eſt caſus in Auth. qui ſemel. C. quomodo, & quan-
do iudex. ¶ Præterea ſi ficta litis conteſtatio ſufficit ad interrumpen-
dum præſcriptionem, ſicut vera. l. fin. C. de præſcriptio. 30. anno. l. ſi
eum. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis cautio. Ita ſufficiet ficta litis conte-
ſtatio ad inducendam metam triennalem, et has rationes deduxit
& tradidit Roma. in præallega. conſ. 174. ¶ Ex quibus apparet Bar.
in d. l. litibus. & ſequentes eum non bene dixiſſe, ſcilicet q in cauſis, in
quibus lis non conteſtatur, non currit inſtantia triennalis. Nec etiã
(pace ſua ſit dictum) bene fuit locutus Bart. ibi, dum dixit, q petitio
executionis inſtrumentorum, & ſententiarum non habet inſtantiam,
vt patet per prædicta. Et contrarium expreſsè tenet Bald. in l. 1. C. de
iura. calum. dicens, q ſi petatur executio inſtrumenti guarentigiati
ex forma ſtatuti, habet locum inſtantia triennalis: quia in ea iura-
tur de calumnia, vt ibi. Ex quo infert ipſe, q quilibet articulus cau-
ſæ habet propriam inſtantiam. l. quod dicit Hrat Ang. in l. & poſt edi-
ctum. ff. de iudi. in. §. circunducto. ſcilicet duraturam, quantum durat
terminus ſtatutus ad illum. articulum expediendum. de quo adde
omnino quæ no. dom. Anto. de Canario in tractatu executionis in-
ſtrumentorum in q. 33. ¶ Poſſet tamen pro concordia, & ſaluatione
opinio-

opinionis dom. Bart. ſecundùm Bal. in l. ſi cauſam. C. de execu. rei iudi. dici, ꝙ ſi executio petitur actione in factum, habet inſtantiam; ſecus ſi officio iudicis; quia officium iudicis eſt perpetuum, vt dicit gl. ſingu. in l. ſicut. C. de præſcrip. 30. vel 40. anno. Et hanc concordiam ſequitur Rom. in rubri. ff. de arbi. col. 15. ¶ Et de differentia, an executio petatur actione in factum, vel officio iudicis, vide plenè Doct. maximè Io. de Imo. poſt Arg. in l. intra dies, ff. de re iudica. ¶ Aduertе tamen, quia prædicta concordia Bal. quem ſequitur Rom. non videtur bene tuta: quia etiam vbi imploratur officium iudicis, habet locum inſtantia, ſecundùm Cy. & Doct. in d. l. properandum. Præterea lex adinuenit implorationem officij iudicis pro celeriori expeditione: ergo, ne reſultet contrarius effectus, dicendum erit, inſtantiam triennij in eo habere locum. ¶ Vnico tamen caſu poſſet ſaluari opinio Bar. in d. l. litibus. vt procedat, vbi aliquid ſummariè, & ſine figura cognoſcitur, ita ꝙ in eo non ſit pronunciandum. Cogita. ¶ Ponderanda ſunt etiam verba Io. de Imo. hic in prin. Clemen. in tertio notabili: quia non dicit, ꝙ cauſa ſummaria non habeat inſtantiam: nam licèt dicat, ꝙ acta litis, & inſtantiæ poſſint prætermitti: non dicit tamen, ꝙ ipſa inſtantia non habeat locum. Et ad glo. ſupra ea. Clem. in §. & quia. in verbo, non obſtante. reſponde, vt ibi clarè dixi: quia non eſt verũ, ꝙ illa glo. dicat, ꝙ in ſummarijs productio teſtium admittatur poſt terminum ad probandum: dic, vt ibi plenè. ¶ Ad quintum argumentum reſpondeo, verũ eſſe, illud eſſe iniquum præſidium, quod capitur ex curſu temporis, quando ex illo curſu tẽporis perijt ius partis. Sed in caſu q. noſtræ licèt lapſa ſit inſtantia: tamen non perijt ius partis; quia põt illud de nouo in iudicio deducere, vt no. in d. l. properandum. Eſt enim conſtituenda magna differentia, an pereat ius partis ex curſu temporis, vel non, vt probatur expreſsè in Auth. ſi tamen. C. de tempo. ap. in Clem. quamdiu. de ap. nam primo caſu partes poſſunt prorogare, ſecundo non põt, vt ibi. & dixi latè ſupra in prin. Cle. in materia dilationis legalis, quando poſſit prorogari, vel non. ¶ Qualiter etiam intelligi debeat tex. in d. Auth. vt Eccleſia Romana. in eo, quod ibi dicitur, iniquum eſſe præſidium, quod capitur ex curſu temporis: vide omnino Ioan. de Imo. plures referẽtem in c. fin. col. 14. de præſcrip. ¶ Amplia etiam prædicta habere locum non ſolùm in inſtantia triennali, inducta per d. l. properandum. ſed etiam in alia inſtantia minore ſubrogata loco illius triennalis per ſtatutum, vel conſuetudinem: quoniam talis ſubrogata

gata ſapit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur. l. ſi eum. § qui iniuriarum. ff. ſi quis cau. l. qui id quod. ff. de dona. l. 1. §. hæc actio. ff. ſi quis teſtamento liber eſſe iuſ. fue. c. eccleſia. vt lite penden. bene facit quod no. Bart. in l. 2. §. ſi rem. ff. de vſuca. pro emp. vbi dicit, ꝙ præſcriptio ſtatuti dicentis, ꝙ qui non petierit infra 10. annos, cadat à iure ſuo; quia talis præſcriptio currit ex mera negligentia non petentis ſine titulo interrumpitur per ſolam citationem. & Bart. ſequitur Roma. in conſ. 38. incipiente. In caſu propoſitæ. & Abb. in c. illud. in 5. col. de præſcrip. licèt Io. de Imo. ibi contradicat, fragili tamen ratione. facit etiam quod pulchrè ponit Bald. in c. 1. quo tempore miles, vbi quærendo de paſſu illo difficili, qui ponitur in l. fin. C. in qui. cau. reſtit. in inte. & per Inn. & Doct. in c. conſtitutus. de in inte. reſti. per Bart. in l. etiam. de mino. ſcilicet an præſcriptio ſtatutaria currat minori: dicit eleganter fore aduertendum, in locum cuius præſcriptionis editæ, & ſtatutæ à iure communi ſubrogetur præſcriptio illa per ſtatutum. Item facit quod dicit Bal. per illum tex. in l. fin. C. de tempo. in integ. reſti. peten. vbi inquit, ꝙ præſcriptio decem annorū, inducta à ſtatuto in locum præſcrip. triginta anno. eandem habet naturam, quam habet illa, in cuius locum eſt introducta. Ex quibus habes plenius, quàm alibi, diſcuſſum hunc articulum, an cauſæ ſine figura iudicij habeant inſtantiam.

¶ Reliquū eſt Deo ſummo gratias agere, quo auctor huic operi iam bis armis, & peſtilentia Piſis intermiſſo Georgius Natta iuris vtriuſq; doctor, ciuis Aſtenſis, ac Illuſtriſs. & Excellentiſs. Marchionis Montisferrati conſiliarius multis additis, & priori ordine in aliquibus mutato, extremam manum impoſuit anno Dominicæ Natiuitatis, M. CCCCLXXXII. quo tempore pro memorabili Guilielmo Montisferrati Marchione, ac Ducali capitaneo generali Mediolani oratore agebat apud Illuſtriſs. Io. Galeatium Mariam Sfortiam Vicecomitem, Ducem VI. Ludouico patruo mira integritate gubernante, quippe qui Mediolanenſium res iam tunc adeò grauiter ampliabat, & oranti Italiæ pacem adeò largiter elargiebatur, vt nec ſuperior ætas optabiliorem habuerit, nec noſtra viderit præſtantiorem. profectò mira res, ꝙ diuinus ille præſes Marti pariter, & Mineruæ ſatisfaceret.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EMANUELE

INDEX

INDEX LOCVPLETISSIMVS

OMNIVM, QVAE IN HAC PRAESENTI REP. CLEMEN. SAEPE. DE VERB. SIGN. NOTATV DIGNIORA VISA SVNT, ORDINE ALPHABETICO DISPOSITVS.

A

ABROGARE, et derogare quid differant. remiſſiuè. in prin. Clem. verſi. Tu adde. verſus finem. 303

Aduerſarius ſi per cauillationes, & ſubterfugia faciat, quominus intra terminum cauſa finiatur, an agens aduerſus talem lapſum reſtituatur. in princi. Clemen. nume. 26. 79

Aduocatus qua ſit pœna plectēdus, qui viſis inſtrumentis vnius partis, efficitur aduocatus alterius partis. in princi. Clemen. nume. 21. 161

Aduocatus ſi per infidelitatem, vel negligentiam, aut eius imperitiam cauſam amiſit, tenetur ad reſtitutionem. in princi. Clem. nume. 19. 160

Aduocatus tenetur aduerſæ parti reſarcire damnum, ſi propter eius pertinaciam cauſam iniuſtè amiſerit. in prin. Clem. nu. 20. 160

Item ſi acceperit ſalarium à quo non debuit, vel vltra quàm debuerit. ibidem.

¶ Ago contra te ex mutuo, & produco teſtes, atteſtantes mutuum, nihil tamen dicētes de numeratione, an potuerit fieri condemnatio. in verſi. Semper. nu. 9. 221

Agens contra Titium pro re penes eum depoſita: ille confitetur eam fuiſſe ſibi cōmodatam: an poterit fieri condemnatio. in verſi. Semper. num. 8. 221

Actor in cauſa ſummaria an, & quãdo poſſit reconueniri in plenaria. & quomodo intelligatur materia reconuentionis. in glo. voluerit. nu. 1. 226

Actor iudicem, quem pro ſe approbauit, nō debet dedignari eundem contra ſe habere. in Glo. exordiũ. nume. 3. 230

Actore, ſine reo petente pro ſe ferri ſententiam, valebit quidem ſententia tam in expenſis non petitis,

tis, quàm etiam in cauſa princi-pali in libello deducta. in §. non ſic tamen. nu. 9. 168

Actione quantò magis intentata in libello, ferri poteſt ſententia in re dubitoria, licèt non ſit in libello petitum. in §. non ſic tamen. numero 29. 171

Acta cauſæ, litis, vel iudicij quæ dicantur. in Glo. defenſiones. numero 5. 178

Acta, geſta, & monumenta quid differant, & quæ ſint. in Glo. monumenta. nume. 1. 249

Acta factum litis, vel cauſa concernentia, ſeruari debent in cauſis ſummarijs: licèt acta iudicij, continentia ſolemnitatem non ita obſeruentur. in §. non ſic tamen. nume. 3. 163

Acta, quæ fiunt à iudice, ex quibus non expectatur ſententia, ſed aliquod ipſius tantùm decretum, nempè in his, quæ merè voluntariæ ſunt iuriſdictionis; & partium tantummodo requiritur voluntas, poſſunt de plano cognoſci, iudice non ſedente. in verſi. Circa tertiam. num. 6. 335

Acta, quæ requirunt leuem, vel ſummariam cauſæ cognitionẽ, de plano poſſunt expediri: ſecus ſi plenariæ ſint cognitionis; vt quando datur tutor ex inquiſitione, vel conceditur bono. poſſeſſio tribuens ius. in verſi. Circa tertiam. nume. 7. 335

Actus habentis terminum ad producendum poteſt expediri de plano, & iudice non ſedente, ſecus ad probandum, vt nu. 5. in verſi. Circa tertiam. nume. 12. 337

Et an tali productioni ſit citanda pars. ibidem. nume. 13.

Actus quando committitur alicuius conſcientiæ, actum debet præſentialiter facere: nec ſufficeret conſenſus ex poſtfacto, ſeu illius ratihabitio. in Glo. defenſiones. nume. 8. 187

Actus vbi committitur alicuius conſcientiæ: an dicatur electa induſtria eius perſonæ; ita quòd non poſſit alij ſubdelegare. in Glo. defenſiones. nume. 25. 187

Actum habens facere arbitrio ſuo, excuſatur, ſi in ipſo explicando eam adhibeat diligentiam, qua in proprijs vteretur, etiam ſi minus ſit in eis diligens. in verſic. Viſis. nume. 3. 195

Actus agentium per quas dictiones amplientur, & per quas reſtringantur. In princi. Clementi. numero 4. 6

Actus iudiciales nullius exiſtentes præiudicij, qui ſolum requirunt iudicis præſentiam (vt producere libellum, interponere appellationem, & ſimiles) poterunt ſemper fieri de plano, id eſt iudice non ſedente pro tribunali, & die feriata ob neceſſitatem hominum. in verſi. Circa tertiam. nu. 5. 334

¶ Aliquid nos poſſe, intelligendum eſt, quod poſſumus de iure communi,

muni, non autem ſpeciali. in prin. Clem. num. 39. 26

¶ Annus probationis ingredienti religionem cōceſſus ad experiēdam aſperitatē regu. & mores ingreſſi nū poſſit per ſuperiorem arctari, & prorogari. in princip. Clementi. numero 38 91

¶ Appellare an poſſit is, pro quo eſt lata ſententia, ex hoc ſolo, q fuerit omiſſa expenſarum condemnatio, tanquā quid acceſſorium ad cauſam principalem. in Glo. penul. nume. 19. 309

Appellans in dilationibus non arbitrarijs, ſed à lege taxatis, probare debet iuſtam affuiſſe cauſam moderationis. in prin. Clemen. nume. 6. 103

Appellans ſi terminum ſibi præfixit ad proſequendam appellationem, & infra tempus inchoauit; & ſic cauſa infra terminū inchoata, labitur tempus à ſeipſo appellante præfixum: an poſſit iudex infra terminum iuris cauſam expedire. in prin. Clem. in verſ. Quid autem ſi appellans. 44

Appellatus ſolus an poſſit, inuito appellante, minuere tempus appellationis proſequendæ, licèt poſſet ipſe appellans. in prin. Clemen. nume. 9. 43

Appellationi an poſſit in cauſa criminali renunciari. in Glo. defenſiones. num. 4. 177

Appellationem eſſe fruſtratoriam: vel appellationis, ſeu exceptionis cauſam non fore legitimam, ad quem iudicare ſpectet. in prin. Clem. num. 4. 154

Appellatione cauſæ, an comprehendatur cauſa criminalis. in princi. Clem. nu. 20. 15

Appellatione ſententiæ in dubio venit diffinitiua. in §. Et quia. nume. 26. 243

¶ Arbitrandi alicui commiſſa facultate per verba ſignificantia arbitriū boni viri, arbitrio regulato debet vti. in verſic. Viſis ſupraſcriptis. nume. 2. 195

Arbitrandi conceſſa facultate per verba liberam voluntatem denotantia, omnia, duobus exceptis, facere poteſt, quòd ſcilicet non donet, & dolus etiam abſit. in verſ. Viſis. nu. 4. 195

¶ Arbiter, qui dolo, culpa, vel negligentia aliquem iniquè vexauit, an teneatur ad ſumptus. in Glo. pen. et fi. nu. 10. 306

